

A. GELLII
NOCTIVM
ATTICARVM
LIBRI XX

Aulus Gellius




Ein Bu
nungen

gröhere Ki
den naturl

Ein Bu
nungen

führung f
Berichterst
hat, volla
der Schule
brauchbar



Naturstudien in Wald und Feld.

Spaziergangs-Plandereien.

Ein Buch für die Jugend von Dr. K. Kraepelin. Mit Zeich
nungen von O. Schwindrath. 1901. In geschmackvollem
Original-Leinwandband M 3.60.

Die Naturstudien in Wald und Feld reihen sich den früheren Bänden eben
bürtig an und besitzen gleichfalls einen selbständigen Charakter. Es wird keine be
schreibende Naturgeschichte getrieben, sondern mit werden vielmehr in den Geist der
Natur, in die Gesetze des Werdens und Vergehens und in die kulturelle Bedeutung
eines elter Lebewesen und ganzer Seminardaten eingeführt, wobei auch nicht unter
lassen wird, hin und wieder auf die ästhetische Seite der Naturfreude hinzuhüfen. . . .
Die geschichtliche Entwicklung der dialektischen Dichtkunst zerlegt die Betrachtungen in
vereinfachte und bietet Gelegenheit, falsche Ausschaffungen und Einwände, die
der Kinder je nach der Lehrsituation mit geringstem oder größtem Verständnis,
sprachen werden, von vornherein aus dem Wege zu räumen, während die Er
zähungen von persönlichen Erfahrungen des Autors das Gespräch belebt. . . . Das vorge
legte Buch wird allen Naturfreunden vom 13. Jahre an reiche Nutzung und interessante
Zeiten.

(Pädagogische Reform, 19. September 1901.)

de.
Zeich-
l. In

begabte,
tung auf
(1901.)

Ftag.
Zeich-
riginal-

nen Aus-
fam der
gegeben
n seitens
wirklich
(S. 15.)

Streifzüge durch Wald und Flur.

Eine Anleitung zur Beobachtung der heimischen Natur in Monatsbildern für Haus und Schule bearbeitet von Oberlehrer Bernhard Landsberg. Dritte Auflage. Mit 84 Illustrationen nach Originalzeichnungen von Frau H. Landsberg. 1902. In Original-Leinwandband M. 5.—

Jeder Zelle des Buches merkt man es an, daß der Verfasser bestellt ist von einer glühenden Liebe zur Natur und daß er sich selbst mit vollster Hingabe der Beobachtung des pflanzlichen und tierischen Lebens widmet. Daß ein Unterricht in der Naturbeschreibung, wenn er im Sinne der „Streifzüge“ von einem für seine Aufgabe begeisterten Lehrer erteilt wird, ganz außerordentlich fruchtbringend sein muß, darf wohl als selbstverständlich hingestellt werden. (Pädagogisches Archiv 1895, Heft 9.)

Die Art der Darstellung ist fesselnd und anregend im höchsten Grad. In Summa ein schönes und vorzügliches Buch, das wir Freunden der Natur für sich und ihre heranwachsenden Kinder aussäumen möchten. (Schweizer Lehrerzeitung)

Heimatklänge aus deutscher Gauen.

Für jung und alt ausgewählt von Oscar Dähnhardt.

Mit Buchschmuck von Robert Engels.

- I. Aus Marsch und Heide. Niederdeutsche Gedichte und Erzählungen.
- II. Aus Rebenslur und Waldesgrunb. Mitteldeutsche Gedichte u. Erzählungen.
- III. Aus Hochland und Schneegebirg. Oberdeutsche Gedichte und Erzählungen.

In künstlerischem Umschlag gehestet je 2 Mk., gebunden 2 Mk. 60 Pfg.

... Es ist ein rechtes Volksbuch und kann und wird mithelfen, ein neues Band herzustellen zwischen den oft noch durch die Eigenart getrennten Stämmen Germaniens; die Eigenart soll bleiben, sie verleiht der Gesamtheit eine unberechenbare Stärke; aber die räumlich Geschiedenen erfahnen hier von einander, wie sie im Deutzen und Empfinden doch zusammengehören als Kinder einer Mutter. Es ist mein „Landsknecht“, „bäuerliche“ Poetie, die uns hier geboten wird, aber „lernfroh“, in den Kreisen entstanden, die unsere „Altstadtreiter“ und „Scharfrüthen“ stellen und die — daß nicht zu vergessen — auch in die Reihen der „Mitter vom Oste“ immer wieder frisches Blut bringen. (Sächsische Schulzeitung, Literar. Beilage, 6. Dezember 1901)

Zum Aufsatz-Unterricht.

Man verlange das Verzeichnis

der in nachstehend
aufgeführten und anderen Büchern

Behandelten Themen:

Bindel, Dispositionen zu deutschen
Aufsätze für die Tertia höherer
Lehranstalten. Zwei Bändchen.
geh. M. 4.—, geb. M. 5.—

Gholevius, Dispositionen und
Materialien zu deutschen Auf-
sätzen. Vier Hefte. 11., bezw.
9. Auflage. geh. je M. 1.—,
geb. je M. 1.50.

— praktische Anleitung zur
Auffassung deutscher Aufsätze.
6. Auflage. geh. M. 2.40,
geb. M. 2.90.

Gelbe, Stilarbeiten. geh. M. 2.40.

Gossel, praktische Aufsatzschule.
geh. M. 3.—, geb. M. 3.50.

Hense, deutsche Aufsätze für die
oberen Klassen höherer Mädchens-
chulen. 2. Aufl. geh. M. 3.20,
geb. M. 3.60. In 3 Abteilungen:
geh. M. 1.—, 1.60, 1.—

Hoffmann, 50 Themata zu deutschen
Aufsätzen. geh. M. 1.—, geb.
M. 1.40.

Kappes, Leitsaden für den Unter-
richt in der deutschen Stilistik.
5. Aufl. kart. M. —.80.

Krumbach, deutsche Aufsätze. Drei
Bändchen. geh. je M. 1.60,
geb. je M. 2.—

Kuhner-Whon, praktische Anleitung
zur Vermeidung der haupt-
sächlichsten Fehler in Anlage
und Ausführung deutscher Auf-
sätze. 3. Aufl. kart. M. 1.—

Mosengel, deutsche Aufsätze im
Anschluß an den deutschen Lese-
stoff. geb. M. 1.40.

— Neue Folge M. 1.80.

Naumann, theoretisch-praktische
Anleitung zur Auffassung deutscher
Aufsätze. 7. Aufl. geb. M. 4.40.
In 3 Abteilungen: M. 1.50,
1.50, 2.—

Ulrich, deutsche Musteraufsätze.
2. Aufl. geb. M. 2.80.

Weise, Prof. Dr. O., Musterbei-
spiele zur deutschen Stillehre.
geh. M. —.30.

Prospekte unentgeltlich und postfrei von der Verlagsbuchhandlung
B. G. Teubner in Leipzig.

M. M. Baker.
Gellius, Aulus *12/14, 1904.*

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM
LIBRI XX

POST MARTINVM HERTZ

EDIDIT

CAROLVS HOSIVS

VOLVMEN PRIVS



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIII

"Aulus is a favorite of mine. I think him one of
the best writers of his class." Macaulay (Life I, 594)

878
G 3
H 58
1903

MU

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

FRANCISCO BVECHELER

SACRVM

Saturn
Allen

12-31-41

44515

2v.

© 1-13-42 L5

P R A E F A T I O

Pauca tantum habeo, quae de codicibus Gellianis praemittam. Nam cum ex apparatu largissimo editionis majoris Hertzii, quid de consanguinitate et stemmate librorum statuendum esset, mea opera inquisivissem idque cum iis, quae in amplissima praefatione ille, cuius in Gellio laborem laudare superfluum, imitari velle ambitiosum est, congesserat, contulisset, omnia fere iam occupata esse minime mirabar. Nam ad eandem metam omnes, qui in his campis decurrant, perventuros esse in propatulo est, neque ex additamentis, quae ex Hertzii schedulis Fr. Kuhn¹⁾ composuit, quidquam fundamenti illius ratiocinationibus detrahitur. Itaque cum acta agere videri possim, si, quae cum illo equidem statui, proponam, tamen, ut commodo eorum, qui hac editione usi ad alterius semper commentationem se relegari aegre ferant, inserviam, paucis verbis, quomodo libri Gelliani inter se cohaereant quidque de singulis existimandum sit, explanabo. Pauca et parva, de quibus melius Hertzio iudicasse mihi videor, aut, ut modestius agam, in quibus ille rem non plane absolvit, facile, qui in his quaestionibus morantur, perspicient.

Opus Gellianum propter nimiam magnitudinem in duas partes minime pares a librariis divisum cum esset, accidit, ut liber octavus inter aevum Macrobia et saeculum nonum deperiret servatis eius lemmatibus in codicibus deterioribus; eadem ob causam, cum membra duo illa discepti

1) Fleckeis. ann. suppl. XXI Lipsiae 1894 p. 1 sqq.

scriptoris non ante saeculum XIV/XV in unum corpus redierint, de utraque parte separatim nobis dicendum est.

Ac primum quidem ut ad priorem partem vertamus, in libris I—VII¹⁾ ars critica tribus praecipue membranis nititur, quibus accedunt summae et aetatis et auctoritatis codex quartus, sed laciniis tantum servatus, et quintus ex Carrionis fere solius collatione notus.²⁾ Sunt vero illi tres:

P Codex bibl. nat. Parisin. 5765 (P), saec. XIII, qui omittit I 1—2, 10 et desinit VII 4, 3 in verbis *ictus solis*.

R Codex Lugduno-Bat. Gronovianus 21, olim Rottendorfianus (R), variis manibus scriptus, plerisque saec. XII, desinit VI 20, 6. Lemmata desunt.

V Codex Vaticanus 3452 (V), saec. XIII, incipiens ab indice capitulorum omissa praefatione.

Hos libros ex eodem archetypo fluxisse satis evincunt eaedem lacunae, cum I 4, 3; 22, 5 II 6, 12; 20, 2; 21, 3 III 13, 3 IV 1, 12; 15, 3 VI 9, 17 al. tum capitinis I 2 exuentis et ineuntis 3, eadem additamenta perversa III 17, 5 V 18, 9 VI 9, 17, eadem menda I 3, 19; 24; 25; 28; 29; 7, 1; 13, 10 II 6, 20; 14, 2 III 17, 5 IV 11, 3; 14, 3 al.; eum fuisse cohaerentibus litteris exaratum iisque uncialibus docent verba male distincta, ut I 3, 9; 30; 11, 12; 12, 14; 15, 1 (R) II 18, 10; 24, 7; 26, 11 III 14, 20; 18, 5 IV 2, 11 VI 3, 6, et litterae commutatae A et B I 3, 23 *sua eunda*, B et R I 3, 27 *permissoque* III 16, 20 *sepius*, P et F I 3, 28 *per me* 7, 20 *inperfectiusque* II 8 lemm. *pacta*, P et T VI 11, 4 *perpoparet*, B et R *heberet* (R).

Quorum testium non qui antiquissimus, idem optimus

1) Superiore aevo prius volumen complexum esse libros I—IX ex subscriptione Aurelii Romuli (vd. infra p. 336) libro nono subiecta suo iure Hertz p. LXXXIV conclusisse videtur, quamvis quomodo tunc factum sit, ut liber octavus intercideret, vix intellegamus.

2) De codicibus aliis vd. Manitius, *Philologisches aus alten Bibliothekskatal.* Mus. Rhen. XLVII (1892) suppl. p. 72; R. Sabbadini, *Della biblioteca di Giovanni Corvini*, vd. Stangl, Wochenschr. f. kl. Phil. III (1886) p. 1265

est. Immo ita meliores evadunt P et V artiore vinculo inter se conexi, ut paululum incertus haeserim, num ex hac editione, cui non opus erat tota congerie lectionis, plane abiciendus esset ille R, quippe qui manifesta vestigia corruptelae et interpolationis traxerit. Nam immutavit verba synonymis, ut praef. 11 (bis) I 11, 10 II 22, 14; 15 III 10, 11; 12, 2; 17, 1 IV 9, 4 VI 1, 3; 18, 11; transpositis verbis e medio ad clausulam sicciorum verborum tenorem restituit, ut¹⁾ IV 12, 1 *derelictui habuerat* 18, 9 *omnis pecunie omnisque praede scriptas esse dixit* V 6, 8 *obsidione sunt liberati* VI 4, 3 *venire sub corona dicebantur*, et maiore mutatione V 12, 5 *neptunus pater et mars pater et saturnus pater ianus pater coniuncte dicti sunt* etc., quamvis non desint, quibus etiam solitum ordinem perturbaverit contraria libidine; omisit, quae non placebant, ut I 3, 13 initio exempli Ciceroniani subito abrupti post verba *utendum esse* nil nisi *usque ibi pro verbis arbitror — turpitudo sequatur* addiderit; similiter I 15, 13; sed addidit quoque, quo Gellum corrigi et locupletari putabat, ut praef. 12 *eracliti ad ephesii recte*, quod ad rem, sed ex suo ingenio, ut etiam V 2, 4 pro *regem* scripsit *alexandrum*. Luculenter vero, quanta levitate et paene arrogantia gratus sit, demonstrat III 10, 3—9 (et 12 sqq.), ubi suam doctrinam pro Gelliana venditans plane removet verba germana abhorrens quasi scientiam illam abstrusiorem, sed ad Macrobius lectorem relegat scribae officio non satisfaciens, litterati viri gloriam frustra affectans. Neque vero habet, quod nimis iactet. Nam linguae Graecae praeter singula vocabula plane ignarus talia enuntiata et quae cum iis cohaerent per se non intellecta Latina verba aut audacter mutavit aut currente calamo praeteriit ne monito quidem plerumque lectore; velut III 9 ultimam paragraphum propter Graeca φοίνικα et σπάδικα decurtavit in tria verba *poeniceo ut dixi* tracta ad *colore exuperantissimo* in § 8, et praef. 6—8 post *siluarum* non scripsit nisi *exempla titulo-*

1) Haec in apparatu non repetivi.

*rum (ex tiliorum) erant hic infinita etiam graeca.*¹⁾ Quamquam res ita se habet, tamen R non semper indignus est, qui ad crisin factitandam adhibeat, ut I 11, 8; 14, 1; 15, 3 II 13, 1; 22, 30 III 2, 13; 16, 23 IV 12, 3; 14, 2; 16, 3 V 2, 2; 8, 4; 10, 11; 21, 17 al. Itaque quamvis multas eius lectiones omiserim, tamen malui copiam quam egestatem vituperari.

Hoc codice interim abieco si ad alios eiusdem stirpis libros oculos flectimus, certe maius pretium codici Vaticano inest, qui maximam libri VII partem solus tradit; iis vero in libris, ubi utrumque arcessere licet, paululum cedit auctoritate codici P, ut I 17, 2; 6; 19, 7; 25, 5 II 2, 9; 12, 4; 16, 3; 22, 19 III 4, 1; 7, 8; 9; 16; 17; 18; 19; 8, 8; 16, 1; 19, 2 IV 1, 20 V 11, 12; 14, 11 al., superat eum tamen in Graecis. Nam Graecae linguae aut, ne nimis laudem, Graecarum litterarum librario codicis R peritior scriba libri P tamen inde a II 23 in eis reddendis taedio facile captus et defatigatus labore depingendi, quae non intellegebat, ubi longiores inveniuntur sententiae versusque, in primis litteris substitit, ut in talibus recurrentum sit ad librum V satis tamen et ipsum corruptis confusisque verbis litterisque scatentem. Quorum magnum numerum editio Hertziana praebet, parvum equidem repetivi in his lectoris oculis et tempori parcens.

His tribus codicibus ex adverso stat antiquissimus omnium liber, cuius quod lacera tantum fragmenta adhuc exstant, magnopere dolendum est. Nam quamquam ipse satis neglegenter exaratus est, non modo permultis locis eorum lectionem depravatam sanat, lacunas supplet, perversa resecat, sed etiam talibus locis, ubi per se nullum appareat in illorum verbis corruptelae indicium, textum praebet longe diversum, sed sensu et verbis ita praestantem, ut clarior

1) Quae leguntur ad I 2, 8—3, 8 in margine adscripta *mulum hic deest, quod rasum fuit inde*, non ad verba Graeca, sed ad lacunam omnium horum codicum spectare monuit Hertz praef. p. C adn. alt.

inde atque certe verior scriptoris imago splendescat. Itaque ubi huius libri adiumento destituti sumus, integrumne manum scriptoris spectemus an lectionem tantum archetypi illorum PRV, dubium esse potest; sed duce orbati optimo eis utemur, qui adsunt, qualescumque sunt.

Hic liber, cuius in laudes iam adsurrexi, est codex palimpsestus Palatino-Vaticanus XXIV (A)¹⁾ saec. c. VII, A qui sub versione nonnullorum librorum antiqui quod vocatur testamenti Latina Livii libri XCI; Ciceronis pro M. Fonteio et C. Rabirio, Senecae, Lucani, aliorum fragmenta, inde a f. 80 praeter pauca lemmata magnas partes librorum I—IV Gellii 'litteris ex quadrata forma detortis' continet. Quorum, quae dispici poterant, haec sunt: lemmata I 15 (*inportu)num vitium* sqq.; 16 XVII 21 *si floruerint* sqq. XVIII 1; 2 (-*certa*); tunc I 2, 13—3, 7 *molestiam quod*; 3, 16 *minime* — 5, 2 *iactatus*; 6, 1 *eum ad* — 7, 2 *cognito(ribus)*; 7, 4 (*mul)ta exercitus* — 9 *oc(cupatas)*; 9, 12 *quod quisque* — 10, 1 *expromen(ti)*; 12, 5 (*cu)ius* — 7 *sacerdotio*; 22, 7 (*stoi)cas* — 13 *blando* II 6, 3 *totius generis* — 5 *quam tan-*
ge(re); 7, 8 *est patri* — 13 *esse dic(unt)*; 8, 6 (*cu)iusmodi* — 9, 5 *insecta(tur)*; 22, 22 *eurum* — 25 *oritur*; 23, 20 (*ac)ciderat* — (*Graeca om.*) 21 *educit in*; 24, 4 (*mi)sellus* — 7 *e ter(ra)*; 25, 8 *alii rarenter* — 26, 2 *eorum*; 26, 13 (*ped)em* — 19 *nigi(dius)*; 27, 2 *haec* — *paratu mili(tum)*; 27, 5 *qui-*
bus — 28, 1 *terrarum ca(uis)*; 29, 8 *haec* — 11 *adfines-*
(que); 29, 15 *id ubi* — 17 *plerum(que)* III 13, 2 *causam* — 5 *dicentem atque*; 16, 4 *Caecilius* — *Cae(cilii)* IV 1, 7 *et lentem* — 13 *alias*. Huius codicis memoriam suo fluere alveo neque cohaerere cum ceteris ut probetur, iam sufficit annotasse libri I capit is alterius exitum tertique initium in hoc legi. Eius vero praestantia in uno quoque capite ita elucet, ut ex tanta ubertate cuvis perspicua decerpere singula non attineat. Attamen una re libris

1) De quo vd. praeter Hertzium p. XIII Stevenson in catalogo codicum Palatinorum latinorum bibliothecae Vaticanae (Romae 1886) I p. 4, ubi de Gellio ne verbum quidem.

PV inferior est; nam Graeca omnia omittit spatio litterarum relichto.

Accedit his codicibus superstitibus Hieronymi Buslidii β liber (β), cuius quamquam lectiones nonnullae etiam e libris IX X XVI XVII XVIII aetatem tulerunt, tamen, cum longe plurima pars ad librum I pertineat, iam hoc loco pertractare placet. Huius notitiam acceptam referimus maxima e parte LCarrioni; pauca contulerunt Canterus, Raevardus, Fruterius, Lipsius, Giphanus, al. Memorabili certe et proprio gradu ille liber inter ceteras membranas stat. Nam cum ei illae partes deperditea capitulo I 2 et 3 insint et ante protractum codicem rescriptum nisi inde non innotuerint, iam spes exsistit affinem illius libri praeclarissimi natum esse, certe codicem grandis atque gravis ponderis. Quae spes corroboratur nobis invenientibus etiam XVIII 9, 1 sqq. in eo solo lacunam haud parvi ambitus suppletam. Attamen spes, quam iam exploratam opinabamur, nos frustratur. Nam neque cognatio inter A et β statui potest sexcentis locis inter se discrepantes, neque quas proprias lectiones β exhibet, ceteris anteferendae videntur. Nam plurimae ita interpolatorem sapiunt, ut etiam in reliquis ducem infidum sequi dubitemus. Et quamquam non ipsum Carrionem fraudis insimulari posse puto, quod nonnulli fecerunt — nam etiam menda calami e codice illo et verba omissa protulit neque, quae invenit, omnia ipse probat —, tamen codice usus est manus interpolatoris perpresso eiusque audacis simul et inepti, qui I 7, 9 cum illud *Cl. (Quadrigarii)* dissolverit in centesimo quinquagesimo, risum moveat vel tironi¹), cum tunc *Quadrigarii tertio* omittat, consultam suam prodit interpolationem. Idem cum scripserit I 9, 3 *quin et tempus certum* statuebat, *ut tacerent, non in omnes idem, sed aliis aliud* pro . . . *Iis autem qui tacebant et quae eqs.* unde commotus sit, collata reliquorum lectione facile intellegitur, item I 5, 1 *sincero et* (cfr. R *cereoque*) et 15, 1 *aptissimo uehi* (cfr. R

1) Similiter I 13, 7 cui a rep. pro cuia res.

aptissimo ueri). Interdum legibus grammaticae tritis minus solitam Gellii dictionem adaptat, ut I 3, 16 *quoque fine* 8, 5 *denariorum* 12, 14 *Quiritibusque* 16, 15 *uersabantur*, aut loco verborum rariorū vulgariora inducit, ut I 2, 4 *confinitima aut contraria* 11, 13 *fuisse pro stetisse* 19, 8 *spernendam pro insuper habendam*. Ne maiores quidem mutationes invehere dubitat sententiam verbis sensus obscurioris implicitam enodare et explanare conatus, ut I 3, 13 *cum igitur, inquit, aut capit is amici causa agatur et famae* 5, 2 *amictus accurrior* 6, 8 *si uideant nos errare suis bonis nos exheredant . . . nisi errationibus finem facimus* 18, 1 *perinde atque prius Latinum factum* 21, 5 *inuentum est nec aspernatus est* etc. Itaque nisi premimus leves correcturas 3, 16 *docent* 7, 1 *in libro* (7, 17 *numero*) 16, 11 *milli* 21, 4 *lapidem* X 21, 2 *aliquot*, sola eius auctoritas posita est in resarciendis lacunis. Nam ut I 2 extr. et 3 ineunt. cum **A** quamvis non semel discrepans exhibet, sic plura tradit I 9, 6; 11, 4; 8; 12, 11; 21, 4; 22, 5 XVIII 9 al. Quorum locorum de nonnullis sub iudice litem fore puto. Recte quidem servasse videtur I 11, 4 *et delectabili atque adeo uenerabili* in ceteris mutilatum ob parem clausulam et ob eandem causam I 9, 6 *astrologiam musicam* 11, 8 *sed mentium animorumque* 12, 11 *et cuius — fiat* XVII 2, 13 *ex — uiaticum* (cum Z); sed I 1, 3 non cum Hertzio verba *quanta longinquitas corporis ei mensurae conueniret* in textum recipi ratus illum ob nimiam sed Gellio non insolitam breviloquentiam verba amplificasse extera ut ita dicam causa hiatus nulla. Eadem ratione I 8, 3 *poscebat autem illa nimium quantum auxit in quantum uix dari poterat ansa corruptelae manifesta.*¹⁾ Sic et I 23, 7 *secretum rei et*

1) Illud *poscebat nimium quantum expressum* videtur ex Ter. Phorm. 642 *cedo, quid postulat? quid? nimium quantum.* Gellius phrasibus comicorum (et tragicorum) colore vetustatis affectare amat, cfr. quos locos attuli ad VII 13, 2 IX 9, 15 XI 16, 3 XII 1, 17; 7, 1 XVI 3, 2 XIX 8, 1 al. et, quod sagacitatem Skutschii non fugit, II 22, 25 *quoniam plus paulo adbibi* = Ter. Haut. 220. De archaismo Gellii vd. C Knapp *Archaism in A. Gel-*

silentium deberi puer affirmans animum .. euerberat .. ad c. matronas defert, quod audierat; perueniunt postera die ad senatum ex studio obscuritates et duritiem leniendi levandi que originem traxerunt; vd. et I 2, 4 extr.; 5. Itaque ne in hoc quidem omnes discrepanias afferre meum censui.

Pluribus codicibus altera pars corporis Gelliani libros IX—XX continens tradita est, qui facili opera in duas γ familias distinguuntur. Quarum prioris (γ) testes sunt hi:

O Codex Reginensis inter Vaticanos 597 (O), saec. X; incepit IX 14, 2 a verbo *grammaticam*.

II Codex Reginensis inter Vaticanos 1646 (II) a. 1170 scriptus teste eo, qui annotavit nomen et annum: *Willelmus scripsit anno incarnati uerbi MCLXX.*

X Codex Lugduno-Bat. Vossianus lat. F 112 (X), saec. X; continet libros X—XX et inter hos insertum librum IX praeter c. 1—2, 10 *fortissimorum* et 8, 1 *nasci non* — 12, 10 *dicit* et 16, 6 *postulantis* eqs.

His accedit posterioris aetatis quartus codex Maglia-N beccianus 329 (N), saec. XV. Qui manu Nicolai Nicoli in Graecis ab Ambrosio Traversario adiuti exaratus inde a XX 10, 7 verba huius et ultimi capituli cum 5 solus tradit. Humanistae illius manui correctrici deberi videtur, quod interdum ceterorum mendis caret aut concinens cum altera familia, ut X 1, 10; 26, 10 XI 3, 3; 5, 4; 14, 1 XII 1, 20; 5, 7; 13, 20; 21 XIII 5, 4; 6; 8, 2; 10, 3; 11, 3; 26, 4, aut solus, ut XI 9, 1; 15, 6 XIII 12, 8; 14, 1.

δ Alteram familiam (δ) libri hi repreäsentant:

Q Codex bibl. nat. Parisin. 8664 (Q), saec. XIII.

Z Codex Lugduno-Bat. Vossianus lat. F 7 (Z), saec. XIV.

B Codicis (B) a. 1173 scripti fragmenta, quorum partem continet codex bibliothecae Bernensis insignitus numero 404 exhibens Gellii IX—XII 10, 3 *esse potuit*; reliqua

lius Classical Studies in Honour of HDrisler, Newyork-London 1894 p. 126; vd. et Amer. Journal of Phil. XIV (1893) p. 216 XVI (1895) p. 52 Transactions of the Amer. Phil. Association XXV (1894) 5.

statim usque ad XIII 5, sed omissis XIII 1—4 turbato ordine hodie schedulae codicis bibl. acad. Rheno-Traiectinae notati *Aevum vetus. Scriptores graeci. No. 26* suppeditant.

Omnis hi codices praeter Q verba Graeca aut omnia aut plurima exhibent non semel litteris Latinis scripta.

Singularum vero classium inter se cognationem demonstrant sexcentae lectiones concordantes et rectae et perversae, ut IX 3, 4 *scribenda* 4, 6 *prosprofum petet anti-spectancia; ultra per aboris tenent* 6, 3 *factito* 9, 15 *gaudebat* X 1, 3 C. *Marium* 6 *uerbum* 7 *usque tertium* 2, 2 *eos* 3, 3 *paulus; calenilibi* 8 *circumflectitur* 9 *dicit om.* 13 *Romanus* om.; *provincia per* 14, 3 *concasium* 16, 14 *erue alle* 17, 4 *civilibus* 24, 6 *exercitum est qui al.* Exciderat in stirpis ♂ parente folium, cui inerant verba XX 1, 39 *restat* — 53 *atque* desiderata iam in QZ; praeterierat unam paginam vel paginae bipartitiae partem dimidiā illius scriba, quo factum est, ut non iam extēnt XX 6, 2 *et habet* — 7 *misertus est*, eandemque ob causam in codicibus derivatis ibidem desunt 10 *inusitate* — 12 *auctoritas*, ut X 3, 3 verba inde a *Caleni* 12, 5 *ex — chamaeleontis*, et sic saepe. Neutra vero familia per se principatum tenet; sed modo haec genuinum servavit, modo illa. Sic, ut unum caput afferam, XVII 2 septiens stirpis γ lectiones amplexus sum totidemque certe locis improbavi. Itaque unoquoque loco re et ratione codicum auctoritas examinanda et fulcienda est. Paulo tamen non modo numeratis sed ponderatis lectionibus antecedit familia ♂ inque hac codex Q, ut X 3, 13 XIII 21, 15 XIV 1, 2; 6, 1 XVI 4, 1; 5, 3 XVII 8, 10 XVIII 5, 12 XX 1, 16; 8, 7 al., bonae et sincerae memoriae testis, cui, ubi electio libera erat, saepius me applicavi. Sed ne B quidem nec Z sua palma fraudandi sunt neque alterius familiae libri; sed ne numeris ludere videar, cum facile, prout cuique libido est, ex apparatu critico documenta satis multa coacervare possit, satis sit annotasse nullo eorum facile careri posse.

Codicum horum quinque subscriptionem praebent in

fine libri IX. Cuius ex verbis, quae habes infra in p. 336 Eustochium non conquisivisse libros, sed sua arte etiam legisse et annotasse ut ceteros in talibus subscriptionibus appellatos ex verbis carminis expiscari studuit HJordan¹⁾; quem tamen optimo iure Hertz²⁾ refellit.

Paulisper denique morandum est in codicum manibus Q²O² correctricibus (Q²O² etc.). Saepius haec menda manifesta sustulerunt, interdum coniecturas novas intrudebant. Quo in numero is, qui codicem Q corredit, eminet. Deprehendimus enim virum haud inficetum, qui corruptelas amovit non paucas et cum aliis et, ut IX 1, 2 *iacias* X 15, 20 *exuit se* 24, 1 *marci tullii* XIV 1, 17 *hic* XV 8, 2 *delibari* XV 27, 5 *quia* XIX 9, 12 *addidit* al., solus. Plerumque tamen operam suam navavit audacius quam felicius, ne dicam impudentius quam prudentius. Nam codice³⁾ alio, si umquam, perraro inspecto medelam suo Marte afferre conatus est sciolas in meris mendis calami foede lapsus. Sic Q praebet IX 6, 3 *portus*, ω recte *potius*, sed Q² *prorsus* XI 4, 1 Q (*σ*) *erupidie multatus*, γ *euripidi aemulatus*, Q² *erupedis imitatus* XII 11, 2 Q *orent*, ω *forent*, Q² *essent* XIII 5, 1 Q *ad spe vitae tenui*, ω *ac s. v. t.*, Q² *ad spem v. tenuis* XV 5, 4 Q *inte inodit*, ω *in te incidit*, Q² *te mordet* 11, 5 Q *meopolim*, ω *nicopolin*, Q² *neapolim* 22, 5 Q *instutam*, ω *instinctam*, Q² *instructam* XVII 5, 3 Q *minoris*, ω *minutis*, Q² *minoribus* 10, 3 Q *redderetis se*, ω *reddere iis se*, Q² *redderet eis sui*; non paucis locis insulsissime suo munere functus est, ut IX 14, 13 Q *pro genti*, ω *progenii*, Q² *pro genetivo* X 26, 7 Q *tito*, ω *cato*, Q² *tito Livio* XI 5, 4 Q *agne*, ω *ac ne*, Q² *cognoscere* XIV 1, 2 Q *serto*, ω *serio*, Q² *secto* 1, 3 *credemus*, ω *crederemus*, Q² *credamus* XVI 5, 6 Q *uel-*

1) Gött. Gel. Anz. 1886, 482.

2) *Die Eustochius-Recension des Gellius Fleckeis*. ann. CXLV (1892) 425.

3) Nam ubi Q² cum aliis, praecipue B, consentit, plerumque lenissima est mutatio, ut IX 2, 6 *nullius* 2, 11 *inderentur* XIII 22, 1 *cunctos* 7 *calcamenti* XVI 4, 2 *censebis esse* al.; gravius est XVII 16 lemm. *detectendis*.

*cum, ω uescum, Q² uelud cum XVII 8, 4 Q scarens, ω scatens, Q² carens XIX 10, 11 Q omni, ω ennii, Q² homeri; cfr. eundem sinceram lectionem libri Q deformantem X 27, 2 rei publicae XI 18 lemm. draco atthenensi XII 1, 17 = XV 31, 4 mali XIII 17, 4 Praxiteles inquit XV 11, 1 uti eicerentur fideque 20, 4 perdicis rhetoris XVI 4, 1 Curtius al. Itaque in his hariolationibus oleo et operae pepercit allatis iis, unde aliquid lucri sperari posset. Idem in ceteris factum est, quorum sufficit afferre XVIII 1, 9/10. Ubi cum γ post *congius* perverse addidisset: *hoc ubi accepit peripateticus*, correctores uno consensu verba, quae sequuntur, non convenire peripatetico bene cognoverunt, quam ob causam ultimo verbo damnato *stoicus* scriptum est, non viderunt totum additamentum subditivum natum esse culpa librarii ad versum sequentem aberrantis. Manus recensissimae (O³ etc.) semel vel bis medicinam attulerunt aptam.*

His libris Hertz florilegia codicis bibl. nat. Parisini 4952 (T) saec. XII et Vaticani 3307 (Y) saec. XII addidit. T Y Sed quamquam ceteris fere antiquiores bonum praebent textum, tamen, cum haud ita saepe novas afferant lectiones, rarius, ut I 9, 1 *ratio* 13, 7 IX 13, 20 *manliana* I 19, 2 *quos esse* 24, 4 *tam etsi* X 15, 20 *ne* XIII 5, 3 *eudemus* XIV 7, 5 *constituendae* XV 18, 3 *ea* XVI 1, 3 *prior* 4, 2 *uter*; *quidquid* 4 *sit* al., ceteris meliores, ne apparatum onerarem, paucis exemplis exceptis supersedere me his posse putavi. Neque magis moror codices S. Germanensem, Franequeranum, alios, quos Hertz ex parte in usum suum convertit, nullius nobis illos momenti.

Codices denique deteriores (§) fere omnes saeculo XIV posteriores, qui totum Gellium exhibit, non prorsus abiciendi erant, cum et nonnulla emendent et libri octavi indices atque cum N ultima ultimi libri capita servaverint. Qui inter hos numerandus est liber β, iam supra pertractavi.

Subsidia arti criticae exercendae succedunt testimonia¹⁾

1) Quae fere omnia iam Hertz in praefatione summa diligentia collegit; complures Vincentii locos supplevit Manitius

et pauca, quibus nomen scriptoris appareat, apud Vopiscum, Lactantium, Servium, Augustinum, Priscianum, et permulta, ubi ipse auctor celatur, quo magis expiletur, apud Apuleium, Nonium, Ammianum, glossographos, alios. Qui inde a saeculo IX horum agmini se subiungunt, Einhardus, Ioannes Sarisberiensis, Vincentius Bellovacensis, Adam Balsamiensis, alii non pauci, nullius ad textum restitendum pretii, ab hac editione minore amoliendi erant. Uno loco X 17 Vincentium exscripsi, ubi alia atque Gellio plura affert; quod quamquam ex alio fonte eum scivisse puto, sicut et Ioannes Sarisberiensis I 14 ex Frontino plura suggestit Hygino Gelliano¹⁾), tamen plane supprimere nolui.

Gellius cum silvam copiarum collectam proponeret, nominibus antiquitatis inclutissimis schedulas suas implevit, ut, qui a nullo monitus eius librum pervolvat, quin stupeat largum penum doctrinae, facere non possit. Attamen accuratius in fontes eius inquirentes non fugit Gellium non sua solius opera hos thesauros coacervasse, sed non minus se locupletasse frugibus, quae in alienis agris nascebantur. Qua in re tamen longe antistat plurimis illarum aetatum scriptoribus. Nam non sollemdi eorum more auctorum suorum ne nominatorum quidem scrinia expilavit, sed plerumque²⁾ candide eos non laude debita defraudat pleno

Gellius bei Vinc. von Beauvais Philol. LI (1892) p. 189, Einhardi unum idem *Zu deutschen Geschichtsquellen* Neues Archiv XI (1886) 63; vd. et Philol. XLVIII 564. Novam Gellii commemorationem in epistula saeculi IX indagavit Duemmler, Neues Archiv XIII (1887) 355. Glossas a Reifferscheidio (*Mus. Rhen.* XVI 1 sqq.) editas magis, quam a Hertzio factum est, ad partes vocavi.

1) Cfr. Hertz praefer. XXIX et I p. 83.

2) In libris I V XV auctor sine fuso et fallacia nominatur in c. I 1; 2; 4; 6; 8; 10; 12; 13, 10; 14; 20; 21; 23; 25 V 7; 8; 9, 1—4; 14; 17; 18; 20 XV 1; 2; 5; 6; 7, 3; 8; 10; 12; 17; 19; 23—27; 29; 30; apparent, sed quodammodo abditus I 3; 15; 24; 26 V 6; 11; 13; 19; 21 XV 4, celatur I 5; 7; 9; 11;

nomine auctoris et saepe libri quoque inscriptione allatis; aliis quidem locis eius honestatem fidemque quasi colluctantes videmus cum ipsius doctrinae ostentandae studio: quamquam non reticet auctores, eos tamquam post transennam positos tam obiter commemorat, ut nisi intentis oculis intuenti non prodeant. Interdum tamen silendo celandoque eo progreditur, ut plane fonte proprio et proximo suppresso testem re vera a se alienum vocet; quod imprimis fit, si ex coaequalibus, quorum sermoni et disciplinae haud gravate, libris perraro sua debere videri vult, hausit. Itaque cum Gellio in afferendis fontibus maior quam ceteris fere omnibus fides sit, tamen in investigandis eius veris fontibus salebrae non desunt. Nam quamvis negari nequeat illum omnes illos scriptores antiquissimos, Livium, Naevium, Ennium, Laevium, Catonem, Tuberonem, Quadrigarium, alios legisse, tamen locos, de quibus copiose et docte disputat, persaepe non ex illorum ipsis scriptis, sed ex interpretum commentariis grammaticorumque artibus desumpsit, quibus hic illic unum alterumve exemplum ex suis schedulis adiecit. Idem factum est in operibus grammaticorum, rhetorum, philosophorum, iurisconsultorum, ubi non raro spretis fontibus verae antiquitatis satis habuit propiores adire exque iis delibare, quae speciem doctrinae vetustae pree se ferrent, ut, dum ipse sapere videtur, ibi non nisi alieno calleat ingenio. Tunc vero nostrae consuetudinis memores libertius ei veniam, si venia eget homo alius aevi aliorumque etiam in re litteraria morum legumque, dabimus, cum, quae in commentario quodam legerat, scriptore ipso consulto his ut ab ipso repertis usus est. Nam nos quoque saepissime adnotatione interpretis alicuius vel lexicologi admoniti non dubitamus his ut bono nostro uti, dummodo locos allatos ipsi inspexerimus eosque esse veros aptosque primario fonti adstantes intellexerimus. Sic quod tradit I 11 de Lacedaemoniorum aliorumque usu ti-

13; 16—19; 22 V 1—5; 9, 5; 10; 12; 15; 16 XV 3; 7, 1—2; 9; 11; 18—16; 18; 20; 21; 22; 28.

biarum, invenit in aliquo libro de musica conscripto, ubi iam ad Thucydidis Herodotique locos remissum erat. Verba vero horum ex ipsis supplebat, sicut § 16 ex Cicerone, totius argumentationis origine non patefacta. Item praeter Tironem Catonem ab eo inspectum esse clare verba VI 3, 49 docent, neque fidem ei denego XVIII 7 se exempla Favorino suppeditasse asseveranti, dum in Favorini locum fontem verum Verrius subroges.

Haec vero, quae supra exposui, quod iam pro explorato ponere licet, duorum praecipue virorum acuminis et subtilitati debemus, qui cum Dirksenum quadam ex parte praegressum secuti diversa opera ad eundem finem per venerint, hunc eo magis stabiliverunt, Mercklinum dico et Kretzschmerum, quorum vestigia presserunt fructu satis ample Ruske, minore Froehde.¹⁾ Qui vero eis successerunt, in lubrico solo et paene exhausto desudarunt, ita ut, qui provenit fructus, non semper respondeat ingenio operaeque impensae. Sic certe acumen non defuit, sed fortuna Beckio, qui partem capitum ex Plinii de dubio sermone libris deductam esse contendit. Quae thesis neque clare firmari, quamvis acriter sit proposita, neque, id quod concesserim, clare redargui potest²⁾; aedificium vero debilibus trabibus constructum timeo ne pauci sint, qui incolere audeant, praeter aedium fabrum. Simili modo, quae nova se elucubrasse putat, Nettleship nobis raro probare potest, si novos et paene ignotos auctores in seriem fontium inculcat, ut Cornelium Epicadum vel Octavio Avito similes vel Asconii contra obtrectatores Vergilii librum. Contra quem iam hoc unum opponam.³⁾ Quamvis non semper suo loco suos fontes nominet, Gellium nusquam tamen ex auctore sua desumpsisse statuendum est, qui non uno altero loco totius operis appareat. Vt XVIII 14 mana-

1) Vd. eorum libros infra p. XXI adn. allatos.

2) Qua in re me consentire gaudeo cum Goetz, Berl. phil. Wochenschr. XIII (1893) 1262.

3) Vd. et Ruske p. 1; 58.

vit ex Varronis disciplinis, qui liber affertur in capite sequenti aliisque, ita VI 13 et 22 Gellius duce usus est Verri libo de obscuris Catonis, qui affertur XVII 6, et X 8 et 9 hortulos suos irrigavit ex fonte Catoniano eodem, qui fluit VI 4, 5. Nusquam vero fit, certe nusquam probari potest Gellium sua mutuatum esse ex scriptore non ab ipso semel vel identidem nominato. Abeant igitur certe Cornelii Epicadi et Octavii Aviti, abeat vero etiam liber Asconii contra obtrectatores Vergilii¹⁾), cuius in Ciceronem commentarium Gellius XV 28, 4 non nisi ex Suetonio novit, abeat Plinius de dubio sermone. Quamquam in his res paulo aliter se habet. Nam lex modo statuta num a scriptoribus etiam ad eorum singula scripta transferri possit, ita ut ne scripta quidem scriptoris nominati, sed non ipsa nominata fontes proponenda sint, dubito. Certe ea norma non cadit in Gellii aequales, quorum libros raro affert, saepe usurpat. Sic Favorini appellantur libri *Πνευματικῶν τρόπων*, laus Thersitae et febris, nusquam²⁾ apparent graviora ἀπομνημονεύματα et παντοδαπή ιστορία³⁾), quorum tamen opes non spretas esse certissimum est; nec Frontonis et Herodis Attici⁴⁾ libros aversatus est, quos viros tamen non nisi loquentes inducit; item Calvisii Tauri commentarios laudat, adhibuit eiusdem περὶ τῆς ἀπαθετέλετην τῶν Στοιχῶν XII 5, qui liber fortasse tecte indicatur in § 5, et περὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων V 15; 16 IX 5. Eadem res est in prioris aevi scriptoribus, sed paucissimis; nam quo II 11 referam nisi

1) Id fortasse concedatur in eis capitibus, quae Probo debentur, Asconiana inesse; nam Berytius Asconio usus est (cfr. Probi qui dicitur commentarium p. 7, 7 K., si cum Lahnio et Ribbeckio proleg. ad Verg. p. 164 nonnullas huius commentarii partes ex Berytio originem ducere consentias).

2) nisi ad prius alludit X 12, 9.

3) Haec inscriptio in praefatione 8 sine nomine scriptoris legitur.

4) Eius libros *κηρία* (*καιρία*) et *ἔγχειρίδια* in praef. 6 et 7 designari putat Hertz.

ad Varronis annales¹⁾ et X 23 nisi ad eiusdem de vita populi Romani libros nusquam nominatos non habeo.²⁾

Quodsi ipse iam in hunc campum descendō spinis pleniorē quam fructibus, ubi nulla Medea aranti aderit, me similes fortasse exprobrationes contracturū esse haud ignoro. Tamen spe teneor in nonnullis me ut nova ita et vera propositurū, in aliis peritiores incitaturum, ut errorem vitiumque profligent aut rem inchoatam tantum iam consummēt, in omnibus campum liberiorem quique faciliori iam negotio adiri possit, praebiturum. Qua in re ut mihi fuerunt, sic ceteris, qui in hac arena decurrant, usui gratosque fore locos similes aliorum scriptorum in editione apparatui critico praemissos confido ad textum servandum, sanandum, supplendum non minoris pretii quam ad fontes Gellii plerunque obrutos detegendos. Quos omnes colligere quamquam non unius hominis est multosque hoc pertinentes me fugisse certum est, cum die diem doceri ipse satis expertus sim, tamen ad quaestiones has discernendas in parte quidem capitū satis idoneam materiam me suppeditasse affirmare audeo. Neque solus hanc viam inīi. Nam praeter illos viros paulo post nominandos, quorum copias, quamquam eorum ratiocinationi non semper accessi, cupide arripui, aliosque, ut in Macrobius Wissowain et Linke, etiam Hertz eandem viam egregie prae muniverat, cuius exemplis ex Ammiano, Nonio, aliis³⁾ coacer vatis ut pauca adderem, contigit. Sed etiam illius vel defuncti auxilio in his congerendis quod adiutus sum, summae erga me comitati Ricardi Foersteri Vratislaviensis debeo. Nam cum Hertz Gellii editionem criticamexegetica provocandam suscepisset eamque operam, cuius specimen in indice scholarum Vratislaviensium aestivarum an-

1) Vd. et ad XVII 21.

2) De Sotione περὶ διαδόχων, auctore capitū I 9, res est incertissima, quamquam eius κέρας Ἀμαλθείας I 8 et praef. 6 obviam fit.

3) Cfr. *Opuscula Gelliana* p. 85 sqq.; 146 sqq. Nonii loci a me allati sunt ex editione LMuelleri, sed paginis Mercerianis.

norum 1877 et 1883 iam proposuit, per quinque libros primos paucaque capitula aliorum strenue et naviter impendisset, eo morte litteris erepto thesaurus ille in manus Foersteri collegae pervenit, a quo precanti mihi, ut inspicere liceret, liberrimus usus et commentarii et exemplaris Gelliani ab Hertzio hic illuc notis, praecipue conjecturis virorum doctorum, aspersi humanissime concessus est. Quo ex commentario viri in libris atque litteris assidui quamquam erat, quod tollere velles, tamen in his prioribus libris copias meas non semel et auctas et correctas esse grato animo testificor. Proferam vero iam non modo, quae denuo tractavi, capita, sed etiam, in quibus res iam acta est, brevissime adnotans cui subscribam; nam cum disquisitiones dubiae niti debeant certis, hae ut praesto sint, optandum est; praetermittam tamen, ne spatium licetum supergrediar, et in quibus, cum diserte sincereque Gellius suos auctores nominarit, omnia clara sunt, et pauca, in quibus ne conjecturae quidem locus est.

Gellius, quae protulit, desumpsit¹⁾:

1) HEDirkSEN *Die Auszüge aus den Schriften der röm. Rechtsgelehrten in den N. A. des A. Gellius* in (Abhdl. der Berl. Ak. d. Wiss. 1851 p. 29 —) Hinterl. Schriften, Lipsiae 1871 I p. 21 (= Di.). LMERCKLIN *Die Citiermethode und Quellenbenutzung des A. Gellius in den Noctes Atticae*, Fleckeis. ann. suppl. III (1860) p. 635 sqq. (= Me.); *Gellii capita quaedam ad fontes revocata* Ind. Dorpat. 1861, quam dissertatiunculam quamvis per bibliothecas et bibliopolas quaesiverim, ut viderem non contigit; sumمام eius tamen novi ex Hertzio, Ruskio, al. (= Me. ind.); Philol. XVI (1860) 170 (= Me. Phil.); Fleckeis. ann. 83 (1861) p. 713 (= Me. ann.). JKRETSCHMER *De A. Gellii fontibus. Part. I. De auctoribus A. Gellii grammaticis* (diss. Gryphisw.) Posnaniae 1860 (= Kr.); Fleckeis. ann. 85 (1862) 361 (= Kr. ann.). LRUSKE *De A. Gellii Noctium Atticarum fontibus quaestiones selectae* (diss. Vratislav.) Glaciae 1883 (= Ru.). OFROEHDE *Röm. Dichtercitate bei Gellius*, Festschr. f. JVahlen, Berlin 1900 523 sqq. (= Fr.). JWBECK *Studio Gelliana et Pliniana* Fleckeis. ann. suppl. XIX (1892) 1 (= Beck); *De Sulpicio Apollinari* Groningae 1884; *De M. Valerio Probo Berytio quaestiones novae* Groningae 1886 (= Beck Prob.); *Zur Quellenanalyse des Charisius* Philol. XLVIII (1889) 255; *Die Quellen in den grammatischen Schriften des A. Gellius* (diss. Bonn) Bonn 1890 100.

praef. 4—10 ex Plinio praef. 24 (Me. 672) — I 2 ex Epicteto Arriani l. l., fortasse tamen re vera per internuntium Herodem; nam in numero libri Arriani Gellius per errorem labitur, nisi calami vitium est — 3, 1—9 ex Plut. περὶ ψυχῆς (Me. 653 sq. Ru. 8), ita tamen, ut hic quoque Favorinus intercessisse possit item ut apud Diog. L. I 3, 3 (71); nam quae afferuntur eius verba in § 27, ex libro eius fluxerunt (cfr. Me. 654; 678 Ru. 56), et quae narrantur in § 30, etiam apud Diog. L. I 5, 5 (87) leguntur, quamquam ibi ut apud Aristot. rhet. II 13 Cic. Lael. XVI 59 Val. Max. VII 3 ext. 3 (non apud Plut. p. 86 C 96 A gnomol. Vatic. 551 Sternb.) de Biante dictum est. Favorinum autem, licet eum fuisse primarium fontem Diogenis Maassio¹⁾ non credamus²⁾, tamen multa cum alia tum ἀποφθέγματα ei subministrasse nemo negare potest; cfr. IV 9, 6 (63) V 1, 7 (9) VI 2, 4 (25); 5, 7 (89), similemque huic Chilonis vel Biantis vocem de amicitia Aristotelicam Arelatensis producit apud Diog. V 1, 11 (21). Ut Theophrasti verba certe fluxerunt ex illo (Me. 653), sic non minus, ut puto, Plutarchi, cuius artissima familiari-

Büchern des Plinius Sec. Philol. LII (1894) 506; Berl. philol. Woch. XII (1892), 1571; 1602. HNettleship *The Noctes Atticae of Aulus Gellius* (Am. Journal of Philol. IV (1883) 391 ==) Lectures and Essays, Oxford 1885, 248 (= Ne.); vd. et 226; 295 sqq. FMünzer *Beiträge zur Quellenkritik der Naturgesch. des Plinius* Berol. 1897 (= Münzer). ORibbeck *Prolegomena ad Vergilium* Lipsiae 1866 (= Ribbeck). HRoehrig *De P. Nigidio Figulo capita duo* (diss. Lips.) Coburgi 1887 (= Roehrig). ASwoboda *P. Nigidii Figuli operum reliquiae* Vindobonae 1889 (= Swoboda). JSteup *De Probris grammaticis Ienae* 1871 (= Steup), vd. et Mus. Rhen. 27 (1872) p. 62; 192. FRudolph *De fontibus, quibus Aelianus . . usus sit* stud. Lips. VII (1884) 1; *Die Quellen und die Schriftstellerei des Athenaeus* Philol. suppl. VI (1891) 109; *Zu den Quellen des Aelian und Athenaeus* Philol. LII (1894) 652.

1) EMaass *De biographis Graecis* (Kiesling-Wilamowitz, Philol. Unters. III) Berolini 1880.

2) Wilamowitz ibd. et Herm. XXXIV 632; Usener Sitz.-Ber. der Berl. Ak. 1892, 1023; Gercke *De quibusdam L. Diogenis auctoribus* Index aestiv. Gryphisw. 1899. Vd. et Leo *Biographie* 21.

tate secum coniuncti doctrinam philosophus Gallus etiam numero librorum eum aemulatus (Suid. s. v.) non respuit; neque hoc mirum est, nam cuius nomine exornaverat librum περὶ Ἀκαδημαικῆς διαθέσεως, ab eo librum περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ suo nomine inscriptum et epistulam περὶ φιλίας recepit; ut ipse inducitur in illius quaest. conv. VIII 10 et laudatur quaest. Rom. 28, sic vel eius servum contra Epictetum certantem facit (Marres *De Favorini vita* p. 14; 90; 134) — 5 Ex Sotione illa probra accepisse Gellium Hertz *Op. Gell.* 60 arbitratur, a quo cum Ru. 9 dissentio. Demosthenem a philosopho ad rhetorem transeuntem (III 13) descripsit Hermippus, ex Hermippo Favorinus; huic vindicabimus etiam, quae legimus de Demosthenis ante Philippum silentio (VIII 9), item quomodo Timon cavillatus sit Platonem (III 17) et Euathlus ludificatus Protagoram (V 10), nec non alias de clarissimis viris narratiunculas (I 17 II 1; 18 V 3 XIV 3); nonne etiam convicia ab Aeschine¹⁾ in aemulum invisum iactata eidem auctori originem debent simulque Hortensii responsum facetum et acerbum? Sic quoque sententia Schaeferi Philol. VI (1851) 427 stare potest illa antea ab Hermippo tradita esse — 7 ex Probo (Me. 679 ind. 14 Ne. 273 Ru. 17; 20)²⁾ — 9 ex Sotionis περὶ διαδόχων (Me. apud Hertz *Op. G.* 61), vix recte; ex Tauro Ru. 50 — 10 ex Favorini sermone (Ru. 54 cfr. Kr. 80)³⁾ — 11 ex Varronis discipl. VII (de musica) additis a Gellio verbis ipsis Thucydidis, Herodoti, Ciceronis, Aristotelis (Ru. 7; 29)⁴⁾ — 12 ex Labeonis commentariis (Me. 650; 654 Ru. 11; 16; 62; 66 Ne. 266)⁵⁾ — 13 ex Panaetio περὶ τοῦ καθήκοντος (Ru. 46), quamvis ad scriptorem liberae rei publicae refugere verear; nam haec satis

1) Hunc ipsum fontem fuisse Gellio in § 1 Kretzschmero 13 non assentior, quamvis eius in Timarchum oratio XVIII 3 occurrat, sed accuratissime inscripta et exscripta.

2) Cfr. Beck 29. 3) Ex Plinio de dub. serm. Beck 8.

4) Cfr. et Kr. 6 Me. ann. 721.

5) Item Rud. Peter *Quaestionum pontificalium specimen Argentorati* 1886 p. 9; 29.

saepe tractaverunt et Graeci et post Ciceronem Romani. Exemplum Crassi ex ipso Sempronio transsumptum est (Kr. 7 Ru. 17) — 15 plura quam § 17 deberi Favorino opinatur Kr. 104; eundem esse familiarem Probi (§ 18) Beck *Prob.* 10, sed dilucide a Favorino is distinguitur; potest esse Fronto¹⁾), qui etiam II 26 cum Favorino consociatus dictum illud Sallustianum p. 107 et paululum detortum p. 155 N. profert mutationem²⁾ tamen Probi non amplexus — 16 fluctuant inter Verriū coll. Fest. p. 153, 20; 158, 1 (Kr. 72 Ne. 226), Probum (Me. ind. 13³⁾ Ne. 274), Plinium (Beck 24; 29) — 17, 1—3 ex Favorino (Ru. 56 Fr. 530)⁴⁾ — 18 Gellium ipsum Varrois errorem detexisse ut putem, a me impetrare nequeo, neque accepit a Cloatio Vero, cuius stolidas interpretationes XVI 12 increpat, quamvis in eius libris ‘verborum a Graecis tractorum’ non pauca inesse curiose et sagaciter conquisita non infitietur. *Furtum a furvo* deductum transsumpsit Labeo, a φώριοις alii (Dig. XLVII 2, 1 pr. Inst. IV 1, 2); itaque Gellius videtur sua mutuatus esse a iurisconsulto aliquo.⁵⁾ Servius g. III 407 etsi exemplum Horatia-

1) Hertz in autographo Annianum eum esse putat. Gellius multa ex Frontonis verborum copia sua fecit, cfr. locos allatos ad I 12, 3; 15, 2 V 2, 4 VI 14, 1; 6 XIII 1, 6 XIX 8 XX 1, 21 al.; vd. et praeter KSittl *Lokale Verschiedenheiten der lat. Spr.* Erlangae 1882, Kr. 103 ThSchwierczina *Quaestiones Frontonianae* Vratislaviae 1883; in maioribus autem eum non deprehendi praceptoris exemplum anxie sectatum; quin discrepant inter se; nam quod vitium verbi Fronto Gellianus XIX 8, 3 iudicat, pluraliter usurpatas *harenas* ipse admisit p. 16; 264 N. ·cum aliis haud paucis.

2) De verbo *loquentia* apud Plinium ep. V 20, 5 extante vd. Beck *Prob.* 10 et Steup 130 adn. 31 quamvis de Probo errans.

3) ‘non sine probabilitatis specie’ Hertz in autographo. Cfr. Mirsch *De M. T. Varrois antiquitatum rerum hum. libris* XXV stud. Lips. V (1882) 5.

4) Cfr. Plut. de inim. util. 8 p. 90 E Sternbach, gnomol. Vatic. 480 (Wiener Stud. XI p. 216).

5) Non est Masurius Sabinus, quo traheret eius de furtis liber Gellio XI 18 notus; nam is *furtum a fraude* derivat (Dig. l. l.).

num addit, ex Gellio, quem nominat A. V 738, pendet; sed etiam apud Prisc. I 11, 21; 27, 23 haec ex sermone Graeco translatio invenitur — 19 ex Varronis *rer. div.* IV (Kr. 46 Ru. 23)¹⁾ — 20 ex Varronis *discipl.* IV (Kr. 8; 39; 50 Ru. 29 Ne. 266)²⁾ — 21 ex Hygino l. 1.³⁾ fortasse praeter § 6 sq. (Fr. 542) — 22 an ex Probo? cfr. II 17 IV 17⁴⁾ — 23 ex Catone l. 1.⁵⁾ — 24 ex Varrone l. 1. (Kr. 52 Ru. 26; 72 Me. ann. 719)⁶⁾ — 25 ex Varrone l. 1., § 17 fortasse ex Opilio ipso (Me. 702 Kr. 41; 45)⁷⁾ — 26 ex Tauri commentariis (Ru. 52; vd. Ne. 258).

II 1 ex Favorini sive *ἀπομνημ.*⁸⁾ sive *παντοδ. ἴστ.* (Ru. 56) sive de Socrate (Me. 678)⁹⁾ — 3 non ex Nigidio (ut vult Kr. 57, cfr. Ne. 272), sed ex grammatico recentiore, fortasse ex Probo¹⁰⁾ intercedente Optato¹¹⁾, fortasse ex Suetonio, cfr. GLK I 365, 19 — 5 ex Favorini omnigena historia (Me. apud Hertz ed. maior.); nescio, an ex gnomologicis, quae eum scripsisse Suidas auctor est — 6 Vergilii exempla aut ex Cornuto (Kr. 78; 81) aut ex Cornuto et Hygino

1) Cfr. Hertz ed. maior. ad I 18, 1.

2) Sic iam Ritschl opusc. III 352, qui idem agi in libro de principiis numerorum dicit p. 442. Vd. et Friedlaender *Sitten gesch.* *Roms*⁶ III 701 adn. 3.

3) Cfr. Ribbeck 117 sq., qui partem Sulpicio Apollinari tribuit (vd. Me. 659); ex Probo Ne. 274.

4) § 12 sq. ex Hygino Kr. 78.

5) Ex Cornelio Epicado de cognominibus Ne. 264.

6) Cfr. Ribbeck *Röm. Dichtung* I 26, Borman, Arch. ep. Mitth. aus Oest. XVII 232.

7) Cfr. Gruppe, Comment. Mommsen. 546, contra Mirsch *Varronis antiqu.* 59 et Varronem et Quadrigarium et Opilium ex uno posterioris aetatis fonte manasse statuit.

8) Cfr. Rudolph stud. Lips. VII 61 Philol. LII 661.

9) Cfr. Marres 85.

10) Probus *orcho* aspiravit apud Serv. pl. g. I 277; nam Berytius videtur, quamquam item in catholicis (GLK IV 38, 29 cfr. 10, 22; 14, 33; 22, 27), cum quibus consentit Serv. g. III 223 dissentiens tamen in exemplis; nam pro *lurcho* catholicorum *sepulchrum* habet. De *incohando* cfr. ibid. in catholicis et Verrius GLK I 365, 17. Vd. et Ribbeck 139; 202 sq.

11) Cfr. Roehrig 13 Swoboda 13.

(Me. 659 ann. 722)¹⁾; sed cum § 5 certe ex Probo (Kr. 91 Ru. 12)²⁾, etiam, quae alia obicit in obtrectatores illos, ex eodem fluxerunt, ut § 20, quam ex Verrio derivatam esse Kr. 72 (cfr. Ne. 226) suspicatus erat, et fortasse ipsius Cornuti castigationes³⁾ — 7 ex Panaetii περὶ καθήκοντος Ru. 46 (cfr. Ne. 260), male; nam in § 2 et Graecos et Latinos scriptores de hac re disseruisse scriptum est. Quod quamquam non ita accipendum est, ut Gellius doctrinam ex Graecis et Latinis compilasse putetur, tamen in eius fonte utrosque nominatos esse statuendum est. Itaque Panaetius cum philosophos Romanos vix nominare potuerit, numero auctorum detrahendus est. Non minus exempla in § 20 allata, nisi sunt a Gellio addita, in aetatem posteriorem nos reducunt. Vt Gellius, εἰ πάντα πειστέον τοῖς γονεῦσιν, tractavit Musonius apud Stob. flor. LXXIX 51 (III p. 90 M.) non male congruens cum praeceptis capitis Gelliani tantum non omnibus. Etiam Musonii ep. § 5 p. 402 Herch. cum Gellii § 13 aliquatenus consentit.⁴⁾ Quae profert ex Musonio, se audisse vel accepisse Gellius affirmat V 1, 1 XVI 1, 1; etiam hoc loco doctrina philosophi ad Gellium pervenit intercedente sive Herode Attico, ut IX 2, 8, sive Calvisio Tauro, qui quamquam academicus (VII 10, 1) tamen stoicos non aversatus est (IX 5, 8, cfr. XII 5, 5) quique II 2 de ratione officiorum inter liberos et parentes vigentium disputat. Ad eundem trahimur, si suspicio altera — ac certe nil nisi suspicandi hic locus est — magis blandiatur. Musonio melius cum Gellii § 13 consentit Hierocles capite Stobaei illud Musonianum excipiente (III p. 98 M.): πῶς χρηστέον τοῖς γονεῦσιν; tunc idem Taurus eius interpres existimandus est, qui teste loco

1) Vd. Ribbeck 120. Ex Asconio contra obtrectatores Vergili Ne. 271, cfr. Beck *Prob.* 10.

2) Cfr. Ribbeck 145 Steup 111 Beck *Prob.* 10 Thilo *Quaest. Servian.* 12 ed. *Serv. praef.* XXIII Skutsch *Aus Vergils Frühzeit* 100 adn.

3) Cfr. Ribbeck 145.

4) Cfr. Praechter *Hierocles der Stoiker* p. 50; 53 adn. 4.

IX 5, 8 stoici illius dictum contra Epicurum iactatum semper ore volvebat — II 8 et 9 ex Plut. l. l. (Ru. 48 Ne. 259) excepto fortasse 8, 9 (Me. Phil. 170) — 10 ex Varronis quaestionibus epistolicis (Kr. 53; 60 cfr. Me. 661)¹⁾ — 11 ex Varronis annalibus (Ru. 25; 42; 72 Ne. 265)²⁾ — 12 ex Favorino puto, quem nominat in § 5 (cfr. Ru. 55)³⁾ — 13 ex Sempronio l. l. (Me. 644; 704 adn. 15 Ru. 17), sed fortasse intercedente Probo, quo Donatus et Servius cum Gellio hic concinenter saepius utebantur.⁴⁾ Eiusdem, qui de dubio perfecto egit, verba et iudicium referre caput 14 maiore etiam probabilitate Ne. 274 conclusit, cfr. Ru. 12 — 15 ex Varronis aut antiquitatibus rerum humanarum aut Aetiis (Ru. 22; 42) aut de gente populi Romani⁵⁾ — 16 ex libro Sulpicii Apoll. (Me. 678 Kr. 96; 107)⁶⁾ — 17 non suo periculo Ciceronem Gellius aggredi ausus est. Multorum, qui illius argumentationem amplexi sunt, nemo propius accedit nisi is, qui de ultimis syllabis scripsit; cfr. locos non ita inter se distantes GLK IV 253, 20 et 255, 4 et de perfecto coegi (Gell. § 10) 262, 9. Cui licet nomen Probi mera coniectura Parrhasii inditum sit, tamen in iis, quae nos spectamus, Minerva illi favisce videtur. Nam ut hic de productis *in*, *con*, *pro* disputatur,

1) Ex Verrio Ne. 226.

2) Ex Varronis rer. hum. libris Zschech *De Cicerone et Livo Valerii Maximi fontibus* 43, 1 Kettner *Varronis de vita populi Romani* 13; communem fontem et Varronis et Gellii statuit Kempf *Val. Max. ed. praef.* 20.

3) Wilamowitz *Aristot. und Athen* I p. 298 adn. 1.

4) Donatus octiens Probum afferit; cfr. praeterea Serv. A. VII 543 *Probus, Asper, Donatus* VI 177 *Probus tamen et Donatus de hoc loco requirendum adhuc esse dixerunt* (ad hanc dictationem cfr. Gell. XII 14, 7 *censuimus amplius querendum*); Servius et genuinus et plenior plus triciens, saepiusque occulte eum exscribunt, ut ipse Donatus.

5) Hertz: 'aut de vita populi Romani coll. (Plut. quaest. Rom. 33) Non. II p. 77, 2 aut ex antiq. rer. hum. aut de gente populi Rom. coll. Serv. A. VII 176, cfr. Mercklin Philol. III 271'. Ex fonte ignoto legibus Iuliis non vetustiore Ne. 266.

6) Partim ex Caesellio Vindice Ne. 268.

sic IV 17 de *con*, *sub*, *ob*, *pro* addito praeter alia eodem exemplo Sallustiano, quod caput ad Probum vel Sulpicium Apollinarem revocarunt. Ex Probo hauserunt Diomedes (cfr. Keil pr. LII) et Priscianus, praecipue in capite de perfecto: habes Gellium § 2 concinentem cum Diomede 409, 2; 433, 15, § 11 cum Prisciano I 461, 14 (de *coegi*). Haec omnia documenta esse infirma non me fallit, sed non infirmiora, quam quibus nisus Beck 8 Plinium ex inferis arcessivit. Itaque his ex suo quisque ingenio demat vel addat fidem — 18 ex Favorino (Ru. 45; 60)¹⁾, qui ex Hermippo περὶ τῶν διαπορεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων hausit (cfr. Me. 678)²⁾ — 19 Gellium Catonem hic non inspexisse iudicium ceteroquin cohibens Ru. 11 statuit. Cum quod Gellio, idem Donato compluribus locis constet, confugerem ad communem fontem Probum, nisi me auctoritas Mercklini (apud Hertzium) moveret, qui ob *propriam* et *proprie* in § 1 sq. et *proprio nomine* in c. 20, 7 ex libro de proprietate haec duo capita deprompta esse coniecit. Itaque potius de Verrii de significatu verborum libro cogito, cui etiam caput 21 vindicandum est (Ne. 256)³⁾, ut haec tria capita ex eodem auctore ortum duxerint pari modo atque XIII 11; 12; 13 et XVI 16; 17; 18 ex Varrone, XIII 14; 15; 16 ex Messala, XIV 1; 2; 3 ex Favorino, XVII 15; 16; 17 ex Plinio, XIX 2; 4; 5; 6 ex Aristotele. Exempla et tota argumentandi ratio optime quadrant ad grammaticum Augusteum, quamvis vix comparare ausim 20, 5 *roboraria* .. *appellata a tabulis roboreis, quibus saepa essent* et Paul. p. 264, 12 *robus* .. *arcis robusteis includebatur* — 22, 3 — 22; 24 — 26 ex Favorini παντοθ. ἴστ.⁴⁾ — 23 Similis est com-

1) Cfr. Maass *Biogr. Gr.* 106 (sed etiam Wilamowitz 160), Wachsmuth, symb. philol. Bonnens. 140.

2) Brandt ad Lactant. inst. III 25, 16: 'e Seneca fortasse etiam Gellius II 18'.

3) Cfr. Mentz *De L. Aelio Stilone comment. Ienens.* IV (1890) 50; alter Kr. 47.

4) Sic Reifferscheid *Suetonii rell.* 474 Kaibel *Antike Windrosen* Herm. XX (1885) 593 Roehrig 15 Swoboda 62; perperam

paratio, quam inter Vergilium et Pindarum instituentem Favorinum Gellius XVII 10 facit, non dissimiles in eadem trutina suspensi Vergilius et Theocritus Homerusque IX 9. Hoc caput aut totum aut magna ex parte ex Probi collectaneis in Gellii descendit; non eadem probabilitate etiam alterum Berytio Kr. 106 addixit; quem cum hic quoque nominare prope absit, tamen in re incertissima artem nesciendi profiteri *praeplacet*¹⁾ — 24 ex Capitone l. l. (Ru. 67)²⁾ exceptis fortasse § 4—6 et 8—10 (Me. 700 Fr. 537) — 26 ex Frontonis opere aliquo (Me. 679)³⁾ — 28 ex Varronis rer. div. VIII⁴⁾, § 5 sq. fortasse ex Catone ipso (Ru. 11; 24 Ne. 266) — 29 ex Ennii saturis (Kr. 12 Fr. 527) — 30 ex Nigidii de vento Me. 677, cautiis Ne. 262.

III 2, 1—13 ex Varronis rer. hum. XIV (Di. 50 Ru. 21; 64 Fr. 535 Ne. 267)⁵⁾ — 3 ex Varronis de comoediis Plautinis I (Me. 643 ann. 721 Kr. 6; 18; 40 sq.; 53)⁶⁾ — 4 ex Hygini de viris ill. (Me. ind. 14 Ru. 41)⁷⁾ — 5 ex Plut. symp. VII (Me. 665 Kr. 4 Ru. 49) — 6 ex Aristotele et Plut. l. l. (Me. 647 Kr. 4 Ru. 49) — 9 ex Iulio

Me. 677; 700 Ne. 262 Reitzenstein *Die geogr. Bücher Varros* Herm. XX (1885) 514. De Favorini quaestionibus physicis vd. Marres 59.

1) Similiter atque Gellius de Caecilio cum Atticis comparato iudicat Quint. X 1, 99 sq.; aliter suam patriam extollens Vell. I 17, 1, qui facetias ei atque Terentio non derogat.

2) Cfr. Bremer *Iurisprudentia antehadriana* II 286.

3) De § 19 vd. Kr. 58 Roehrig 15 Swoboda 25 adn. 1.

4) Sic Merkel *Ov. fast. praef.* CLIII; ex Ateio Capitone coll. IV 6 Me. apud Hertzium.

5) Sic et Unger *Tages Anfang Philol.* LI (1892) 16 Bilfinger *Der bürgerliche Tag* 16 Münzer 257, cfr. et Mirsch *De Varronis antiqu.* 59; 74.

6) Cfr. Mentz *De Stilone* 23 Leo *Plaut. Forschungen* 61; dissentit de poetarum locis Fr. 581.

7) Sic Bunte *De Hygini vita* 37 adn., *Hygini fab.* p. 12. Me. apud Hertzium putat fortasse respiciendum esse ad Varronis hebdomadas, cfr. Plin. VII 59, 211 (*Varr. r. r. II* 11, 10). Vd. Münzer 260.

Modesto l. l. (Ru. 38, cfr. Me. 650) — 10 et 11 ex Varrone l. l. (Me. 644; 647; 700 Kr. 53 Ru. 7; 27; 72 — Kr. 19; 40 Ru. 4; 27)¹⁾ — 13 ex Favorino (Me. 678 Ru. 45; 60) — 14 ex Varronis discipl. V (de arithmeticā) (Kr. 10; 51 Ru. 12; 29) — 15 ex Verrii rerum memoria dignarum libro (Ru. 39 Ne. 274)²⁾ — 16, 1—12 ex decreto Hadriani (Me. 655 Ru. 43), cui diversis temporibus accreverunt § 13—20 ex Varrone, Homero, Sulpicio (Me. 655; 704 Kr. 107 Fr. 531) et 22 ex Plinio l. l. translatae (Me. 664; 702; 704 Ru. 42) — 17 ex Favorini commentariis (Me. 677 Ru. 59)³⁾ — 18, 1—4 et 19, 1 sq. ex Gavio Basso l. l. (Me. 665 Ru. 31)⁴⁾, 18, 5—10 ex Varrone et Laberio (Me. Philol. 170 Ru. 31 Fr. 534).

IV 1 ex Masurii iuris civilis II (Di. 35 Me. 645; 677; 702 Kr. 80 adn. Ru. 64 sq.; 67)⁵⁾ — 2, 1—12 ex Caelio Sabino l. l., 13—15 ex Masurio (Di. 41 sq. Me. 647; 702 Kr. 79 Ru. 65 sq.; 69 sqq.) — 3 et 4 ex Neratii de nuptiis

1) Münzer 174; 11, 6 fortasse ex Aristotelis *πέπλω* Me. 672: 'parum probabilit̄' Hertz recte.

2) Cfr. COMueller *Fest. praef.* XIII Münzer 320. Hertz: 'similem morti Diagorae (§ 3) mortem Chilonis rettulerat Hermippus (Diog. L. I 3, 72 corr. ab OJahn Philol. 26, 4) clarorum virorum morti indagandae et enarrandae omnino curiosus (vd. LMendelssohn, Acta soc. phil. Lips. II 193); collatis igitur, quae ad capp. 13 et 17 adnotavit Mercklin, hoc etiam caput ad Favorinum referas, ut ex Gellii more singula capp. inter bina capp. ex eodem fonte hausta interiecta sint. Varronem agnoscere sibi videtur Mendelssohn', fortasse hic melius illis. Nam illud *præterea* in § 4 significare videtur alterum iam exordiri auctorem, ut haec tantum paragraphus ad Verriū ex annalibus haurientem pertineat. Certe Aristotelis nomen (§ 1) neque apud Festum neque apud Paulum occurrit.

3) Item Maass *Biogr. Gr.* 106 adn. 113, qui etiam de omnigena historia cogitat. Simili modo Favorinus Platonem opus de re publica fere totum e Protagorae *Ἀριτογικοῖς* surripuisse insimulat apud Diog. L. III 35 (57); cfr. infra p. XXXII.

4) 'but the bulk' (capitis 18) 'of the note may be from Verrius Flaccus, see Festus p. 210' Ne. 268, cfr. 226.

5) Ex Plinio Beck 17, ex Verrio Ne. 268.

(Di. 32 Me. 648; 666 Kr. 59 Ru. 65)¹⁾ — 5 ex Verrii rerum memoria dignarum I (Me. 651 Kr. 7 Ru. 38) — 6 praeter fortasse § 4 ex Capitone l. l. (Kr. 67 Me. ann. 719) — 8 ex Hygini de viris ill. (Me. ind. 14 Ru. 40, cfr. Ne. 261) — 9, 1—2 ex Nigidio, 3 sqq. ex Masurio l. l. (Kr. 31; 55 cfr. 79)²⁾ — 11 ex Plutarchi de Homero I praeter § 3, quae ex Cicerone ipso (Ru. 48); dubito, num recte. Gellius (§ 13) Plutarchum in symposiacis piscium mullorum esum Pythagoricis abiudicasse vult; nihil de mullis invenies apud Plut. symp. VIII 8, qui non nisi generatim de piscibus exponit. Recte tamen mullos Gellius exceptit, quorum usum Pythagoras prohibuit teste Aristotele apud Diog. L. VIII 1, 18 (19); cfr. 19 (33). Itaque *mullis* neque delere volui cum Hertzio neque mutare cum Mommseno, sed inde ortum existimo, quod Gellius duos locos alterum Plutarchi alterum nescio cuius scriptoris, quos iuxta positos in fonte suo invenerat, confusos Plutarcho in symp. attribuit. Quis emerget fons? Multa, quae in hoc capite exstant, apud Diog. L. VIII 1 reperiuntur. Quae Aristoxenus § 6 dicit, recurrunt fere VIII 1, 18 (20); non minus, quae Aristoteles teste Plutarcho in § 12, ibidem in paragrapho, quae antecedit, nec male Ciceronis verba § 3 conferas cum Diog. 19 (24). Xenophilus, Aristoxeni familiaris, (§ 7) non occurrit apud Plutarchum — ut perraro Aristoxenus ipse nisi in re musica —, obviam fit apud Diog. 24 (46).³⁾ Ille biographus non

1) Ex Servio Sulpicio Ne. 267; cfr. Di. 322 Me. 648; 666. Vd. et ASchottmueller, symb. philol. Bonnens. 826 PSchmidt *De Nonii auctoribus grammaticis* 8.

2) Cfr. Bremer *Iurisprud. anteh.* II 323 Thilo *Quaest. Serv.* 22 Roehrig 11 Fr. 539 Münzer 163.

3) Fortasse hic quoque, quae legit, Gellius confudit aut eius auctor. Aristoxenus l. l. πάντα τὰλλα συγχωρεῖν αὐτὸν ἐσθίειν ξυψυχα, μόνων δ' αὐτὸν ἀπέχεσθαι ἀροτῆρος βοὸς καὶ κριοῦ. Ante Aristoxeni verba sunt haec: θνσίας ἔχοντο ἀνθύχους· οἱ δέ (fortasse iam hic Aristoxenus indicatur) φασιν, ὅτι ἀλέκτοροι μόνον καὶ ἑρίφοις γαλαθηνοῖς τοῖς λεγομένοις ἀπαλίαις, γῆκοιστα δὲ ἀρνάσιν. Illas ἑρίφοντας γαλαθηνοὺς et Gellii (§ 6)

parvam vitae Pythagorae partem ex Favorino assumpsit, cuius duo gravissima opera nominat § 12; cfr. 15 et, ubi de homonymis agitur, 25 (47; 48). Cum Favorino paene coniunctus legitur Aristoxenus 15 (15 sq.), ubi tertius adstat Xenophilus ille. Aristoxenum Diogeni per Favorinum innotuisse alio exemplo satis luculenter ostendi potest. Diog. III 25 (37) postquam Favorino auctore usus de Platone Aristoteli recitante verba fecit, pergit: πολιτείαν Ἀριστόξενός φησι πᾶσαν σχέδιον ἐν τοῖς Πρωταγόρου γεγράφθαι ἀντιλογικοῖς; idem profert 35 (57) (πολιτείαν) καὶ εὐρίσκεσθαι σχέδιον ὅλην παρὰ Πρωταγόρᾳ ἐν τοῖς ἀντιλογικοῖς φησι Φαβωδῖνος ἐν παντοδαπῆς ἴστορίας δευτέρῳ. Non esse utrumque ascitum, sed Favorinum Diogeni nomen Aristoxeni suppeditasse iam ex accurata inscriptione elucet. Eadem res est de Dicaearcho, quem exeunte capite se adhibuisse Gellius prae se fert, cfr. illum apud Athen. XIV 12 p. 620^d τὸν δ' Ἐμπεδοκλέους καθαροὺς ἔρραψώδησεν Ὁλυμπίασι Κλεομένης δὲ φαψώδος et Favorinum in commentariis apud Diog. VIII 2, 8 (63) αὐτὸν δὲ τούτους (Ἐμπεδοκλέους) καθαροὺς ἐν Ὁλυμπίᾳ διαρράψωδησαι λέγεται Κλεομένην τὸν φαψώδον; vides eandem rem a duobus eodem modo traditam; certe unde Diogenes, inde etiam Athenaeus.¹⁾ Itaque et Plutarchus²⁾ et Aristoxenus et Dicaearchus nec non Cicero, cuius exemplis suam doctrinam exornare amat velut XIII 25 XVIII 7, ad Arelatensem ducunt, quem si auctorem amplectimur, non opus est duos vel tres fontes huius capituli sumere — 12 ex Catone (Me. 662 Ru. 13)³⁾ — 13 Qui ex Theophrasto hoc caput desumptum putet, specie is capiatur. Paululum iam offendit liber philosophi allatus nulla addita inscriptione. Quam cum supplendam esse in apparatu critico proposuerim omissam eodem modo, quo paucis post versibus, quin inscriptio libri Democritei

haedos teneriores eosdem esse me subit suspicio; confudit igitur, quae ederit Pythagoras quaeque immolaverit.

1) Vd. et Rudolph Philol. suppl. VI 121 2) Vd. p. XXII

3) Ex Masurio Sabino coll. 20, 11 (VI 22) Me. apud Hertzium; cfr. Münzer 60.

desit, non dubium est neque a librario codicis R plane reticetur, ne falsam viam inierim, iam timeo. Theophrastum ipsum a Gellio inspectum esse nusquam demonstrari potest, potest subinde demonstrari eius notitiam per alterum propagatam esse, sic I 3, 10 VI 8, 2 XVI 15. Eodem modo hic quoque aliena pro suis Gellius venditavit. Theophrasti de artis musicae vi doctrinam praeter eum Plinius, Athenaeus, Martianus, Eustathius referunt. Qui cum neque alter ex altero hauserint neque omnes ex ipso peripatetico, medius quis exstitit, cui sua debeant. XVI 15 quae Theophrastus dixit, accepta sunt a Favorino; etiam hic nummos moneta sophistae percussos Gellius numerare videtur. De Theophrasto apud Favorinum vd. Diog. L. VIII 1, 25 (48)¹), de eius Democriti cognitione vd. ad V 3 X 17 Plut. quaest. conv. VIII 10 p. 734 F Diog. IX 7, 2 (34); 8, 2 (50). Iam si recte sententiam tulimus de capite hoc et undecimo, habemus duo capita eiusdem auctoris interiecto tertio separata, qui usus receptus est Gellii; vd. Ru. 2; 9 — 15 ex Asinio (Me. 663 Kr. 65) et Probo (? Me. 663) — 16 ex Caesellio (Kr. 60; 96 Me. ann. 719)²) — 17 ex Probo³) vel Sulpicio Apollinare⁴) (Kr. 90 Ru. 12) — 18 ex Hygini de viris ill. (Me. ind. 14 cfr. Ru. 40)⁵) aut Nepotis exemplis⁶) — 20 ex Masurio l. l. (et Scipione l. l. Ru. 15).

V 1 ex Epicteto Arriani vel ex Herode Attico (Ru. 50) — 2 non ex ipso Charete depromptum esse ex omissa libri inscriptione Ru. 5 collegit; caute nihil addidit, unde Gellius

1) Vd. Diels *Doxographi Graeci* 497 adn. 7.

2) Cfr. Hertz *Op. G.* 143 adn. 51 Swoboda 82. Ex Plinio Beck 6; 9 edit. *Plin.* 17, quocum hic consentit Ne. 273. Vd. et Roehrig 12.

3) Oppugnat Steup 180 adn. 57, sed cfr. Ribbeck 139.

4) Nam hi secerni non possunt; cfr. praeter Gellium hic et XII 13 XIX 13 XX 6 scholia Veronensia ad Verg. A. IX 369 p. 441 H. *hoc loco adnotant Probus et Sulpicius.* Vd. Ribbeck 173.

5) Sic iam Bunte *De Hygini vita* 39; sed vd. Ru. 14.

6) Sic Nissen *Krit. Unters. . . zur 4. u. 5. Dekade des Livius* 214, cui adstipulantur Mommsen *Röm. Forsch.* II 424 Peter *Hist. Rom.rell.* I 293, 5 Münzer apud Pauly-Wissow. IV 1476.

sumpsisset. Coniectura lacunam paecludere diu studui irrito incepto; nam quae proferam, vix probabilitatis speciem habebunt; tamen proloquar. Aelianus nat. an. VI 44 ubi de animalium erga dominos comitate amicitiaque agit, eadem, quam Gellius, narratiunculam spectare videtur; sed ὅποιος ἦν ὁ Βουκεφάλας εἰς Ἀλέξανδρον, ut notissimum enarrare noluit; vellem, ut clarius videremus. Aelianus ubi cum Gellio conspirat, interdum ex Apione hausit, ut in huius libri c. 14 leonis cum Androclo amicitiam aliquam affinitatem cum Bucephali in Alexandrum habentem; ex Apione, qui scripsit de laudibus Alexandri, Gellius VII 8 suam de regis continentia laudem mutuatus est; fortasse igitur eundem capitinis V 2 fontem odorari licet. Si quod Rudolph¹⁾ repperisse se putat, Aelianus et Athenaeus ex Favorino sua sumpserunt, hic optimus auctor, ut in c. 3, intercederet inter Gellium et Charetem; nam illum de Alexandro scripsisse ex Iulio Valerio I 13 comperimus; sed haec omnia nimis dubia sunt, cfr. Rudolphium oppugnantes CABapp stud. Lips. VIII 151 et LCOHN Philol. Anz. XVI (1886) 96 Philol. LII (1894) 722 — 3 ex Favorino (Ru. 60)²⁾, quem de Protagora egisse Diog. L. IX 8, 2 (50) expressis verbis tradit — 4 ex Probo (Ne. 274, cfr. Ru. 16)³⁾ — 5 ex Claudio Quadrigario (Ru. 19) — 6, 1—23 et 27 praeter Caecilii locum ex Masurio (Di. 58 Me. 702 Ru. 12; 70 Ne. 267 Fr. 538)⁴⁾ — 8 ex Hygino de Vergilio (Kr. 77)⁵⁾ — 10 et 11 ex Favorino⁶⁾ — 12, 1—12 et 14 ex Varro-

1) Vd. supra p. XXII.

2) Item Maass *Biogr. Gr.* 105 adn. 112. Cum Protagora, qui docuit τὸν ἡττω λόγον κρείττω ποιεῖν (§ 7), cfr. quod Favorini studium, quidquid libitum est, arguendi tuendique festive strinxit Caecilius Sextus XX 1, 21.

3) Cfr. Mirsch *Varronis antiq.* 59.

4) Cfr. Bremer *Iurisprud. anteh.* II p. 369. Quod Gruppe comment. Mommsen. 546 summam capitinis ex Varrone proficiisci contendit, non obstat; cfr. et Mercklin *De Varrone coronarum Romanorum milit. interprete* Ind. Dorpat. 1859.

5) Ex Asconio contra obtrect. Ne. 264.

6) De c. 11 cfr. Freudenthal Mus. Rhen. XXXV 413; 416.

nis rer. div. puto, ut XIII 23. A Verrio, quo cum hic saepius Gellius concordat, tamen eo discordat, quod in § 10 etiam augendae rei vim particulae *ve* tribuit, Festus p. 368, 14; 372, 14; 379, 4 non nisi minuendi vel ad malam partem mutandi; cfr. Kr. 74 — 13 ex Masurio l. l. (Ne. 266)¹⁾ — 15, 1—3; 5—8 (9) et 16, 1—4 ex Tauri περὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων (Ru. 52 Me. 667 ind. 11 Fr. 536)²⁾ — 17 praeter § 5 et 18 ex Verrio l. l. (Me. 666; 701 ann. 720 Philol. 170 Kr. 4; 70 Ru. 17; 72) — 19, 1—14 ex Masurio (Di. 55 Ru. 63 sq.; 69 Ne. 267) — 20³⁾ fortasse praeter § 6 sq. et 21⁴⁾ ex Sinnio l. l. (Me. 644; 666 Kr. 26; 41; 61 Ru. 11; 17).

VI 1 ex Hygini de viris ill. (Me. ind. 14 Ru. 40) — 2, 1—7 ex Caesellio l. l. (Kr. 96 Fr. 540) nescio an intercedente Sulpicio Apoll. aut Terentio Scauro (Me. 659)⁵⁾ — 4, 1—4 ex Caelii Sabini de edicto aedilium curulium (Ru. 70, cfr. Ne. 269)⁶⁾, § 5 ex Catone l. l. (Ru. 13; 70) — 5 si locus est divinandi, Favorini rationem sentire mihi videor — 6 ex Aristotele⁷⁾ — 7, 1—5 ex Probo (Kr. 101)⁸⁾ — 8 ex Apione l. l.⁹⁾ — 9 ex Probo (Me. 652 ann. 718 Kr. 84 sq. 97 Ru. 20 Ne. 273)¹⁰⁾ — 10 ex Varronis quaest.

Illud ἀντιστρέψον etiam Stob. flor. LXVII 17 (III p. 3 M.) et gnomol. Vatic. 2 Sternb. afferunt.

1) Aliter Ru. 12; 69, cfr. Kr. 22

2) Cfr. Diels *Doxogr. Gr.* 197 adn. 1. Aliter Ne. 258. Vd. et Brandt Fleckeis. ann. 143 (1891), 252.

3) Cfr. Beck 11 sqq.

4) Cfr. Swoboda 82 Mentz *De Stilone* 24.

5) Cfr. Schmidt *Nonii auct. gramm.* 149.

6) Sic etiam Gronov, Huschke, Di. 41 adn. 80

7) Cum librum περὶ μνήμης Gellius afferat, verba tamen legantur in libro περὶ ὑπνον, haec duo Aristotelis scripta unum volumen effecisse conclusit Birt apud Natorp *Gesch. des Erkenntnisprobl.* p. 180 adn. 1.

8) Contra Probum Steup 132 Beck *Prob.* 11.

9) Fides talium narrationum quanta esset, bene illustravit Marx *Griech. Märchen von dankbaren Tieren*. Cfr. Usener *Sintflutsagen* 143 Wellmann Herm. XXX 169.

10) Cfr. Ribbeck 147 Steup 199; ex Plinio Beck 14 *Prob.* 15 (cfr. Roehrig 15), de quo vd. Goetz, ind. Ienens. aestiv. 1893 p. V.

epist. I (Kr. 39) — 11 an ex Probo? ¹⁾ — 12, 4—5 ex Scipione l. l., § 6 sq. a Gellio additae sunt (Ru. 15 Fr. 534). Malim totum caput praeter § 6 et fortasse 7 ad Varronem revocare ad eundemque Augustinum doctr. Christ. III 12, 20 de tunicarum prolixarum apud Romanos usu disserentem, qui Reatinum nominat II 17. De vestibus ille diffuse egit in libro de vita populi Romani primo (cfr. Non. XIV s. v. *toga, subucula, ricinium, cattula, undulatum, flammecum*) nec non altero tertioque ²⁾ — 13 ex Verri de obscuris Catonis (Me. 660 Kr. 76 Ru. 12) — 14 ex Varrone (Me. 651 Kr. 49) — 15 ex Labeone l. l. (Di. 48 adn. 103 Me. 648 Ru. 64; 66 Ne. 268) — 17 nescio an ex Verrio, sed Paulus parum iuvat — 18 et 19, 1—7 ex Nepotis exemplis (Me. 668 Kr. 5 Ru. 20; 34 Ne. 261) ³⁾ — 20 ex Hygino (Kr. 77; 82; vd. Me. ann. 719) ⁴⁾, ex Probo Ne. 274 rectius opinor — 21 an ex Tauri doctrina? non ita distant, quae VII 13 de quaestione argutissima sane et acutissima ‘quando moriens moriatur’, disputantur — 22 fortasse ex Verrio de obscuris Catonis (Ru. 12).

VII 3 et 4 ex Tuberone (Me. 666 Ru. 16; 20), quod novis adminiculis potest fulciri. Cum capite 3 ad verbum consentiunt, quae tradit Dio Cassius fr. 43, 23 M.: ‘Ρηγούλω παρὰ τὸν Βαυράδαν ποταμὸν στρατοπεδευομένῳ δράκων ἐπεφάνη ὑπερομεγέθης· πατειργάσατο δ’ αὐτὸν δ’ Ρίγοντος πλήθει στρατιωτῶν καὶ μηχαναῖς λιθοβόλοις· (Zonar.) . . καὶ ἀποδειράντες αὐτὸν ἔστειλε (sic) τὴν δορὰν αὐτοῦ τῇ συγκλήτῳ Ρώμης μέγα θαῦμα· καὶ παρὰ τῆς αὐτῆς μετρηθεῖσα συγκλήτου εύρεθη ἔχονσα μῆκος ποδῶν ἐκατὸν εἴκοσι (Io. Dam.). Ex Tuberone igitur Dio hausit, utrum ex ipso an aliquo intercedente ⁵⁾, nihil ad nos. In cruciatibus vero Atilii describendis idem (Zonar. VIII 15) vacillat. Nam

1) Cfr. Me. 667 Kr. 47 Ne. 271. 2) Cfr. et Swoboda 6.

3) Sic Nissen *Krit. Unters. zu . . Liv.* 214 Mommsen *Röm. Forsch.* II 424 Münzer 326.

4) Cfr. Ribbeck 23; 120.

5) Livius idem tradit in libro XVIII, cfr. epit., Val. Max. I 8 ext. 19 Flor. I 18, 20 Oros. IV 8, 10 (Sil. VI 140 sqq.).

cum Tuditano memorat illud venenum, quod sibi datum Regulus finxit, et insomnia et primores captivorum liberis eius traditos¹⁾, cum Tuberone eum tenebris inclusum et soli oppositum esse.²⁾ Quae non ipse Dio conglutinavit neque Livius, qui Tuditano non usus est posterioribus temporibus nisi per Varronem vix noto.³⁾ Itaque cum aevo rei publicae liberae contaminatio facta sit, vix a vero aberrabimus Tuberonem suis historiis etiam Tuditani de Reguli morte narrationem inseruisse iudicantes. Ex quo solo Gellius hausit — 5, 2 sqq. ex Verrio (Me. 661 Kr. 73 Ne. 269; 303 Fr. 534) — 6 ex Sulpicio Apoll. (Me. 659)⁴⁾, qui fortasse ex armario Verriano contra praefectum bibliothecae Palatinae arma petiit, cfr. Fest. 205, 26; 245, 22 — 7 ex Masurio l. l. (Di. 57 Me. 645 Ru. 20; 69) — 8, 1 sq. ex Apione⁵⁾, § 3 sq. ex Hygini de viris ill. (Ru. 7; 41 sq. Ne. 262), § 6 ex Valerio (Ru. 20) — 12 ex Servio Sulpicio et Trebatio l. l. vel ex tertio utrumque iam consociante (Me. 648 Kr. 59; 64) — 13 fortasse ut

1) Tormenta, quibus hos affecerunt apud Gellium liberi, non dissimilia sunt iis, quae apud Dionem perpessus est pater.

2) Parva discrepancia inter Tuberonem (*palpebras sursum ac deorsum diductas insuebant*) et Zonaram ($\tau\alpha \beta\lambda\epsilon\varphi\alpha \alpha\nu\tau\omega \pi\epsilon\pi\tau\mu\omega\nu\tau\epsilon$) fortasse epitomatori vitio danda est, qui etiam duas cruciandi rationes confudit; nam illud $\tau\varphi\epsilon\varphi\alpha\tau\epsilon\tau\pi\pi\tau\epsilon\pi\pi\tau\epsilon$ $\pi\varrho\delta\varsigma \tau\omega\varsigma$ statim, ut apud Tuberonem, coniungendum erat cum $\chi\sigma\sigma\varsigma\pi\pi\tau\epsilon\pi\pi\tau\epsilon$ $\tau\pi\pi\tau\epsilon \tau\pi\pi\tau\epsilon \pi\pi\tau\epsilon\pi\pi\tau\epsilon$, ita, non intericiendus novus cruciatus Reguli armario illo diro inclusi.

3) Cfr. Münzer 185 Cichorius stud. Vindob. 1902, 592.

4) Ita Roehrig 15 Ribbeck 120; 173, oppugnant Kr. 77; 107 Fr. 536; ex Asconio Ne. 271. Vd. Georgii *Aeneiskritik* 270.

5) Num singularis liber Apionis fuerit de laudibus Alexandri conscriptus, ambiguum est; certe qui Aegyptiacis immiscere potuit res Romae Puteolisque gestas (V 14 VI 8), in eodem libro Alexandrum post mortem vere Alexandrinum praedicare potuit. Fortasse in Aegyptiacis etiam legebatur fabula de delphino Iasi in ora puerum amante, quae exstat apud Aelianum nat. an. VI 15 VIII 11, ita ut huic rei Alexandri temporibus (cfr. Plin. IX 8, 27 Athen. XIII 85 p. 606^c) actae adiungeret delphinum Puteolanum, quem ipse se vidisse gloriatur. (Aliter haec apud CMuellerum FHG III p. 511 ad frg. 6 Apionis.)

c. 14 ex Tauri in Platonem commentariis (Ru. 51) — 16
ex Probo (Me. ind. 13 Hertz *op. G.* 129) — 17 ex Suetonio.¹⁾

VIII 1 ex eodem commentario ut X 24 collatis Charis. 207, 20 Non. II p. 98, 21 Ne. 273 — 5 Hygini vel Probi faciem coloremque ipso ex lemmate enitescentem spectare mihi videor²⁾ — 6 ex Tauro, si verbis credimus, ex Favorino, si argumentum et exempla cum I 3 contendimus — 7 Varronis res agi videtur; nam etiam Plin. VII 24, 88 sqq. talia exempla memoriae acutae et minutae affert, quem copias Reatini recepisse Münzer 116 suspicatur — 9 ex Favorino Rudolph stud. Lips. VII 63, recte, nisi ex eodem fonte quo c. 7³⁾) — 11 ex eodem, unde I 17, 1—12 an ex Probo, cum Donatus et Servius idem tractent? — 14 ex Nigidii comment. grammatic.⁴⁾ — 15 ex Suetonio (Ru. 44 secutus Reifferscheidium p. 424).

IX 2 ex Herode aut ex Epicteto Arriani (Ru. 50). Tota autem fabella ficta est. Non Atticus mendicantem ita tractavit, sed Stagirita, nec philosophus aut qui philosophum agere in lucro ponebat, is erat, qui stipem rogabat. Nam mira apparet consensio inter verba Herodis ‘demus tamquam homines, non tamquam homini’ et in simillima re Aristotelis apud Diog. L. V 1, 11 (21): οὐ τῷ ἀνθρώπῳ ἔδωκα, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ.⁵⁾ Philosophi huius ἀποφθέγματα ex parte oriuntur ex Favorini com-

1) Sic Reifferscheid p. 420 fr. 102; item aut ex Varrone de bibliothecis Ru. 31; 44; ex Verrio Flacco coll. Paulo p. 34, 6 Me. ind. 9 perperam.

2) Ex Asconio contra obrectatores Ne. 271.

3) Herodem Atticum eodem malo tactum aegerrime id tulisse Philostratus, qui exemplo Demosthenis conviciatores refutat, vit. soph. II 1, 14 tradit. Vtrum Gellius has narrationes illi surripuit an eum narrantem induxit? In lemmate quod nomen Attici non apparet, non obstat: nec III 1 X 12 XIII 25 XVI 1 XVII 19 Favorini, qui maximas partes agit, ulla mentio in indice fit nec XIII 29 Frontonis.

4) Cfr. Swoboda 12.

5) Cfr. Stob. fl. XXXVII 32 (II p. 45 M.), gnomol. Vatic. 139 Sternb., paulo aliter Diog. L. V 1, 11 (17).

mentariis, qui statim laudantur¹⁾; doctrinam igitur abstulisse videtur Gellius magistro suo, donavit alteri magistro, sed eiusdem sectatori; sic de eadem fidelia duos parietes dealbavit. Quae secuntur (§ 8 sqq.), certe ex fonte Graeco; apud auctorem Romanum invenisset, puto, illos patricios 'quosdam' neque Marcos Manlios et Antonios, Lucios Claudio, et qui alii sunt, silentio texisset. Num ille fuerit Musonius²⁾, suspensum relinquo. Ibi Gellius offenderat Harmodium et Aristogitonem, qui Athenienses nomen personamque Attici ei suggerebant, sicque totam historiolam ex mutis, quod aiunt, magistris ad vivum transtulit³⁾ — 3 epistulas patris ex eodem libro desumptas esse, quo XX 5 filii, si quis suscipetur, coniecturam is proferat captiosam fortasse, sed valde lubricam — 4 ex Plinio l. l. (Me. 642 Kr. 13 Ru. 4; 42)⁴⁾ — 5 ex Tauri *περὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων* (Ru. 53) — 6 frequentialta plerumque a supinis vel participiis praeteritis deduci Priscianus bis docet in libro X (p. 501, 4; 546, 8), quem praecipue ex Probo vel Capro haustum esse mentione horum tot locis facta demonstratur, cfr. 499, 18; 503, 17; 513, 7; 529, 6; 534, 26; 535, 21; 539, 2; 541, 19; lucubrasse igitur Gellius videtur ad Probi lucernam, quem Charisio, ubi de inchoativa et iterativa forma ver-

1) Cfr. Maass *Biogr. Gr.* 81 sqq.

2) Musonii discipulus Epictetus, Epicteti Favorinus est auditor (XVII 19, 5) et adversarius (Marres p. 90); en alia linea, qua Musonius et Gellius cohaerent.

3) Fortasse simili modo Tauri de philosophis aevi sui quærela VII 10, 5 nata est ex Simonidis vel Eubuli trito dicto se malle divitem esse quam sapientem: *τοὺς σοφοὺς γὰρ ὅρεν ἐπιταῖς τῶν πλονούσιων θύραις διατριβούστας* (Aristot. rhet. II 16 p. 1391, 8, cfr. Stob. fl. LXXXXI 31 (III p. 176 M.) gnomol. Vatic. 6 Sternb., florileg. Schenkl. in stud. Vindobon. XI p. 19 n. 50). Tauro philosophos aliquaque obiurgandi partes assignantur etiam I 9, 8 VII 13, 7 X 19 XVII 20, 4 XVIII 10, 5 XX 4; utrum recte an ne vivae ut dicitur vocis penuria sit, diiudicari vix potest. Euclidis ceterum historiola magis sapit Favorinum quam Taurum.

4) Ex communi fonte mire Ne. 256.

borum scribit, exemplar fuisse etiam Keil GLK I pr. LIV opinatur quemque de supinis egisse Diomedes 342, 9 tradit — 8 ex Favorini *ἀπομνημονίας*. (Ru. 57)¹⁾, quod manifestum fit testimonio Stobaei fl. XLIX 48 (II p. 297 M.), qui eadem verba a Favorino non auribus accepit neque, cum plura tradat, a Gellio — 9 ex Probo fortasse intercedente Anniano (Kr. 91; 101)²⁾ — 10 ex Probo (Kr. 91; 101)³⁾, quem Vergilii versum ob similem causam nota aspersisse Servius asserit — 11, 1—9 ex Claudio Quadrigario ut c. 13 (Me. ind. 12 Ru. 2; 18; 72)⁴⁾ — 12 ex grammatico quodam — Probum puto, qui de verbis duplicem vim habentibus etiam VII 16 auctor est —, § 6 dubium, an ex ipso Nigidio (Kr. 56 Ru. 12 Ne. 272)⁵⁾ — 14 ex Caesellio (Kr. 60; 97 Me. ann. 719⁶⁾ Ru. 12; 20)⁷⁾ — 15, 7 fortasse ex libris studiosorum Plinii ut c. 16 (Me. 680).

X 1 ex (Varrone et) Tirone praeter 1 sq.; 8 sq. (Kr. 50; 64 Ru. 11; 17; 29) — 2 ex Verrii rerum memoria dignarum (Me. ind. 6 Ru. 39) — 3, 19 ex Verrii de obscuris Catonis (Me. 660 Kr. 76 Ne. 269) — 8, 1 et 9 ex Catonis de re militari (Me. 668 Ru. 13)⁸⁾ — 11, 1—4 ex

1) Cfr. Marres fr. 81 Rudolph stud. Lips. VII 62.

2) Cfr. Ribbeck 143 Steup 106. Vergilium Probus reprehendit apud Serv. (pl.) ad A. II 173 III 83 IV 359 IX 811 X 444 XI 554 (cfr. et VI 177; 473; 782 X 18), eius versus damnat I 21 IV 418 X 444.

3) Ex Asconio Ne. 264; vd. et Steup 107 Beck *Prob.* 10 Georgii *Antike Aeneiskritik* 365.

4) Sic Peter *Histor. Rom. refl.* 211. Ex Cornelio Epicado utrumque caput Ne. 264.

5) Cfr. Roehrig 11 Swoboda 6, qui Me. ind. 15 totum fere caput Nigidio tribuentem oppugnat.

6) Aliter antea Me. 658.

7) Cfr. Hertz *Op. G.* 143 Schmidt *Nonii auct. gramm.* 152 Ribbeck 137; 173; ex Probo Ne. 274 (Ribbeck 137; 203); ex Plinio Beck 6; 9 *Prob. 17 edit. Plin.* p. 18 ad v. 29. Novum subsidium Caesellium patrocinantibus succrescit, si cum Froehde (*De Julio Romano Charisiī auctore*) Romanum hausisse ex illo statuere licet; nam Charisius, qui sua sumpsit ex Romano (vd. 51, 5; 53, 12; 56, 4; 61, 5), 55, 14 arte tangit Gelliana § 4.

8) 8, 2 sq. fortasse ex Verrii de obscuris Catonis Ru. 13.

Nigidio¹⁾) — 12, 1—7 ex Plinio l. l. (Me. 639 Ru. 42); 9 sq. ex Favorini ἀπομνημ. (Ru. 55)²⁾ — 13 ex Catone et Claudio l. l. (Ru. 12; 17; 72)³⁾ — 15 ex Masurio (Ru. 16; 63; 70 Ne. 266)⁴⁾ — 16 ex Hygini de Vergilio (Kr. 77)⁵⁾ — 17 ex Favorini ἀπομνημ. (Ru. 60, cfr. Fr. 542) — 18 ex Hygino l. l. (Ru. 40; 42) — 20 ex Capitone praeter Lucilii Sallustiique exempla (Me. 652 Ru. 67 Fr. 538)⁶⁾ — 21 num ex Tirone, coll. Charis. 207, 30 dubius haeret Kr. 63⁷⁾; nescio, an ex Probo, cum hic similiter agat de *parcissime* apud Charis. 212, 7, novam vocem miretur apud Diomed. 365, 9, de verbis, quae in usu sunt, loquatur apud Donat. Ter. Phorm. I 3, 3 ibique II 3, 25, quis ante Terentium verbum quoddam adhibuerit, quaerat: omnia ut anonymous Gellii auctor. Adde, quod eius assecla Caper apud Charis. 207, 31 de ipso *novissime* agit — 22, 24 fortasse ex eodem fonte, quo VII 14 (Ru. 51) — 23 ex Varronis de vita populi Romani⁸⁾ — 24 an ex

1) Roehrig 11 Swoboda 12 (ex libro XXIX). Ex Plinio Beck 21; 24, ex Verrio Me. ind. 6 coll. XVI 14 Fest. p. 122, 4; 125, 14; 229, 7; 234, 18, sed vd. Roehrig 12 adn. 2.

2) Cfr. Marres p. 78 Nietzsche Mus. Rhen. XXIII 647 Hertz *Op. G. 78*

3) Fortasse intercedente Verrio de obscuris Catonis, cfr. Ru. 12 Roehrig 14; ex Probo Ne. 274.

4) Sic et RPeter *Quaestionum pontificalium specimen* 15 sqq., cfr. Mommsen *Röm. Staatsr.* I³ 57 adn. 7. Alter Me. 655 Di. 55.

5) Contra Ribbeck 120. Ex Asconio Ne. 264.

6) Ex Verrio Schmidt *Nonii auct. gramm.* 79 adn. 33.

7) Cfr. Mentz *De Stilone* 24. Ex Plinio Beck 21.

8) Sic Hertz *Op. G. 145*, qui hunc Suetonii prato praeponit, Ne. 267 LMueller *Non. edit.* II 255, cfr. Thilo *De Varrone Plutarchi quaest. Rom. auctore* 23 Glaesser *De Varronianae doctrinae apud Plut. vestigiis* 175 Münzer 189 sqq.; 256; 304. Ru. 12 Catonem de dote auctorem iudicat, Me. 662 eundem, sed intercedente fortasse Ateio Capitone. Sed in § 3 Cato diserte opponitur libris eorum, qui de victu atque cultu populi Romani scripserunt. Qui cum apud Catonem exstitisse non possint — nam quem nomines? — Cato apud illos vel potius, cum numerum testium amplificare Gellius amet (cfr. Me. 643 sqq.), illum exstitit. Optime quadrat Varronis ille liber, unde sua sumpsit Nonius s. v. *abstemius, calpar, lora, loriola, passum, sapa*.

Probo?¹⁾ — 25 ex Suetonii prato (Ne. 267)²⁾ — 26, 1—5 ex Asinio (Kr. 7; 65 ann. 367, cfr. Me. 663 ann. 720)³⁾, 6—10 fortasse ex Probo — 27 ex Varronis rer. human. (Ru. 22).⁴⁾ Attamen vereor, ne nihil Varronis sit nisi § 5. Non agitur de memorata illa legatione, qua bellum Hannibalicum iam incensum Poenis indictum est, sed epistula Fabii haec anno 233 scripta est, quam praeter Gellium, quod sciam, nemo tradidit nisi Dio apud Zonaram VIII 18 plane cum Romano concordans. Dionem ad VII 3 in rebus Punicis Tuberonis vestigiis insistentem deteximus. Quod si iam videmus Tuberonem esse proximi capitatis auctorem (Ru. 20 Ne. 265), non vana neque temeraria suspicio videbitur Gellium suae consuetudini obsecutum haec duo sese excipientia capita ex eodem sumpsisse, ex quo etiam VII 3 et 4. Tunc 27, 5 Gellii est additamentum postea ex Varrone annexum⁵⁾ — 29, 1—3 fortasse ex Sinnio Capitone postea addita § 4 ex Vergilio (Kr. 62 Fr. 535 Roehrig 14).⁶⁾

XI 1 ex Varronis rer. hum. XXI (Me. 649 sq. Kr. 38; 45 Ru. 5; 11; 21)⁷⁾; 2 praeter § 4 ex Catone l. l.; 3 ex Varronis rer. hum.⁸⁾ haud facile intercedente Verrio (Kr. 46, cfr. Ru. 11). Quod non abnuerim; nam non modo,

1) Ex Plinio Beck 21. 2) Cfr. Hertz *Op. G.* 145 Beck 6.

3) Cfr. Steup 131 adn. 32.

4) Cfr. Gruppe, comment. Mommsen. 551.

5) Varro Tuberonis historiis, quae post Caesaris mortem, certe post pugnam Pharsalicam (vd. fr. 10^a; 11 P.) scriptae videntur, vix uti potuit; nam eius antiquitates ante a. 47 prodierunt; in aliis eum affert (cfr. Gell. XIV 7, 13; 8, 2) eiusque nomine logistoricum inscripsit. Si quis inde, quod Varro de censu classis iuniorum egit in iisdem antiquitatibus, quibus tribuebant c. 27, apud Festum p. 246, 30, de aetatis gradibus apud Censorinum XIV 2, iudicet Tuberonem per Varronem in utroque capite ad Gellium pervenisse non multum habeo, quod opponam. Sed interim palinodium nondum canto.

6) Ex Hygino aliisve vatis Mantuani interpretibus Me. 660 ann. 722, contradicunt Kr. 78 ann. 368, cfr. Ribbeck 120.

7) Cfr. Wissowa, Herm. XXII (1887) 41 adn. 1.

8) Ex Plinio Beck 8.

quo Kr. nititur, loco p. 246, 30 Festus Varrone laudato de praepositione *pro* loquitur, sed etiam 226, 3; 229, 4 et, ubi Catonem arcessit, 234, 10. Tantum spatium cum ei praepositioni concesserit similiterque, ut par erat, praepositionibus ob p. 178, 14; 190, 2; 201, 5, ad p. 12, 15, apud 12, 16, in 109, 21, super (cum Catonis exemplo) 305, 1, causam non video, cur propiore fonte neglecto ad longius distantem recurramus. Vtrum fuerit maius opus de verborum significatu an illud, quo de obscuris Catonis agebatur, non discerni potest neque multum refert. Sed quamquam fortasse non licet, libet progredi ad audaciora. Caput primum ad Varronis opus bis nominatum certatim plerique revocaverunt, unus Mirsch *De Varronis antiq.* 60 dubitationem movit collatis XIII 12, 4; 5; 7 intercessisse ratus Ateium Capitonem. Dubitationem iustum puto, falsum, quomodo expedierit. Nomen Italiae ab *ιταλοῖς* derivatum praeter Varronem § 1 et r. r. II 1, 9 (cfr. Colum. VI pr. 7) Verrius capessivit, cfr. Paul. p. 106, 7; idem de multa maxima p. 144, 4 (213, 22), de lege Tarpeia 237, 16 (paulo aliter 202, 11)¹), de vocis *ovis* genere virili² p. 286, 18, de voce *multa* alienigena p. 142, 21 ex Varronis quaest. epist., de Samnitibus e Sabinis ortis p. 327, 2; 326, 6 agit. En Gellii horreum frumento Verriano refertum. Itaque cum Verrius tales copias iam accumulaverit, Gellium eandem operam subiisse nego, sed ex illius farina novum panem coxit. Locus Catonianus apud Augusteum quin extiterit, nullus dubito; immo hic causa toti explicationi fuit, ita ut si ordinem laboris a Gellio insumpti observare velis, capitinis tenor quasi retro sit vendus. Iam Verrius in c. 1 et 3 expensum tulit. Quod si quis confidentior etiam alterius capitinis Catoniana cum loco Ciceronis ei adnumerare velit, non iam sequar. Nam carminis de moribus cum nec vola nec vestigium apud

1) Vix quisquam obiciat legem Tarpeiam dici a Festo, Aternam a Gellio.

2) De Nonio III p. 216, 25 vd. Hertz *Op. G.* 124.

Verrium nec apud alios scriptores praeter Gellium eiusque simiam Nonium inveniatur nec grammaticum tertium fragmentum redoleat, hoc caput totum in Gellii officina conflatum videtur — 4 Similis res est atque II 23, ubi vide — 5 ex Favorini *Πνευματικῶν τρόπων* libris (Me. 676 Ru. 55)¹⁾ — 6 ex Varronis aut rer. divin. XIV (Ru. 24) aut de vita aut de gente populi Romani (Me. apud Hertzium ad § 5) — 7 fortasse ex Verrio²⁾ — 9 num ex Critolao ipso, incertum iudicat Ru. 5; ab eodem, quo VIII 9, opinor — 15 ex Terentio Scauro et Sulpicio Apollinare vel ex hoc solo (Me. 658 sq. Kr. 94; 98; 107 Ru. 20)³⁾ — 18, 1—15 ex Masurio, cui tria subiuneta sunt additamenta ex Aristone et Catone et eodem ut videtur quo antea Masurii libro nata (Di. 43; 45 adn. 87^a Ru. 68 Ne. 268).

XII 2 ex Seneca l. l. (Me. 645, cfr. Kr. 80)⁴⁾ — 3 ex Valgio l. l. et Tirone (Kr. 64; 68)⁵⁾ — 4 ex Varronis de poetis libro I (Kr. 41; 52)⁶⁾ — 5 ex Tauri περὶ τῆς ἀπάθετας τῶν Στοιχῶν (Ru. 51)⁷⁾ — 7 et 8 ex Valerio Maximo (Me. 670 Ru. 41)⁸⁾ — 9 an ex Probo? cfr. VII 16

1) Haud dissimili arguento erant Favorini libri περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας aliisque (Marres 89 sqq.).

2) Cfr. Goetz fragm. Plautin. 193 ind. Ienens. aetiv. 1893 p. V.

3) Cfr. Goetz apud Pauly-Wissow. III p. 1306.

4) Fortasse tamen, dum ipse incessere videtur, lingua praeceptoris Frontonis increpitat, qui eadem acerbitate Senecae eloquentiam mollibus et febriculosis prunuleis insitam sententiasque tolutares verbaque effeminate fluentia proscindit p. 155; 158 N. Cfr. etiam Gercke *Senecastudien* Fleckeis, ann. suppl. XXII (1896) p. 142 sqq.

5) Ex Verrio Ne. 227. Caper, qui teste Servio A. XII 120 *limum* Vergilio obtrudebat cum Hygino, ad Probum ducat, quem cum Tirone quodammodo cohaerentem ad X 21 vidimus; sed melius erit in nominibus, quae Gellius profert, acquiescere.

6) Cfr. Mentz *De Stilone* 24. Versus Ennii a Gellio ipso additos esse Fr. 541 putat; sed 'picturam istam morum et ingenii' totam apud Stilonem lectam fuisse necesse est.

7) Ex eodem fonte, quo I 26 XIX 1 Ne. 258.

8) Cfr. Hertz adn. ad c. 8 init. Cum Gellius et in c. 7 et in 8 Valerio ampliora praebeat, communi prioris aevi fonti, Hygino vel Nepoti, causam concordantiae imputandam esse

XV 13 XVIII 12 — 10 ex Varrone l. l. praeter § 6 et 8 (Kr. 49 Fr. 535). Praetulerim unam totius capituli originem: Verrium. Nam non modo Paulus p. 13, 6 de utraque aeditumi forma loquitur, sed etiam Charisius p. 75, 18, in cuius adversariis Verriana inesse puto, quamvis non ipse ex Augusteo hauserit. Non modo aeditumus *aedis intimus* apud utrumque audit, sed etiam eandem verbi *assiduus* interpretationem praebent Charisius paulo ante et Paulus p. 9, 9 (cfr. ad Gell. XVI 10, 15), de *penore* egerunt Charis. p. 74, 28 et Verrius, cuius minima tantum pars apud Festum servata videtur esse, de *quinquatribus* cfr. Charis. p. 81, 20 et Fest. p. 254, 31. Lucretius et Ciceronis in Verrem orationes saepius apud Verrium occurrunt, sicut et Pomponius Laeviusque — 12 sumi potuit ex Tironis sive libro de iocis Ciceronis, quem tamen Gellius non novit, certe non affert, sive editione orationis ab eo facta aut ex Asconii commentario, cuius in Rosciana notitia tamen Suetonio debetur XV 28. Sed alii quoque fontes patent, Oedipoque opus est coniectore — 13 doctrinam redolet Probi a Sulpicio hic quoque traditam, quae etiam in farraginem Nonianam IV p. 342, 22 irrepsit — 14, 1—4 ex Nigidio (Kr. 58 contra Me. 689). Cum Gellii ipsius explicatione altera (§ 6) concinunt Serv. A. IV 327 postea auctus aditamentis Gellianis et Donatus compluriens. Vterque impellit, ut haec quoque ex Probi officina prodisse putemus — 15 ex commentario Sisennae Roehrig 14¹); malim cum Ru. 20 fidem habere ipsi scriptori se historiam illius assidue lectitasse affirmanti; excerptis Sisennam, ut Laberium, Quadrigarium, Laevium (XVI 7 XVII 2 XIX 7).

Ne. 261 censet. Cuius si argumentis accedere, Varronem de vita populi Romani — sic supplerunt COMueller, Kettner, cum antiquitatem in lacuna latere putarent Mirsch, Gruppe, cfr. Münzer 209 — auctorem capituli 8 statuerem, cum Verrius loco apud Muellerum ingeniosissime restituto p. 285, 1 reconciliatos Aemilium Fulviumque inde desumpserit. Verrius ipse auctor esse nequit, cum illic, ubi de maiestate censoria agitur, alteri exemplo Scipionis et Gracchi locus non est.

1) Cfr. Beck 23.

XIII 2 ex Suetonio, qui Varronem de poetis I reddit (Ru. 26; 44)¹⁾ — 3 Verba ex orationibus Caesaris allata assignare potuimus IV 16, 8 IX 14 Caesellio, V 13 Masurio, VI 9 (XVII 9) Probo, inter quos si hic eligere licet, ultimum praetulerim. Verrio, quem in capite artis I 15 plus deciens nominat, Charisius se applicasse videtur apud neminem inveniri *necessitatem* pro *necessitudine* usurpatam dicens p. 99, 22; de *necessariis* vd. Fest. p. 162, 9. Probi vestigia apparere videntur etiam apud Non. II p. 173, 1 (*suavitudo*), 173, 26 (*sanctitudo*), VIII p. 493, 12 (*acritas*).²⁾ Sempronii in exemplo Gellius cum ipse *necessitudo* raro sensu adhibitum invenisset, inde commotus videtur, ut thesauros Berytii perscrutaretur — 5 fortasse ex Favorino (Ru. 61) — 6 ex Nigidii comm. gramm. XXIV (Kr. 55 Me. ann. 718)³⁾ — 7 ex eodem, puto, qui XVI 15 de perdicibus et leporibus mira comperit, ibi haud ignoto. Certe non Gellius primus diversitatem inter Herodotum et Homerum intercedentem detexit. Cur quos placuit libros Aristotelis non inspexit inventaque commentariis suis inseruit? Invenit, opinor, cui adhaesit, auctorem relegantem ad Stagiritam, quem cum consulere in animo haberet verbaque ipsa supplere, omisit aliqua causa seductus⁴⁾ — 9, 1—4; 6 ex Tironе l. l. (cfr. Kr. 63), dubito, an per Verrium (Ne. 227; 272), qui et explicationem Tironis afferat damnataque, si modo supplementis Muelleri p. 301, 33 sensus restitutus est, et p. 290, 5 vocem *suppus* — *supinus* ex verbo Graeco deducit ut Gellius — 10 ex Labeone l. l. et Nigidio (Me. 653 Kr. 57; 66)⁵⁾ — 12, 1—4 ex Capitone l. l., 5 sq. ex Varrone l. l. (Me. 649; 667 Ru. 21; 67; 72)⁶⁾

1) Reifferscheid p. 424 adn. 2) Cfr. Beck 41 Ne. 233.

3) Roehrig 11 Swoboda 12; 75; ex Verrio qui profectam esse § 4 contendit coll. Fest. p. 153, Merkelio obsistit Kr. 75.

4) Diversa sunt exempla, quae Me. 696 congesit.

5) Roehrig 11 Swoboda 14; totum ex Labeone translatum esse putat Ne. 272, cfr. Me. 653 ann. 719.

6) Etiam § 5 sq. Ateio originem deberi iudicat Mirsch *Varronis antiqu.* 60; sed iam obstat, quod etiam c. 13 ex Varronis rer. hum. XXI provenerit.

— 14; 15¹⁾; 16 ex Messala l. l. (Kr. 5 Ru. 65; 72 Me. Phil. 170) — 17 an ex Probo? — 18 ex Sulpicii epistula (Ru. 11) — 20 ex scriptis § 1; 3; 17 nominatis (Di. 30 Me. 678)²⁾ — 21 ex Probo (Kr. 22; 92 Me. ann. 718)³⁾ — 22 an (praeter § 8? vd. Ru. 17) ex Varronis de vita populi Romani ut VI 12? — 23 Doctrina huius capitum Varronis est; nam Reatinum resipiunt et quae afferuntur numina⁴⁾ et verbum Nerienis ex Sabinis⁵⁾, unde ille ortus est, deductum (cfr. XI 1, 5 Macr. III 18, 13 GLK VII 69, 8 anon. de praenom. 2; 4), tunc derivatum ex lingua Graeca (cfr. I 18 Fest. p. 343, 32). In ultima paragrapho Servius Claudius affertur 'in quodam⁶⁾ commentario', quae inscriptio commentarium non ipsum inspectum esse significare videtur.⁷⁾ Claudium hunc eundem esse atque illum, cuius index Plautinus III 3, 1 memoratur, veri simillimum est; ibi Gellio notus erat per Varronem, qui Claudium⁸⁾ nominat ling. lat. VII 3, 66; 70; 5, 106. Itaque omnia Varronem produnt et in hoc quidem capite auctorem rerum divinarum. Obstat exemplum ex eius satira allatum. Itaque nisi se ipse exscriperit, quod haud facile putem, hanc § 4 commentariis illius Gellius ipse adiecit; nam qui intercesserit, nescio. Non enim *Neronis* veriloquium apud doctrinae Varronianae satis notum venditatem Suetonium Tib. 1 eodem modo explicatum idonea causa est, cur auc-

1) Cfr. Mommsen *Röm. Staatsrecht* I³ p. 91, 5.

2) Sed cfr. Münzer 351 sq.

3) Cfr. Ne. 273 Ribbeck 136 Hertz *Op. G.* 121 Schmidt *Nonii auct. gramm.* 149; ex Plinio Beck 17 *Prob.* 11.

4) *Lua Saturni* et *Salacia Neptuni* apud Varr. et ling. lat. V 10, 72 VIII 18, 36 et apud Augustin. civ. dei VII 22. Pars numinum non obviam se dat nisi loco Gelliano; sed certe non polyhistoris diligentem subtilitatem fugerunt. Etiam II 28 XVI 16; 17 ex eo ortum duxerunt.

5) Vt hic, magnus numerus numinum ex Sabinis oriundorum recensetur ling. lat. V 10, 74, singuli dei 66; 68; 73.

6) Quamquam *quodam* deest in altera codicum familia.

7) Contra Kr. 43; cfr. Di. 31 adn. 43.

8) Claudius mortuus est ante a. 60, cfr. Cic. *ad Att.* I 20, 7 II 1, 12 fam. IX 16, 4.

torem Prati, quae Reatini erant, ad Gellium transportasse putemus — 25 pleraque coniecta esse non praceptoris, sed sectatoris¹⁾ opera Kr. 24; 106 Ru. 11; 12 affirmant; mihi non uno loco Probus²⁾ procedere videtur; si cui Verrius auctor magis placeat, manubiarum explicatione apud Charis. 97, 15 proposita is dubitationem expellere nequam potest — 27 Vergilium, quod Homeri elegantiam imitando non bene expresserit, Probus IX 9 increpat; simile quid hoc loco fit: an eodem auctore? — 30 ex Asinio (Kr. 65) aut fortasse Probo Castriciove (Me. 663).

XIV 1 ex Favorini scriptis praeter § 34 (Me. 679 Ru. 57; 72 Fr. 535) — 2³⁾ Causa Gellii similitudinem quandam habet cum Chilonis I 3, ubi Favorinus ex parte quidem fons est et origo. Nunquam, credo, Gellius ipse in tali iudicandi ambiguitate haesit, sed specie veri circumexit quaestionem propositam a magistro et disputatam in rhetoris controversiis, quem publice declamassem etiam Philostratus⁴⁾ testis est; neque ab illo legum Romanarum peritissimo (XX 1) haec causae iudicariae disceptatio abhorret.⁵⁾ § 26 a Gellio suppleta videtur — 3 ex Favorini commentariis (Ru. 59; 72)⁶⁾ — 5 ex Probo, si ad eum revocanda sit doctrina librorum, qui sub eius nomine feruntur, cfr. GLK IV 8, 37; 19, 6; 105, 13; 194, 36; vd.

1) Miror, quod Gellius Catonis acerrimus amator et cultor verba Censorii apposite huc spectantia neglexerit (fr. X p. 37 J. apud Frontonem p. 100 N.): *numquam ego praedam neque quod de hostibus captum esset neque manubias inter pauculos amicos meos divisi.*

2) Favorinus sectator fuisse videtur Probi (cfr. III 1, 6); fortasse eam ob causam electus est interpres.

3) Cfr. Me. 652 Ru. 54; 60; 72.

4) Cfr. Marres 17. Nonnulla aut multa Aelius Tubero (§ 20) subministrasse videtur.

5) Paululum id quoque valet, quod Favorinum in libris *Ινρρωνείων τρόπων* Pyrrhoneos munere iudicario non prohibuisse Philostratus testatur, cfr. Marres 89.

6) Cfr. Maass *Biogr. Gr.* 77 Rudolph stud. Lips. VII 114 Philol. suppl. VI 122 Bapp stud. Lips. VIII 152 Leo *Biographie* 21.

Probum (= GLK IV 103, 14) apud Prise. I 301, 14, qui inde a v. 17 de hac vocativi forma loquitur — 6 ex Favorino¹⁾ — 7 et 8 ex Capitone l. l. (Di. 52 cfr. Me. 651; 667 Ne. 267).²⁾

XV 3 Cum idem de Nigidii sententia legatur apud GLK V 600, 19; 632, 6; 637, 27, ex communi fonte haec repetenda esse Kr. 56 coniecit. Quo in iudicio dubitanter prolato vir doctus labitur. Nam haec Macrobii verba ex ipso Gellio exscripta sunt, quamvis ultimo loco notionem adseverandi cum exemplo Terentiano aliunde subiecerit; cfr. Roehrig 24. Sed ne huic quidem p. 12 Ciceronem et Nigidium ab ipso Gellio compositos esse arbitrato assentior. Locum enim Ciceronis de oratore ob eandem causam affert Velius Longus GLK VII 60, 7. Is fons capitis XVIII 9 aut totius aut maioris partis est, ubi item versus Homerici ad vocum Latinarum Graecam originem probandum afferuntur; cfr. GLK VII 155, 15. Itaque ab eodem hoc caput pendere velim. Quamquam Nigidius in eius libro de orthographia non appetet, tamen in usu antiquae lectionis Velium, qui Accium, Lucilium, Varronem, Verrium in suum usum converterit, eum praeterisse non verisimile est — 4 ex Suetonio (Ru. 42; 44 Ne. 265)³⁾ — 5 ex Sulpicio l. l. (Kr. 106)⁴⁾ — 7, 1—2 ex Varrone⁵⁾ — 8 ex Favonio l. l.⁶⁾ — 9 ex Verrio (Kr. 73, vd. Ru. 11 Ne. 227)⁷⁾ —

1) Ita Nietzsche Mus. Rhen. XXIII 642, quem amplectitur Rudolph stud. Lips. VII 49; 115 Philol. suppl. VI 126 sq.; 157. Sed non carent auctoritate, quae ei opposuit Hertz *Op. G.* 72 (*ed. maior.* II p. 212) Gellium opprobrio animi ingrati et invercundi solvens, quamvis non plausum tulerit nec Maassii *Biogr. Gr.* 49; 104 nec Wilamowitzii ibd. 145 nec Rudolphii l. l.

2) Ex Varrone et Ateio Me. 667 Ru. 30; 67; 72.

3) Cfr. Reifferscheid p. 469 Münzer 401. Vd. et Me. 673 de 'vetere memoria' (§ 1) loquentem.

4) Cfr. Ne. 271.

5) Cfr. Hertz *Vindiciae alterae* p. 70 adn. 197.

6) Reitenstein, Festschr. f. JVahlen p. 423 'Sollte auch Gellius durch irgendwelche Mittelquelle aus (Fenestella) schöpfen?'

7) Ex Plinio Beck 17 Berl. philol. Wochenschr. XII (1892) 1603.

11 ex Suet. vir. ill. (Di. 24; 32 Ru. 43 Ne. 266)¹⁾ — 13²⁾;
 14³⁾; 15⁴⁾ ex Probo (Kr. 86; 88 Me. ann. 718 Ru. 11)
 — 16 ex Nepotis chronicō (Ru. 35; 42)⁵⁾ — 17 ex Pam-
 phila l. l. (Ru. 8)⁶⁾ — 18 ex Suetonio (Ru. 31; 44)⁷⁾
 — 20 ex Varronis hebd. (Ru. 5; 28; 42 Ne. 265)⁸⁾ —
 22 ex Sall. hist. I (Ru. 37; 42); quod non aequē certum
 existimo; nam Sallustium semper nominat; praeterea is
 dicere non potuit neminem a Sertorio defecisse, cum ipse
 seditionem a parte Celtiberorum motam tangere videatur
 fr. III 81 et 82 M., cfr. et Plut. Sert. 25 Pomp. 18 Appian.
 b. c. I 111. Itaque Gellium a posterioris aevi scriptore
 facta ducis Mariani exaggerante pendere puto, cui enu-
 cleando me imparem esse confiteor; num ante Valerium
 Maximum is aetatem degerit, plane incertum est, cum illo
 I 2, 4 per epitomatores tantum servato ad rem dirimen-
 dam idonea ansa non suppetat — 28 ex Suetonio (Ru.
 37; 44)⁹⁾ — 30, 6 sq. ex Varrone l. l. fortasse per inter-
 nuntium Verrium (Me. 661 Kr. 46) — 31 ex Varronis
 imag. Ru. 29 optimo iure 'animi anxius', quem vd.

XVI 1 ex Musonio¹⁰⁾, sed certe non ipso, § 3 sq. ex

1) Cfr. Reifferscheid p. 119; idem iam Gronovius.

2) Cfr. Ribbeck 147 Steup 197; ex Probo vel Plinio Ne. 273 (Schmidt *Nonii auct. gramm.* 62), ex Plinio Beck 14.

3) Contradicit Steup 197.

4) Cfr. Ribbeck 147 Steup 197; 200 Hertz *Op. G.* 119 adn. 22; 130 Ne. 273; ex Plinio Beck 14.

5) Cfr. Münzer 336. Aliter Ne. 274 adn. 2.

6) An intercedente Favorino, qui Pamphilam aliquo modo
 excerpserit (Marr. 81; 123)? Sed inscriptio operis hic et c. 23 tam
 accurate prolatā ipsam a Gellio ascitam esse ostendere videtur.

7) Cfr. Reifferscheid 469.

8) Cfr. Wilamowitz *Eurip. Herakl.*¹ I 12 adn. 18 Leo *Bio- graphie* 26.

9) Cfr. Reifferscheid 424. Gellium totum caput ex Asconii
 ad Roscianam commentario petiisse volunt Kiessling-Schoell
 edit. p. XV.

10) Musonius non Catonianis coloribus gloriatur, sed utri-
 que idem apud tertium arrisit. Sic quod in carmine de mori-
 bus (XI 2, 2) Censorius monuerat avaritiam veterum ex opinione
 omnia vitia habere, re vera antiquum est proverbium prolatum

Catone (Ru. 12) — 2 fortasse ex eodem fonte, ut XII 12 (Ne. 263) — 3 ex Erasistrato l. l., nescio an Favolini beneficio — 5 ex Verrio maxima ex parte (Me. 649; 678 ann. 724 Ne. 227; 314)¹⁾; ex Verrio et Sulpicio Apoll. (Kr. 74; 107). Huic magis accedo. Nam quae legitur explanatio verbi *vehemens*, eadem fere apud Sulpicii aequalem Terentium Scaurum GLK VII 19, 16²⁾ occurrit, quo cum societate studiorum coniunctus ille in errores Caesellii Vindicis (cfr. II 16, 8 XI 15, 3)³⁾ propugnabat; itaque armis Terentii a Sulpicio ipsi datis certare Gellium a veri specie non abhorret — 6 ex Nigidio et Hygino l. l. (Kr. 58; 77; cfr. et 68)⁴⁾ — 8 ex Varrone l. l. vel discipl. (Ne. 259); § 2 fortasse ex ipso Aelio (Kr. 41)⁵⁾ — 9 non ex Verrio, si Festi p. 290, 29 laceris fragmentis fidem habere possumus; dubito, an ex Probo — 10 Ne hoc quidem caput ex Verrio manavit, qui teste Paulo p. 226, 13 proletarios et capite censos non distinxit neque p. 9, 9 cum Gelli ultima verbi *assiduus* explicatione neque prorsus cum reliquis concinit. Cum tota enarratio subnectatur loco XII tabularum et notitia antiquissimarum vocum forensium et legis Aebutiae non nisi hic et a Gaio IV 30 memoratae iurisconsultum indicet, ex illorum caterva aliquem latere puto. Longius progreedi vereor. Neque utrum Antistio Labeoni, qui Latinarum vocum originibus rationibusque ad enodandos iuris laqueos utebatur (XIII 10, 1), an Masurio

a Diogene apud Diog. L. VI 2, 6 (50), a Bione apud Stob. flor. X 38 (I p. 237 M.): φιλαργνοίσιν μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν, cfr. Otto Sprichw. der Römer 51. Vd. et Skutsch apud Pauly-Wissow. V p. 365.

1) Cfr. COMueller ad Fest. p. 368, 14.

2) Qui Frontonis nomen inde a Parrhasio mentiebatur, grammaticus GLK VII 524, 1 item.

3) Hic in numero eorum, qui impugnantur. Caesellium fuisse etiam Ribbeck 173 coniecit.

4) Vtrumque per Sulpicium innotuisse vult Me. 659, cfr. Roehrig 15; 18; 22. Ex Hygino vel Verrio § 14 Ne. 270 vd. 314.

5) Cfr. Reitzenstein M. Ter. Varro und Ioa. Mauropus Lipsiae 1901 p. 52 adn. 1; 76.

Sabino palmam des, disceptari potest. Si recte Bremer cap. XX 10 ad hunc rettulit, ubi eodem paene modo vox XII tabularum apud Ennium extans explanatur, hic et iuris-consultus Homerum testem adire non veritus et, si Atheneaeus recte eum pinxit, ipse poeta¹⁾, paululum antistare videtur; sed cum Davus sim, non Oedipus, ἐπέχω — 11, 1 sq. ex Varrone, qui in libro rer. hum. I (GLK II 524, 2) de Psyllis egit, de Psyllis et Marsis a Circæ filio ortis apud Plin. VII 2, 13; 15²⁾ — 12 ex Cloatio et Varrone l. l.: sic Me. 649 Kr. 9; 33; 49, a quibus recedo. Cloatius vocabulum *alucinari* a Graeco ἀλύειν derivari voluit, idem vult Paul. p. 24, 14, cum explicet: *alucinationem errationem*³⁾; ad eandem originem ille refert *alucinari* et *elucum*, ad eandem hic p. 75, 17 *elucum, ut alii volunt alucinatorem.*⁴⁾ Inter hos 'alios' fuisse Cloatium quin statuamus, nihil obstat, quem sexiens in rebus sacris Festus arcessit, si modo est idem.⁵⁾ Cloatius ex Hypsicrate hausit, ex eodem Varro ling. lat. V 16, 88 et fortasse VI 10, 96 partem verborum ex Graeco tractorum, inter quae *errare* ab ἔργειν deductum ut apud Gellium; nescio, an ex eodem oriatur Verrius Pauli s. v. *aurum* p. 8, 14, ubi pro Hippocrate Hypsicratem Scaliger aliique induxerunt, cuius doctrina ad Romanum per Cloatium promanasse potest. Absurdam hariolationem de veriloquio *feneratoris* longe abiecerunt omnes et Varro apud Gellium Noniumque I p. 53, 27⁶⁾ et, qui in re cum eo concordat, Verrius apud Paulum p. 86, 1; 94, 1 et auctor Nonii V p. 439, 16.

1) Cfr. Bremer *Iurisprud. anteh.* II 315; 407; 488.

2) Nam ad Varronem in § 13 allatum etiam quae secundatur revocanda sunt, vd. Münzer 122; 176.

3) Non. II p. 121, 19 *halucinari aberrare*, ubi Gellii caput nunc desideratum VIII 3 ante oculos habuit.

4) Aliter p. 100, 8.

5) Cfr. Ne. 213. *Fascini* explicatio toto caelo distat a Pauli p. 88, 14, ubi tam paucis verbis res absolvitur, ut Verrium largius scientiae copiam effudisse iam spondeam; cum Gellio consentit Prisc. II 284, 16 CGL VI 437.

6) Cfr. Hertz *Op. G.* 99 sq.

Itaque forsitan Gellius Verrii¹⁾ promptuaria ampliora, quam quae apud Paulum exstant, despoliavit — 13 ex oratione Hadriani (Ru. 43, cfr. Di. 59) — 14 ex Verri de obscuris Catonis (Me. 661 Kr. 75 Ru. 12) — 15 ex Favorini historia omnigena (Ru. 5; 57)²⁾ — 16 et 17 ex Varronis rer. div. XIV (Me. 670 Kr. 46 Ru. 23 Ne. 270)³⁾ — 18 ex Varronis discipl. IV (Kr. 51 Ru. 29 Ne. 266).⁴⁾

XVII 1—8 ex Largio l. l. (Kr. 79)⁵⁾ — 2 ex Claudio l. l. praeter § 7 sq.; 20; 21 extr. vel ex eius interprete (vd. Beck 28)⁶⁾ — 3, 1—4 ex Varrone l. l. (Kr. 45)⁷⁾ — 4 ex Varronis imag. (Me. Mus. Rhen. XIII 465 Ru. 6; 27 Ne. 265)⁸⁾ — 5 an ex Licini Ciceromastige ut c. 1?⁹⁾ — 6, 1—3 ex Verrio l. l. (Me. 660 Ru. 12 Ne. 270).

Mirarer tamen, si Gellius sexcentiens ipse auctoritate Verrii natus hic repente nullo magno nomine protectus illum 'quique eius auctoritate utuntur' tam cavillabundus arriperet. Itaque cum, quae inde a § 5 secuntur, iurisconsulti ingenium spirent, apud eundem et Verrii et Catonis

1) Cir. Ne. 314.

2) Wellmann Herm. XXVI (1891) 487; 495 Aelianum nat. an. X 35 et Athenaeum IX 43 p. 390 ex Alexandro Myndio, qui Theophrastum noverit (cfr. praeter Aelian. nat. an. V 27 Wellmann p. 505 adn. 3), hausisse fere comprobavit. Nos Favorinum fontem esse Gelli non ex consensu inter hunc et Aelianum Athenaeumque intercedente colligimus, sed in altero exemplo, ubi iterum idem Aelianus et Athenaeus conspirant, ex fragmento apud Steph. Byz. servato. Sed qui partis, idem fons totius capitatis brevissimi est.

3) Cfr. Roscher *Mythol. Lex.* II p. 138 s. v. *indigetes* Nettle-ship *Contributions to Lat. Lexicography* s. v. *Agrippa* Münzer 266.

4) Cfr. Friedlaender *Sittengesch. Roms*⁶ III 701 adn. 3.

5) Largium et Asinium per tertium Gellio notos fuisse idem Kr. 100 veri haud dissimile putat.

6) Cfr. Ru. 12 Fr. 537 Me. ind. 13, qui § 5—8 ex Probo propter XVIII 12 deducit.

7) Aliter Mirsch *Varronis antiq.* 58.

8) Ex Varronis de poetis Me. 652, quod postea ipse rescindit; Ritschelio de annalibus cogitanti assentitur Hertz in edit. Cfr. Leo *Biographie* 27 adn. 1.

9) Ex eodem fonte, quo I 4 Ne. 263.

verba legebantur. E fontibus Gellii usitatis propter temporum rationes removendi sunt certe Servius Sulpicius, fortasse Labeo Capitoque; restat fere plus ceteris ascitus Masurius Sabinus, qui de dote scripsit Dig. XXXIII 4¹), de uxoris servo Dig. XXIV 1, 7, 8 (= Bremer II 499, 95); sed pro certo hoc praestare non ausim, cum ne aliis quidem multis de hac re disserendi opportunitas defuerit — 7 ex Nigidio l. l. (Di. 47 Me. 648 Kr. 40; 55 Ru. 66)²) — 9, 1—5 ex Probo l. l. (Kr. 83); quae secuntur, fortasse ex libri eiusdem prooemio vel epilogi³) — 10, 2—7 ex Hygino (Me. 660 Kr. 78)⁴), 8 sqq. ex Probo (? Kr. 106)⁵) — 13 ex Nigidio (Me. 653 Kr. 55 Ru. 11)⁶) — 14 ex Laberio (Fr. 528)⁷) — 15⁸); 16; 17, 2 ex Plinio (Me. 670 Kr. 9 Ru. 42); 17, 1 ex Ennio ipso Fr. 531; malim ex Varronis de poetis, quem c. 21, 45 in partes suas vocat; cfr. et Isid. XV 1, 63 — 19 ex Epicteto Arriani per Favorinum interpretem (Ru. 55) — 21 ex Varronis annal. et de poetis et Nepotis chronicō (Ru. 25; 26; 33 Kr. 52).⁹)

XVIII 4 ex Nigidio fortasse omnia¹⁰); nam vix Sulpicius fons fuit communis Gellii, Nonii IV p. 416, 27, Servii pl. A. I 392 II 80 XI 715, ubi Nigidii exemplum — 5 ex Vergilii commentariis (vd. § 12, Me. 676 et contra Kr. 101 idem ann. 724)¹¹) — 6, 1—6 ex Melisso l. l.,

1) Cfr. Bremer *Iurisprud. anteh.* II p. 356; 453; 497 sqq.

2) Item Roehrig 12 Swoboda 73. Erat, cum cogitabam de Probi de temporum conexione libello (Serv. A. VII 421).

3) Sic Steup 133 Kr. 83, cfr. et Me. 645. Certe § 18—27 non ex Herodoto V 35, ubi nil de servi oculis aegrotis; sed fons videtur esse Graecus iam propter σκυτάλην illam.

4) Cfr. Ribbeck 120.

5) Cfr. Beck *Prob.* 10 Leo *Biographie* 21.

6) Roehrig 12 Swoboda 79. 7) Ex Varrone Ne. 265.

8) C. 16 et 17 ex Lenaeo Ne. 257.

9) Cfr. Unger Mus. Rhen. XXXV (1880) 18 Rohde Mus. Rhen. XXXVI (1881) 422 Münzer 325; 336 Soltau Philol. 58 (1899) 568; de § 8 vd. Jacoby *Apollodors Chronik* 142, de § 45 Buettner *Porcius Licinus* 51.

10) Cfr. Ne. 272 Roehrig 12 Swoboda 17, cfr. et Kr. 108.

11) Cfr. Hertz *Op. G.* 130 adn. 37. Ex Probo Ne. 274.

7 sqq.¹⁾) ex Labeone (Kr. 57; 66; 93 Me. ann. 719¹⁾) — 7, 5—8 de Verrio (Ne. 208; 270) dubitat Kr. 71, male; nam non ita distant, quae de *foro* Paulus p. 84, 9, de *conventu* p. 41, 16, neque ibi quidem exempla extant (§ 8) — 9 ex Velio Longo l. l. (Kr. 76; 93 Ru. 12 Fr. 532)²⁾ — 10 ex ‘medicinae disciplinae libris’, sed non ex Erasistrato, quem ex XVI 3 praesumere possis; nam is arterias sanguine destitutas esse docuit, cfr. Galen. III 492 IV 664; 671 V 168 K. — 11 ex Caesellio (Kr. 98)³⁾ — 12 ex Probo (Kr. 48; 88 Me. ann. 718 Ru. 11)⁴⁾ — 13, 7—8 ex Favorino (? Ru. 61) — 14 et 15 ex Varronis discipl. V (Me. 671 Kr. 5; 50 sq. Ru. 29; 72 Ne. 266; 406).

XIX 1 sq. Summa capitinis primi ex Epicteto Arriani repetita est, cuius notitiam se debere Gellius I 2 Herodi, XVII 19 Favorino fatetur. Potior hoc loco ille videri possit, qui etiam in c. 12 contra *ἀπάθειαν* Stoicorum certat⁵⁾; sed alteri palmam tribuo. Nam Aristippus idem responsum confidens et superbū reddit apud (Aelian. v. h. IX 20 et) Diog. L. II 8, 4 (71), qui certe Cyrenaici aliud dictum Arelatensi acceptum refert VI 2, 4 (25). Adde, quod illa ‘visa quas φαρτασίας appellant’ in § 15 ad verbum repetuntur XI 5, 6, ubi ipse magistrum nominat auctorem.⁶⁾ Philosophum igitur pallentem Gellius ut IX 2 mendicantem commentus est tempestatem ipse forte expertus. Idem auctor nescio an vestigia reliquerit in capite proximo. § 7 Socratis vox memoratissima additur longiori fragmento ex Aristot. probl. deprompto. Vbi cum

1) Ex Verrio Ne. 272.

2) Ex Verrio partim Me. 660 Ne. 228; 270.

3) noto per Sulpiciū vel Ter. Scaurum non male Me. 658, cfr. et Fr. 542.

4) Hertz *Op. G.* 142 Steup 196 Ribbeck 147; ex Probo vel Plinio Ne. 273 (cfr. Schmidt *Nonii auct. gramm.* 62), ex hoc Beck 14 *Prob.* 34; cfr. Goetz *frgm. Plautin.* 192 ind. Ienens. aest. 1893 p. V.

5) Sed XII 5 Taurus, cui Ne. 259 caput vindicat.

6) Item ‘sensus quos Graeci αἰλούσαις appellant’ in capite, quod sequitur, ut VI 6 ex Aristotele proveniunt.

legatur *multos homines*, hoc ipsum sufficit, ut Gelliana ex Musonio περὶ τροφῆς apud Stob. fl. XVIII 37 p. 527 H. τοὺς μὲν πολλοὺς ἀνθρώπους deducamus; nam ceteri omnes testes ἄλλους vel λοιποὺς ἀνθρώπους.¹⁾ Musonium Gellius aut per Herodem aut, si de IX 2 mecum sentis, per Favorinum novit. Non magis Hippocratis doctrina ex hoc ipso provenit; immo non est medici, sed philosophi Democriti; cfr. Natorp ad huius fr. 26. De Democrito apud Favorinum vd. ad IV 13. Caput 3 ex Arelatense ortum duxisse liquet — 8 ex (Caesare aut) Frontone et Varrone (Me. 650 ann. 720 Kr. 24; 60 ann. 367 Fr. 533)²⁾ — 11, 2 epigramma Platonis ex Favorino translatum esse post Maassium hoc ex Diog. L. III 23 (32) colligentem Ru. 61 timide proposuit recte tamen odoratus, si rei anticipati aliquid probabilitatis similis argumenti fr. 84 M. (apud Stob. fl. LXV 8) conferet, ubi de osculo adulescentibus formonis dato: τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στόματι φαύοντες; συνάπτουσι τὰς ψυχάς (vd. apud Plat. τὴν ψυχὴν ἐπὶ χελεσιν ἔσχον). εἰ γὰρ θέμις ἡν τὸ στόμα ὑπερβῆναι· νῦν δὲ ἐοίκασιν περὶ τὸ στόμα λιπαρεῖν ὡς περὶ θύρας. Adde, quod Plato ibi paucis verbis ante affertur. Favorinus in fr. 87 (Stob. LXVI 6) Anacreontis deplorantis crines pueruli desectos carmen exprimit ipseque voce quasi lyrica amatoris proclamat fr. 85 (Stob. LXIV 26) — 13 ex scriptis fortasse Sulpicii vel Probi (vd. et Me. 679 Ne. 228).

XX 1 ex Labeonis commentariis ad XII tabulas (Ru. 66, cfr. Di. 62) — 2 ex Caesellio et Capitone (Ne. 270)³⁾ — 3 fortasse ex Caesellio (Kr. 98, contra Fr. 530) — 5 ex

1) Stob. XVII 22 (I p. 280 M. p. 495 H.) Diog. L. II 5, 16 (34) Athen. IV 48 p. 158^t Clem. Alex. paed. II 1, 1 p. 163 P.; alter etiam Plut. moral. p. 21 E, vd. Sternbach gnomol. Vatic. 479.

2) Ex Plinio Beck 6; 18.

3) Ateius copias ex Varronis libris de vita populi Romani mutuatus est, ubi prolixus de funere dictum esse ut per se liquet, ita fragmentis a Nonio s. v. *praefica*, *nenia*, *praecidaneum*, *nullus servatis* confirmatur. Quomodo ab Ateio is adhibitus sit, vd. XIV 7 et 8 et Me. 651.

Aristonicō¹⁾ et Catone — 6 fortasse ex Probo (Ne. 274)²⁾
 — 7 an ex Favorino? cfr. Rudolph stud. Lips. VII 77
 — 10 ex Masurio Sabino Bremer *Iurisprud. antehadr.*
 II 549, recte opinor — 11 ex Lavinio l. l. (Kr. 100
 Ne. 276).

Iam nos quoque Gellio haerentem capiti coronam paullum detraximus. Quod si inter testes totiens Favorini nomen exsiluit, periculum est, ne ut Maassio Wilamowitz, Rudolphio Bapp et Cohn obstiterunt, mihi non desint, qui, quae me sevisse putavi, manu infesta decerpant. Melius tamen res mihi in Gellio se habet quam illis. Favorini magistri dilectissimi et summo honore habiti, etiamsi non nisi sermocinans inducitur, scripta eum ante oculos habuisse plus uno exemplo clare ostenditur³⁾; sed etiam, ubi nomen eius non occurrit, eum auctorem fuisse evincitur cum aliis, tum XVI 15. Quo loco cum idem, quod Favorinus et Gellius, Aelianus et Athenaeus praebeant, etiam aliis locis, ubi hi cum Gellio conspirant, Arelatensem fontem statuimus quamvis a Rudolphi tota argumentatione alieni. Idem usu venit in Diogene L. Quem si eadem, quae Gellius III 17, deprehendimus narrantem IV 1, 11 (5), ubi se Favorinum sequi ipse confitetur, hunc fontem nominare cogimur, cogimur, cum sequatur vara vibiam, reliquam partem capitis eidem assignare, cum eadem apud Laertium inveniamus, etiamsi nomen reticetur. Quod vero in uno exemplo iam exploratum est, in similibus aequa valet. Et cum Graeci non dubitaverint Graeci scrinia despoliare, eo minus Gellius, qui XV 26 Aristotelem et XVII 20 Platonem nullam aliam ob causam arcessebat, quam cuius verba quam maxime modulata redderet, res a Favorino collectas popularibus vernaculo sermone offerre dubitabat, quod ipse diserte indicat XII 1, 24. Itaque non timeo,

1) Ex Favorino VRose; certe nomen philosophi sine libro nude positum dubitationem inicit, cfr. Ru. 47.

2) Cfr. Ru. 17 Beck 29 (Me. 663).

3) Cfr. Me. 676 sqq. Ru. 53 sqq.

ne nimis saepe¹⁾) ex tenebris illum elicuerim; immo etiam si uno alterove capite festinationis coargutus ero, tamen alia, quae addere nondum ausus sum aut scivi, succrescere quovis pignore certaverim arbitratus ut Theophrastum, Hermippum, Theopompum, sic ne alios quidem Gellium inspexisse nisi oculis magistri.

Inquirentibus vero nobis, non quibus fontibus Gellius usus sit, sed quonam modo suis, spes iam excidit similes nos fructus capturos esse iis, quos collegit in Verrio Reitenstein, in Nonio post alios iam Lindsay. Nam ei sollempne fuisse duo vel tria sese subsequentia capita ex eodem auctore desumere vel duo ex eodem deprompta tertio aliunde nato disiungere iam dudum cognitum est. Alioquin, ut ipse ait, ordine rerum fortuito usus esse videtur; nam quae fila iam tenere mihi videbar²⁾), omnia manibus elapsa sunt, ut umbras persecutus sim per tempus interdum haud ita breve. Itaque laboribus cassis alios defatigare nolo. Vnum tantum afferam, quod satis certum mihi videtur, ex minoribus grammaticis Gavii Bassi exemplum. Explicantur in eius libro de origine vocabulorum, quem eundem esse atque commentarios III 9 et 18 nominatos Lersch, Mercklin, Kretzschmer uno ore proclamarunt, II 4 *divinatio* III (9 *equus Seianus*)³⁾ 18 *pedarii* 19 *parcus* V 7 *persona* XI 17 *retare*: vides excerpta Gelliana per ordinem litterarum digesta, quod vix fieri potuit, nisi Gavius Bassus opus suum alphabetice disposuit Gelliusque eundem ordinem retinuit. Nam casui aut consulto

1) Cfr. et Ru. 58 Ne. 251; 274.

2) Varronis quidem antiqui. rer. div. quarum liber aut certa aut probabili conjectura definiri potest, hoc ordine apud Gellium se excipiunt: IV—I 19; VIII—II 28; XIV—XI 6; XIV(?)—XV 30, 7; XIV—XVI 16 sq. Hic ordo librorum Varronis Gelliano respondet, sed casu id factum est; certe neque in ant. rer. hum. neque in disciplinis idem fit. In aliis, ut in Verrii de obscuris Catonis, numerus exemplorum nimis exiguis est, quam quo aliquid certi concludi liceat.

3) Hoc ex numero eximendum videtur, quamquam ordinis bene se inserit; nam fons capitis Modestus est, vd. supra.

consilio id tribui haud facile potest. Atque optime convenit, quod *divinatio* in libro tertio operis eius, *retare* in septimo enarrata legebantur. *Pedarius*, si tanti est, etiam apud Verrium verbo *parcus* antecedebat, quod ex Pauli *pedarius* (p. 210) et *parcito linguam* (p. 222) colligas. Aliis in fontibus, ne imbrem in cibrum ingeram, non iam morabor.

De ratione, quam in hac editione secutus sum, omnia fere iam praecepta sunt. Apparatum Hertzii criticum correctum ex additamentis Kuhnii¹⁾ in artiores carceres redigi abiectis paene omnibus, quae ad quaestiones orthographicas spectant, praeterea verbis aperta incuria et festinatione librariorum deformatis, omissis, transpositis, nisi haec ad consanguinitatem codicum cognoscendam aliquid momenti conferebant. In orthographia, ubi nec palimpsestus nec reliqui libri duces sunt stabiles, certam normam non anxie pressi ne Gellio quidem a fontium, quos exprimebat, ut argumento ita scribendi ratione pendent hanc constitisse ratus. Coniecturas virorum doctorum iam apud Hertzium exstantes non protuli nisi gravissimas; quae post eum tentatae sunt, largiore manu profudi tantum non omnes. Si nonnullae oculos conquirentis fugerunt, ignoscant, qui consideraverint tales multas latere non modo in dissertationibus, quae nomen Gellii palam prae se ferunt, sed etiam in notis ad fragmenta scaenicorum, historicorum, oratorum etc. scriptis, quas ut omnes investigarem et excuterem, fieri vix potuit.²⁾ Praeterea monuerim agi de editione Gellii, non illorum scriptorum veterum; itaque meo iure praeterii eas coniecturas, quae cum illos fortasse recte emendent, Gellium tamen aliter se legere manifesto indicantem interpolent. Similem ob causam in exemplis allatis lectiones in textum recipiendae erant eae, quae

1) Fleckeis. ann. suppl. XXI Lipsiae 1894 p. 1 sqq.

2) Verbi causa de oraculo Arretino (III 3, 8) Buecheler disputat in Thesauro linguae Latinae II p. 636, 9.

quamvis genuinam manum illius scriptoris non reddant, tamen Gellii sunt ex libris depravatis illa sua facientis, sieque fortasse II 23, 20 (p. 128, 16) retinendum erat οὐδινάμενος, cum idem apud Stobaeum inveniatur, quamvis in ipso Menandro palmarem putem Zedelii mutationem οὐδὲν μέρος.

Restat, ut hic quoque gratias agam Ricardo Foerstero, cuius summa benignitate copias Hertzianas mihi concessas esse supra praedicavi, optime ita de hac editione merito et Francisco Skutschio, cuius operam cum toti operi tum fragmentis antiquorum scaenicorum navatam quamvis ut amici fusius laudibus efferre nolim, ut ipse memori animo eneo, ita alios plane ignorare non patiar.

Monasterii mense Octobri anni MCMII.

INDEX

dissertationum, quae in apparatu critico usurpatae sunt¹⁾

- FFAbbot *Praeterpropter in Gell.* XIX 10 Class. Rev. XII (1898)
p. 359
- AGAmatucci *L'epigramma di Porcio Licino* (Gell. XIX 9, 13)
Rivista di filol. e d'istruz. class. XXVIII (1900) p. 291
- EBaehrens *Gellianum* Revue de phil. X (1886) p. 82
— *Zu Caesar und Memmius* Archiv f. Lex. II (1885) p. 477
— *Zu Gellius* Archiv f. Lex. III (1886) p. 279
— *Burmannus redivivus* Lipsiae 1887 p. 11
— in *commentario Catulliano et in fragmentis poetarum Romanorum*
- Bάσης vd. Vassis
- JWBeck vd. p. XXI adn. 1
- HBluemner *Bemerkungen zu Gellius II* 26 Phil. Abhdlg. M. Hertz gewidmet, Berolini 1888, p. 14
- JCGBoot *Ad A. Gellii noctes atticas* Mnemos. XV (1887) p. 283
- MBréal Mémoire de la soc. de ling. de Paris V 229
- FBuecheler *Coniectanea Mus. Rhen.* XLI (1886) p. 2 (de IV 5)
— *Das älteste lat. Räthsel* Mus. Rhen. XLVI (1891) p. 159
- RBuettner *Porcius Licinus* Lipsiae 1893 p. 97
- EC(hatlain) Revue de phil. VII (1883) p. 205 (X (1886) p. 190)
- LDewaule *A. Gellius quatenus philosophiae studuerit* Thèse
Paris. Tolosae 1891
-

1) Quae ex Hertzio vel editionibus scriptorum a Gellio allatorum desumpsi, non repetivi, neque quae in app. crit. diserte indicata sunt. Non contigit, ut inspicrem GMelodia *Gellio* XV 12 Rass. di antich. class. I 2; Regnaud *Mélanges philologiques* Annuaire de la fac. des lettres a Lyon II (1885) (de X 20, 4); Toutain, *Mélanges d'archéologie et d'histoire* XVI f. 5 (de XVI 13); Valmaggi *Nota ad un passo di G.* (IX 14, 15) Biblio. delle scuole italiane VIII 17; de la Ville de Mirmont *Le poète Laevius* Revue des études anciennes II 202; 304 Biblioth. des univ. du Midi IV. Bordeaux 1900.

- REllis *Ennius ann. 307—310* Journal of philol. XXII (1894) p. 73
 AEussner, Wochenschr. f. klass. Philol. III (1886) p. 389; Lit.
 Centralblatt 1884 p. 796; 1886 p. 474; 1887 p. 718; 754
 EGoebel *Ad Gellium Mus. Rhen.* LIII (1898) p. 628
 HGorges *De quibusdam Gellianis proprietatibus observationes*
 Halis 1883
 CHamp *Die zusammengesetzten Praepositionen im Lat. Archiv*
 f. Lex. V (1888) p. 331
 LHavet *Ennius* Revue de phil. XIV (1890) p. 31
 — *Les anapestes d'Ennius* ibd. p. 45
 — *Luciliana* ibd. p. 86
 Heiberg *Gelliana* Nordisk tidsskrift for filologi VII (1899); etiam
 in Revue de philol. XXIV (1900) p. 174
 MHeraeus *Varia V* Mus. Rhen. LIV (1899) p. 307
 MHertz *Randglossen* Archiv IV (1887) p. 138 Philol. Anz. XVII
 (1887) p. 708 Berl. phil. Woch. VIII (1888) p. 301; vd. et supra
 p. XIV adn. 2
 HdHerwerden *Ad fragmenta comicorum Mnemos.* XXI (1893) p.
 177 (ad Gell. XV 20, 8)
 HJordan Götting. Gel. Anz. 1886 p. 482
 JBKan Berl. philol. Wochenschr. XVIII (1898) p. 447
 CKnapp vd. p. XI adn. 1
 ELuebbert *De Pindari et Hieronis amicitiae primordiis Index*
 schol. aestiv. Bonnens. 1886 p. 22
 JMaehly *Zur Kritik lat. Texte Basileae* 1886, vd. et Philol. Anz.
 XVII (1887) p. 476
 — *Satura* Blätter f. d. bayr. Gymn. XXIV (1888) p. 470
 FMaixner *Zu Valerius Aedituus Zeitschr.* f. d. öst. Gymn. XXXIV
 (1883) p. 406 XXXVI (1885) p. 583
 — *Zu Porcius Licinus und Q. Catulus* ibd. XXXVIII (1887)
 p. 1; 160
 FMarx *Luciliana* stud. Vindob. XVIII (1896) p. 309 (de XVIII 8)
 ThMommsen (apud Hertzium et in) *Röm. Staatsrecht⁵* Lipsiae
 1887 sqq.
 HJMüller D. Litteraturzeitung IV (1883) p. 1652 VIII (1887)
 p. 233
 LMüller *Beiträge zur Kritik und Erkl. des Ennius* Philol. XLIII
 (1884) p. 102
 — Philol. Rundschau 1884 p. 276 Neue philol. Rundschau 1886
 p. 107
 — cfr. et Revue de philol. XI (1887) p. 337 XIII (1889) p. 373, 17
 ANehring *Über bidens hostia Fleckeis.* ann. CXLVII (1893) p. 64
 HNettleship (Nettl.) Acad. XXVI (1884) p. 155; vd. et supra
 p. XXI adn.
 — *Notes in Latin Lexicography* Journ. of phil. XIII (1884) p. 78
 — *Coniectanea* (XVIII 4, 11) Journ. of philol. XVII (1888) p. 117

- RNeubauer *De coniunctionum causalium apud Gellium usu* (diss. Erlang.) Magdeburgi 1890
- JHOnions *Adversaria Noniana* Journ. of philol. XVIII (1889) p. 100 sqq.
- APalmer *Observations on the Fragments of the Latin Scenic Poets* Hermathena XV (1890) 46; 64; 85
- MPetschenig Philol. Anz. XVII (1887) p. 504
- SPiazza *L'epigramma latino I* Padova 1898
- HRoensch *Zu Gellius* (XVI 7, 4) Fleckeis. ann. CXXVII (1883) p. 211
- ASchmidt *Zum internat. Rechtsverkehr der Römer* Zeitschr. der Savigny-Stiftung Romanist. Abt. IX (1888) 128 (de XVI 4, 1)
- Schönwerth-Weyman *Über die lat. Adjective auf osus* Archiv V (1888) p. 192; 212 (ad IV 9)
- KPSchulze *Zu Gellius* (XIX 9, 11) Fleckeis. ann. CXXXI (1885) p. 681
- OSeyffert Berl. philol. Wochenschr. IV (1884) p. 173 VI (1886) p. 1086; 1503
- ASpengel *Was heisst bidens?* (G. XVI 6) Blätter f. d. bayr. Gymn. XXIV (1888) 262
- JMStowasser Zeitschr. f. d. öst. Gymn. XXXV (1884) p. 333
— *Über den Genetiv der A-Stämme bei Lucil.* Archiv I (1884) p. 198
- GStudemund apud FStriller dissert. philol. Vratislav. I 2, 48 adn. 4
- PThielmann *Über uls, trans, ultra* Archiv f. Lex. IV (1887) 247; 253; 358
- VUssani *L'epigramma di Porcio Licino* Rivista di filol. XXVII (1899) p. 277
- JWahlen *Varia* Herm. XXXV (1900) p. 135
- SpVassis (*Βάσης*) *Ad locos quosdam A. Gellii* ΑΘΗΝΑ II (1890) p. 663
- JSdVeen *Gelliana* Herm. XXII (1887) p. 655
- JdVliet *Varia ad varios Mnemos.* XXIII (1895) p. 114
- ThVogel Philol. Anz. XIV (1884) p. 442 Fleckeis. ann. CXXVII (1883) 188 CXXXIII (1886) p. 71
— *De Noctium Att. A. Gellii compositione* Phil. Abhdl. M. Hertz gewidm., Berolini 1888, p. 1
— *De A. Gellii copia vocabulorum* Zwickau 1862
- FWeiss *Über das vestibulum bei Gellius XVI 5* Fleckeis. ann. CXVII (1878) p. 283 CXXXI (1885) p. 629
- CWeyman *Studien über die Figur der Litotes* Fleckeis. ann. suppl. XV (1887) 473 (ad II 6)
- EWoelflin *Zu Gellius* Philol. XLI (1882) p. 340
— vd. Archiv f. Lex. IV (1887) p. 210; 409 V (1888) p. 387

CONSPECTVS SIGLORVM

In libris I—VII (VIII)

A = codex palimpsestus Palatino-Vaticanus 24 saec. VII (?)

P = codex Parisinus 5765 saec. XIII

R = codex Lugduno-Bat. 21 saec. XII

V = codex Vaticanus 3452 saec. XIII

ω = consensus codicum (**A**)**PRV** aut omnium aut reliquorum

β = codex Buslidianus

T = florilegium codicis Parisini 4952 saec. XII hic illic ascitum

Y = florilegium codicis Vaticani 3307 saec. XII hic illic ascitum

ς = codices deteriores, inter quos **U** = Urbin. 309

σ = lectio vulgata

In libris IX—XX

N = codex Magliabecchianus 329 saec. XV

O = codex Reginensis 597 saec. X

II = codex Reginensis 1646 saec. XII

X = codex Vossianus Lat. F 112 saec. X

γ = archetypus codicum **N O II X**

B = codex Bernensis 404 et Ultratraiectinus Aevum vetus.

Scriptores graeci 26 saec. XII

Q = codex Parisinus 8664 saec. XIII

Z = codex Vossianus Lat. F 7 saec. XIV

δ = archetypus codicum (**B**)**Q Z**

ω = consensus codicum aut omnium aut reliquorum

$Q^o O^o$ etc. correctores codicum **Q O** etc.

T, **Y**, β , ς , σ ut supra

/// rasuram, * lacunam indicat

verba uncis < > inclusa additamenta sunt

Ald. = ed. Aldina, *Btl.* = Bentley, *Gr.* = Ioa. Fr.

Gronovius, *JGr.* = Iacobus Gronovius, *Mdg.* = Madvig,

Mms. = Mommsen, *Nettl.* = Nettleship, *Ribb.* = Ribbeck,

Sk. = Skutsch

GLK = Grammatici Latini ed. Keil; **CGL** = Corpus

Glossariorum Latinorum ed. Goetz et Gundermann; **Gl.** Reiff.

= Glossae a Reifferscheid Mus. Rhen. XVI 1 editae; **FIR** =

Fontes Iuris Romani ed. Bruns⁵

Editores fragmentorum vd. in indice I

⟨A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM PRAEFATIO⟩

*** iucundiora alia reperiri queunt, ad hoc ut liberis 1
quoque meis partae istiusmodi remissiones essent, quando
animus eorum interstitione aliqua negotiorum data laxari
indulgerique potuisset. Vsi autem sumus ordine rerum 2
5 fortuito, quem antea in excerptendo feceramus. Nam
proinde ut librum quemque in manus ceperam seu
Graecum seu Latinum vel quid memoratu dignum
audieram, ita quae libitum erat, cuius generis cumque
erant, indistincte atque promisce annotabam eaque mihi
10 ad subsidium memoriae quasi quoddam litterarum penus
recondebam, ut, quando usus venisset aut rei aut verbi,
cuius me repens forte oblivio tenuisset, et libri, ex
quibus ea sumpseram, non adessent, facile inde nobis
inventu atque depromptu foret.

15 Facta igitur est in his quoque commentariis eadem 3
rerum disparilis, quae fuit in illis annotationibus
pristinis, quas breviter et indigeste et incondite ⟨ex⟩
eruditionibus lectionibusque variis feceramus. Sed quon- 4
iam longinquis per hiemem noctibus in agro, sicuti
20 dixi, terrae Atticae commentationes hasce ludere ac
facere exorsi sumus, idcirco eas inscripsimus noctium

5 sqq. Maer. I praef. 2 sq. 18 sqq. Plin. praef. 23 sqq.
21 GLK II 355, 19 'nox etiam a nocte noctium, unde Agellius
noctium atticarum inscripsit'

2 peratae R || 17 ex add. Gr. || 18 auditionibus Gr.

esse Atticarum nihil imitati festivitates inscriptionum,
 quas plerique alii utriusque linguae scriptores in id
 5 genus libris fecerunt. Nam quia variam et miscellam
 et quasi confusaneam doctrinam conquisiverant, eo titu-
 los quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt. 5
 6 Namque alii Musarum inscripserunt, alii silvarum,
 ille πέπλον, hic Ἀμαλθείας κέρας. alias οὐραί,
 partim λειμῶνας, quidam lectionis suae, alias anti-
 quarum lectionum atque alias ἀνθηρῶν et item
 7 alias εὐρημάτων. Sunt etiam, qui λύχνους inscribe- 10
 rint, sunt item, qui στρωματεῖς, sunt adeo, qui
 πανδέκτας et Ἐλικῶνα et προβλήματα et ἐγχει-
 sοδια et παραξιφίδας. Est qui memoriales titu-
 lum fecerit, est qui πραγματικὰ et πάρεργα et δι-
 δασκαλικά, est item qui historiae naturalis, est 15
 παντοδαπῆς ἴστοριας, est praeterea qui pratum,
 est itidem qui πάγκαρπον, est qui τόπων scripserit;
 9 sunt item multi, qui coniectanea, neque item non
 sunt, qui indices libris suis fecerint aut epistularum
 moralium aut epistolicarum quaestionum aut 20
 confusarum et quaedam alia inscripta nimis lepida
 10 multasque prorsum concinnitates redolentia. Nos vero,
 ut captus noster est, incuriose et inmediate ac prope
 etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hibernarum
 vigiliarum Atticas noctes inscrpsimus tantum ceteris 25
 omnibus in ipsius quoque inscriptionis laude cedentes,
 quantum cessimus in cura et elegantia scriptio-
 nis.

11 Sed ne consilium quidem in excerptis notandis
 que rebus idem mihi, quod plerisque illis, fuit. Nam-
 que illi omnes et eorum maxime Graeci multa et varia 30
 lectitantes, in quas res cumque inciderant, 'alba' ut

5 Amm. XIX 11, 3

31 cfr. Otto, Sprichwörter der

Römer p. 11

7 Καὶ Βίδα P corr. Salmas., qui pleraque Graeca corr. || 15 est alt.]
 est qui Salmas. et Sk. || 17 ΤΟΠΔΙ P | scripsit ω corr. Petschenig ||
 21 quaedam ⟨item⟩ Sk. || 26 scriptio-ς ω || 28 quaerendis que R

dicitur 'linea' sine cura discriminis solam copiam sectati converrebant, quibus in legendis ante animus senio ac taedio languebit, quam unum alterumve reppererit, quod sit aut voluptati legere aut cultui legisse aut usui meminisse. Ego vero, cum illud Ephesii viri summe 12 nobilis verbum cordi haberem, quod profecto ita est (*Heracl. fr. 16 Byw.*) *πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει*, ipse quidem volvendis transeundisque multis admodum voluminibus per omnia semper negotiorum intervalla, 10 in quibus furari otium potui, exercitus defessusque sum, sed modica ex his eaque sola accepi, quae aut ingenia prompta expeditaque ad honestae eruditionis cupidinem utiliumque artium contemplationem celeri facilique compendio ducerent aut homines aliis iam 15 vitae negotiis occupatos a turpi certe agrestique rerum atque verborum imperitia vindicarent.

Quod erunt autem in his commentariis pauca quae- 13 dam scrupulosa et anxia vel ex grammatica vel ex dialectica vel etiam ex geometria, quodque erunt item 20 paucula remotiora super augurio iure et pontificio, non oportet ea defugere quasi aut cognitu non utilia aut perceptu difficilia. Non enim fecimus altos nimis et obscuros in his rebus quaestionum sinus, sed primitias quasdam et quasi libamenta ingenuarum artium dedi- 25 mus, quae virum civiliter eruditum neque audisse um- quam neque attigisse, si non inutile, at quidem certe indecorum est. Ab his igitur, si cui forte nonnum- 14 quam tempus voluptasque erit lucubratiunculas istas cognoscere, petitum impetratumque volumus, ut in le- 30 gendo, quae pridem scierint, non aspernentur quasi nota involgataque. Nam eequid tam remotum in litte- 15

4 Macr. I praef. 10

21 Macr. I praef. 11

² conuerterebant ω corr. *Carrio* || 3 quam] 5 tum ω | comprehendenterit R || 5 eracliti efesii R || 6 uerum ω || 15 atgrestiumque R || 19 geometrica ω corr. 5 || 26 non utile aut ω non vile (incivile *Nettl.*) at *Mms.* || 31 et quid ω corr. *Mdg.*

ris est, quin id tamen complusculi sciant? et satis hoc blandum est non esse haec neque in scholis decantata
 16 neque in commentariis protrita. Quae porro nova sibi ignotaque offenderint, aequum esse puto, ut sine vano obtrectatu considerent, an minutae istae admonitiones et pauxillulae nequaquam tamen sint vel ad alendum studium vescae vel ad oblectandum fovendumque animum frigidae, sed eius seminis generisque sint, ex quo facile adolescent aut ingenia hominum vegetiora aut memoria adminiculatior aut oratio sollertior aut sermo 10 incorruptior aut delectatio in otio atque in ludo libera-
 17 lior. Quae autem parum plana videbuntur aut minus plena instructaque, petimus, inquam, ut ea non docendi magis quam admonendi gratia scripta existiment et quasi demonstratione vestigiorum contenti persequantur 15 ea post, si libebit, vel librī repertis vel magistris.
 18 Quae vero putaverint reprehendenda, his, si audebunt, succenseant, unde ea nos accepimus; sed enim, quae aliter apud alium scripta legerint, ne iam statim temere obstrepant, sed et rationes rerum et auctoritates 20 hominum pensitent, quos illi quosque nos secuti sumus.
 19 Erit autem id longe optimum, ut qui in lectitando, percontando, scribendo, commentando numquam voluptates, numquam labores ceperunt, nullas hoc genus vigilias vigilarunt neque ullis inter eiusdem Musae 25 aemulos certationibus disceptationibusque elimati sunt, sed intemperiarum negotiorumque pleni sunt, abeant a noctibus his procul atque alia sibi oblectamenta quaerant. Vetus adagium est (*p. 56 B.*):

9 sqq. *Macr.* I praef. 11 29 sqq. cfr. *Otto, Sprichw.* p. 155
 et 336

1 quam plusculi R || 2 landum R unde laudum Sk. || 6 et Gr. e ω || 7 obliciandum P obliuandum R || 10 oratio] P *Macr.*
 ratio R || 11 delectatior ω corr. Gr. || 18 ⟨si⟩ quae Sk. || 19 alios R¹ | tempore (-pore B) ω corr. *Carrio* || 23 percontando om. ω add. Gr. e lin. 26, ubi labeant percontando scribendo a ω || 26 sunt del. Gr. || 27 vd. 23

nihil cum fidibus graeculost, nihil cum amaracino sui.

Atque etiam, quo sit quorundam male doctorum hominum scaevitas et invidentia irritatior, mutuabor ex Aristophanae choro anapaesta pauca et quam ille homo festivissimus fabulae suae spectandae legem dedit, eadem ego commentariis his legendis dabo, ut ea ne attingat neve adeat profestum et profanum volgus a ludo musico diversum. Versus legis datae hi sunt (ran. 354 sqq. 369 sqq.):

εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν,
δστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων ηγενώμη μὴ καθαρεύει
ηγενναίων δργια Μουσῶν μήτ' εἰδεν μήτ'
τούτοις αὐδῶ, καῦθις ἀπαυδῶ, καῦθις τὸ τρέτον μάλ' ἀπαυδῶ
κξίστασθαι μύσταισι χροῖς ὑμεῖς δ' ἀνεγείρετε μολπὴν
καὶ παννυχίδας τὰς ἡμετέρας, αἱ τῆδε πρέπουσιν ἐορτῇ.

Volumina commentariorum ad hunc diem viginti iam facta sunt. Quantum autem vitae mihi deinceps deum voluntate erit quantumque a tuenda re familiari procurandoque cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia subsiciva et subsecundaria tempora ad colligendas huiuscemodi memoriarum delectatiunculas conferam. Progredietur ergo numerus librorum diis bene invantibus cum ipsius vitae, quantuli quique fuerint, progressibus, neque longiora mihi dari spatia vivendi

8 Hor. carm. III 1, 1

31 Amm. XXI 16, 6

1 graculos (grec. Π) ὡ corr. Hertz || 11 ΗΜΕΤΕΡΟΙΚΙΝ Π ||
19 ΤΟΙΚΙ ΔΟΠΟΙΚ Π || 23 hanc R || 27 secundaria Gr. || 30 quantuli quomque Sk..

volo, quam dum ero ad hanc quoque facultatem scribendi commentandique idoneus.

25 Capita rerum, quae cuique commentario insunt, exposuimus hic universa, ut iam statim declaretur, quid quo in libro quaeri invenirique possit. 5

CAPITVLA LIBRI PRIMI

I Quali proportione quibusque collectionibus Plutarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosophum dixerit de comprehendenda corporis proceritate, qua fuit Hercules, cum vitam inter homines viveret.

II Ab Herode Attico C. V. tempestive deprompta in quendam iactantem et gloriosum adulescentem, specie tantum philosophiae sectatorem, verba Epicteti Stoici, quibus festiviter a vero Stoico seiunxit volgus loquacium nebulonum, qui se Stoicos nuncuparent.

III Quod Chilo Lacedaemonius consilium anceps pro salute amici cepit; quodque est circumspecte et anxie considerandum, an pro utilitatibus amicorum delinquendum aliquando sit; notataque inibi et relata, quae et Theophrastus et M. Cicero super ea re scripserunt.

IV Quam tenuiter curioseque exploraverit Antonius Julianus in oratione M. Tullii verbi ab eo mutati argutiam.

V Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atque vestitu probris obnoxio infamique munditia fuit; quodque item Hortensius orator ob eiusmodi munditias gestumque in agendo histrionicum Dionysiae saltatriculae cognomento compellatus est.

³ Capita — possit] capitula primi libri hinc relinco **R**
*Capitulorum, quae in melioribus codicibus libris singulis
praefixa exstant, variae lectiones ante ipsa capita inveniuntur*

VI Verba ex oratione Metelli Numidici, quam dixit in censura ad populum, cum eum ad uxores ducendas adhortaretur; eaque oratio quam ob causam reprehensa et quo contra modo defensa sit.

VII In hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem 'hanc sibi rem praesidio sperant futurum' neque mendum esse neque vitium, errareque istos, qui bonos libros violent et 'futuram' scribunt; atque ibi de quodam alio Ciceronis verbo dictum, quod probe scriptum perperam mutatur; et aspersa pauca de modulis numerisque orationis, quos Cicero avide sectatus est.

VIII Historia in libris Sotionis philosophi reperta super Laide meretrice et Demosthene rhetore.

IX Quis modus fuerit, quis ordo disciplinae Pythagoricae, quantumque temporis imperatum observatumque sit disceudi simul ac tacendi.

X Quibus verbis compellaverit Favorinus philosophus adulescentem casce nimis et prisce loquentem.

XI Quod Thucydides scriptor inclutus Lacedaemonios in acie non tuba, sed tibiis esse usos dicit, verbaque eius super ea re posita; quodque Herodotus Alyattem regem fidicinas in procinctu habuisse tradit; atque inibi quaedam notata de Gracchi fistula contionaria.

XII Virgo Vestae quid aetatis et ex quali familia et quo ritu quibusque caerimoniis et religionibus ac quo nomine a pontifice maximo capiatur et quo statim iure esse incipiat simul atque capta est; quodque, ut Labeo dicit, nec intestato cuiquam nec eius intestatae quisquam iure heres est.

XIII Quaesitum esse in philosophia, quidnam foret in recepto mandato rectius, idne omnino facere quod mandatum est, an nonnumquam etiam contra, si id speres ei, qui mandavit, utilius fore; superque ea quaestione expositae diversae sententiae.

XIV Quid dixerit feceritque C. Fabricius, magna vir gloria magnisque rebus gestis, sed familiae pecuniae-

que inops, cum ei Samnites tamquam indigenti grave aurum donarent.

XV Quam importunum vitium plenumque odii sit futtilis inanisque loquacitas; et quam multis in locis a principibus utriusque linguae viris detestatione iusta culpata sit.

XVI Quod verba istaec Quadrigari ex annali tertio 'ibi mille hominum occiditur' non licenter neque de poetarum figura, sed ratione certa et proba grammaticae disciplinae dicta sunt.

XVII Quanta cum animi aequitate toleraverit Socrates uxoris ingenium intractabile; atque inibi, quid M. Varro in quadam satura de officio mariti scripserit.

XVIII Quod M. Varro in quarto decimo humanarum L. Aelium magistrum suum in ἐτνυολογίᾳ falsa reprehendit; quodque idem Varro in eodem libro falsum furis ἐτνυμον dicit.

XIX Historia super libris Sibyllinis ac de Tarquinio Superbo rege.

XX Quid geometrae dicant ἐπίπεδον, quid στρεψέον, quid κύβον, quid γραμμήν; quibusque ista omnia Latinis vocabulis appellantur.

XXI Quod Iulius Hyginus affirmatissime contendit legisse se librum P. Vergilii domesticum, <in quo> scriptum esset 'et ora tristia temptantum sensus torquebit amaror', non quod volgus legeret 'sensu torquebit amaro'.

XXII An qui causas defendit, recte Latineque dicat 'superesse <se>' is, quos defendit; et 'superesse' proprie quid sit.

XXIII Quis fuerit Papirius Praetextatus; quae istius causa cognomenti sit; historiaque ista omnis super eodem Papirio cognitu iucunda.

XXIV Tria epigrammata trium veterum poetarum, Naevii, Plauti, Pacuvii, quae facta ab ipsis sepulcris eorum incisa sunt.

XXV Quibus verbis M. Varro indutias definierit;

quaesitumque inibi curiosius, quaenam ratio sit vocabuli indutiarum.

XXVI Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit percontanti, an sapiens irasceretur.

CAPITVLA LIBRI SECUNDI

I Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis; deque eiusdem viri temperantia.

II Quae ratio observatioque officiorum esse debeat inter patres filiosque in discubendo sedendoque atque id genus rebus domi forisque, si filii magistratus sunt et patres privati; superque ea re Tauri philosophi dissertatio et exemplum ex historia Romana petitum.

III Qua ratione verbis quibusdam vocabulisque veteres immiserint h litterae spiritum.

IV Quam ob causam Gavius Bassus genus quoddam iudicij 'divinationem' appellari scripserit; et quam alii causam esse eiusdem vocabuli dixerint.

V Quam lepide signateque dixerit Favorinus philosophus, quid intersit inter Platonis et Lysiae orationem.

VI Quibus verbis ignaviter et abiecte Vergilius usus esse dicatur; et quid his, qui improbe <id> dicunt, respondeatur.

VII De officio erga patres liberorum; deque ea re ex philosophiae libris, in quibus scriptum quaesitumque est, an omnibus patris iussis obsequendum sit.

VIII Quod parum aequa reprehensio Epicuri a Plutarcho facta sit in synlogismi disciplina.

IX Quod idem Plutarchus evidenti calunnia verbum ab Epicuro dictum insectatus sit.

X Quid sint favisae Capitolinae; et quid super eo verbo M. Varro Servio Sulpicio quaerenti rescripserit.

XI De Sicinio Dentato egregio bellatore multa memoratu digna.

XII Considerata perpensaque lex quaedam Solonis

speciem habens primorem iniquae iniustaeque legis, sed ad usum et emolumentum salubritatis penitus reperta.

XIII Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filiamve veteres dixisse.

XIV Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est contra Tiberium exulem, 'stitissem vademonum' per i litteram dicit, non 'stetissem'; eiusque verbi ratio reddita.

XV Quod antiquitus aetati senectae potissimum habitu sint ampli honores; et cur postea ad maritos et ad patres idem isti honores delati sint; atque ibi de capite quaedam legis Iuliae septimo.

XVI Quod Caesellius Vindex a Sulpicio Apollinari reprehensus est in sensus Vergiliani enarratione.

XVII Cuiusmodi esse naturam quarundam praepositionum M. Cicero animadverterit; disceptatumque ibi super eo ipso, quod Cicero observaverat.

XVIII Quod Phaedon Socraticus servus fuit; quodque item alii complusculi servitutem servierunt.

XIX 'Rescire' verbum quid sit; et quam habeat veram atque propriam significationem.

XX Quae volgo dicuntur 'vivaria', id vocabulum veteres non dixisse; et quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid postea M. Varro in libris de re rustica dixerit.

XXI Super eo sidere, quod Graeci 'ἀμαξαν', nos 'septentriones' vocamus; ac de utriusque vocabuli ratione et origine.

XXII De vento iapyge deque aliorum ventorum vocabulis regionibusque accepta ex Favorini sermonibus.

XXIII Consultatio diadicatioque locorum facta ex comoedia Menandri et Caecilii, quae Plocium inscripta est.

XXIV De vetere parsimonia; deque antiquis legibus sumptuariis.

XXV Quid Graeci ἀναλογίαν, quid contra ἀνωμαλίαν vocent.

XXVI Sermones M. Frontonis et Favorini philo-

sophi de generibus colorum vocabulisque eorum Graecis et Latinis; atque inibi color 'spadix' cuiusmodi sit.

XXVII Quid T. Castricius existimarit super Sallustii verbis et Demosthenis, quibus alter Philippum descripsit, alter Sertorium.

XXVIII Non esse compertum, cui deo rem divinam fieri oporteat, cum terra movet.

XXIX Apologus Aesopi Phrygis memoratu non inutilis.

XXX Quid observatum sit in undarum motibus, quae in mari alio atque alio modo fiunt austris flantibus aquilonibusque.

CAPITVLA LIBRI TERTII

I Quaesitum atque tractatum, quam ob causam Sallustius avaritiam dixerit non animum modo virilem, sed corpus quoque ipsum effeminare.

II Quemnam esse natalem diem M. Varro dicat, qui ante noctis horam sextam postve eam nati sunt; atque inibi de temporibus terminisque dierum, qui civiles nominantur et usquequaque gentium varie observantur; et praeterea quid Q. Mucius scripserit super ea muliere, quae a marito non iure se usurpavisset, quod rationem civilis anni non habuerit.

III De noscendis explorandisque Plauti comoediis, quoniam promisce verae atque falsae nomine eius inscriptae feruntur; atque inibi, quod Plautus et Naevius in carcere fabulas scriptitarint.

IV Quod P. Africano et aliis tunc viris nobilibus ante aetatem senectam barbam et genas radere mos patrius fuit.

V Deliciarum vitium et mollities oculorum et corporis ab Arcesila philosopho cuidam obprobrata acerbe simul et festiviter.

VI De vi atque natura palmae arboris, quod lignum ex ea ponderibus positis renitur.

VII Historia ex annalibus sumpta de Q. Caedicio tribuno militum; verbaque ex originibus M. Catonis apposita, quibus Caedici virtutem cum Spartano Leonida aequiperat.

VIII Litterae eximiae consulum C. Fabricii et Q. Aemilii ad regem Pyrrum a Q. Claudio scriptore historiarum in memoriam datae.

IX Quis et cuiusmodi fuerit, qui in proverbio fertur, equus Seianus; et qualis color equorum sit, qui 'spadices' vocantur; deque istius vocabuli ratione.

X Quod est quaedam septenarii numeri vis et facultas in multis naturae rebus animadversa, de qua M. Varro in hebdomadibus disserit copiose.

XI Quibus et quam frivilis argumentis Accius in didascalicis utatur, quibus docere nititur Hesiodum esse quam Homerum natu antiquorem.

XII Largum atque avidum bibendi a P. Nigidio, doctissimo viro, nova et prope absurdâ vocabuli figura 'bibosum' dictum.

XIII Quod Demosthenes etiamtum adulescens, cum Platonis philosophi discipulus foret, auditō forte Callistrato rhetore in contione populi destitit a Platone et sectatus Callistratum est.

XIV 'Dimidium librum legi' aut 'dimidiā fabulam audivi' aliaque huiuscemodi qui dicat, vitiose dicere; eiusque vitiī causas reddere M. Varronem; nec quemquam veterem hisce verbis ita usum esse.

XV Extare in litteris perque hominum memorias traditum, quod repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatum interclusa anima et vim magni novique motus non sustinente.

XVI Temporis varietas in puerperiis mulierum quae-nam sit a medicis et a philosophis tradita; atque inibi poetarum quoque veterum super eadem re opiniones multaque alia auditu atque memoratu digna; verbaque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumpta, qui inscriptus est *περὶ τροφῆς*.

XVII Id quoque esse a gravissimis viris memoriae mandatum, quod' tris libros Plato Philolai Pythagorici et Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt pretiis fidem non capientibus.

XVIII Quid sint 'pedari senatores' et quam ob causam ita appellati; quamque habeant originem verba haec ex edicto tralaticio consulum: 'senatores quibusque in senatu sententiam dicere licet'.

XIX Qua ratione Gavius Bassus scripserit 'parcum' hominem appellatum et quam esse eius vocabuli causam putarit; et contra, quem in modum quibusque verbis Favorinus hanc traditionem eius eluserit.

CAPITVLA LIBRI QVARTI

I Sermo quidam Favorini philosophi cum grammatico iactantiore factus in Socraticum modum; atque ibi in sermone dictum, quibus verbis 'penus' a Q. Scaevola definita sit; quodque eadem definitio culpata reprehensaque est.

II Morbus et vitium quid differat et quam vim habeant vocabula ista in edicto aedilium; et an eunuchus et steriles mulieres redhiberi possint; diversaeque super ea re sententiae.

III Quod nullae fuerint rei uxoriae actiones in urbe Roma ante Carvilianum divortium; atque inibi, quid sit proprie paelex quaeque eius vocabuli ratio sit.

IV Quid Servius Sulpicius in libro, qui est de dotibus, scripserit de iure atque more veterum sponsaliorum.

V Historia narrata de perfidia aruspicum Etruscorum; quodque ob eam rem versus hic a pueris Romae urbe tota cantatus est 'malum consilium consultori pessimum est'.

VI Verba veteris senatusconsulti posita, quo decretum est hostiis maioribus expiandum, quod in sacrario hastae Martiae movissent; atque ibi enarratum, quid

sint 'hostiae succidaneae', quid item 'porca praecidanea'; et quod Capito Ateius ferias quasdam 'praecidaneas' appellavit.

VII De epistula Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta super accentu nominum quorundam Poenicorum.

VIII Quid C. Fabricius de Cornelio Rufino homine avaro dixerit, quem, cum odisset inimicusque esset, designandum tamen consulem curavit.

IX Quid significet proprie 'religiosus'; et in quae deverticula significatio istius vocabuli flexa sit; et verba Nigidii Figuli ex commentariis eius super ea re sumpta.

X Quid observatum de ordine rogandarum in senatu sententiarum; iurgiaque in senatu C. Caesaris consulis et M. Catonis diem dicendo eximentis.

XI Quae qualiaque sint, quae Aristoxenus quasi magis comperta de Pythagora memoriae mandavit; et quae item Plutarchus in eundem modum de eodem Pythagora scripsert.

XII Notae et animadversiones censoriae in veteribus monumentis repartae memoria dignae.

XIII Quod inventiones quaedam tibiarum certo modo factae ischiacis mederi possunt.

XIV Narratur historia de Hostilio Mancino aedium et Manilia meretrice; verbaque decreti tribunorum, ad quos a Manilia provocatum est.

XV Defensa a culpa sententia ex historia Sallustii, quam iniqui eius cum insectatione maligni reprehenderint.

XVI De vocabulis quibusdam a Varrone et Nigidio contra cotidiani sermonis consuetudinem declinatis; atque inibi id genus quaedam cum exemplis veterum relata.

XVII De natura quarundam particularum, quae praepositae verbis intendi atque produci barbare et inscite videntur, exemplis rationibusque plusculis disceptatum.

XVIII De P. Africano superiore sumpta quaedam ex annalibus memoratu dignissima.

XIX Quid M. Varro in logistorico scripserit de moderando victu puerorum inpubium.

XX Notati a censoribus, qui audientibus iis dixerant ioca quaedam intempestiviter; ac de eius quoque nota deliberatum, qui steterat forte apud eos oscitabundus.

CAPITVLA LIBRI QVINTI

I Quod Musonius philosophus reprehendit improbatique laudari philosophum disserentem a vociferantibus et in laudando gestientibus.

II Super equo Alexandri regis, qui Bucephalus appellatus est.

III Quae causa quodque initium fuisse dicatur Protagorae ad philosophiae litteras adeundi.

IV De verbo duovicesimo, quod volgo incognitum est, a viris doctis multifariam in libris scriptum est.

V Cuiusmodi ioco incavillatus sit Antiochum regem Poenus Hannibal.

VI De coronis militaribus; quae sit earum triumphalis, quae obsidionalis, quae civica, quae muralis, quae castrensis, quae navalis, quae ovalis, quae oleaginea.

VII 'Personae' vocabulum quam lepide interpretatus sit quanque esse vocis eius originem dixerit Gavius Bassus.

VIII Defensus error a Vergilii versibus, quos arguerat Iulius Hyginus grammaticus; et ibidem, quid sit lituus; deque ἔτυμολογίᾳ vocis eius.

IX Historia de Croesi filio muto ex Herodoti libris.

X De argumentis, quae Graece ἀντιστρέφονται appellantur, a nobis 'reciproca' dici possunt.

XI Biantis de re uxoria syllogismum non posse videri ἀντιστρέψειν.

XII De nominibus deorum populi Romani Diovis et Vediovitis.

XIII De officiorum gradu atque ordine moribus populi Romani observato.

XIV Quod Apion, doctus homo, qui Plistonices appellatus est, vidisse se Romae scripsit recognitionem inter sese mutuam ex vetere notitia hominis et leonis.

XV Corpusne sit vox an ἀσώματον, varias esse philosophorum sententias.

XVI De vi oculorum deque videndi rationibus.

XVII Quam ob causam dies primi post Kalendas, Nonas, Idus atri habeantur; et cur diem quoque quartum ante Kalendas vel Nonas vel Idus quasi religiosum plerique vitent.

XVIII In quid et quantum differat historia ab annalibus; superque ea re verba posita ex libro rerum gestarum Sempronii Asellionis primo.

XIX Quid sit adoptatio, quid item sit adrogatio, quantumque haec inter se differant; verbaque eius quae qualiaque sint, qui in liberis adrogandis super ea re populum rogat.

XX Quod vocabulum Latinum soloecismo fecerit Capito Sinnius, quid autem id ipsum appellaverint veteres Latini; quibusque verbis soloecismum definierit idem Capito Sinnius.

XXI 'Pluria' qui dicat et 'compluria' et 'compluriens', non barbare dicere, sed Latine.

CAPITVLA LIBRI SEXTI (*vulgo* SEPTIMI)

I Admiranda quaedam ex annalibus sumpta de P. Africano superiore.

II De Caeselli Vindicis pudendo errore, quem offendimus in libris eius, quos inscripsit 'lectionum antiquarum'.

III Quid Tiro Tullius, Ciceronis libertus, reprehenderit in M. Catonis oratione, quam pro Rodiensibus in senatu dixit; et quid ad ea, quae reprehenderat, responderimus.

IV Cuiusmodi servos et quam ob causam Caelius

Sabinus, iuris civilis auctor, pilleatos venundari solitos scripserit; et quae mancipia sub corona more maiorum venierint; atque id ipsum 'sub corona' quid sit.

V Historia de Polo histrione memoratu digna.

VI Quid de quorundam sensuum naturali defectione Aristoteles scripserit.

VII An 'affatum', quasi 'admodum', prima acuta pronuntiandum sit; et quaedam itidem non incuriose tractata super aliarum vocum accentibus.

VIII Res ultra fidem tradita super amatore delphino et puero amato.

IX 'Peposci' et 'memordi', 'pepugi' et 'spepondi' et 'cecurri' plerosque veterum dixisse, non, uti postea receptum est dicere, per o aut per u litteram in prima syllaba positam, atque id eos Graecae rationis exemplo dixisse; praeterea notatum, quod viri non indocti neque ignobiles a verbo 'descendo' non 'descendi', sed 'descendidi' dixerunt.

X <vt> 'ususcapio' copulate recto vocabuli casu dicitur, ita 'pignoriscapio' coniuncte eadem vocabuli forma dictum esse.

XI Neque levitatem neque nequitiam ea significatio esse, qua in volgi sermonibus dicuntur.

XII De tunicis chiridotis; quod earum <usum> P. Africanus Sulpicio Gallo obiecit.

XIII Quem 'classicum' dicat M. Cato, quem 'infra classem'.

XIV De tribus dicendi generibus; ac de tribus philosophis, qui ab Atheniensibus ad senatum Romae legati sunt.

XV Quam severe moribus maiorum in fures vindicatum sit; et quid scripserit Mucius Scaevola super eo, quod servandum datum commodatumve esset.

XVI Locus exscriptus ex satura M. Varronis, quae $\pi\epsilon\varrho\lambda\ \epsilon\delta\epsilon\sigma\mu\alpha\tau\omega\nu$ inscripta est, de peregrinis ciborum generibus; et appositi versus Euripidi, quibus delicitorum hominum luxuriantem gulam confutavit.

XVII Sermo habitus cum grammatico insolentiarum et imperitiarum pleno de significatione vocabuli, quod est 'obnoxius'; deque eius vocis origine.

XVIII De observata custoditaque apud Romanos iurisjurandi sanctimonia; atque inibi de decem captivis, quos Romam Hannibal deiurio ab his accepto legavit.

XIX Historia ex annalibus sumpta de Tiberio Graccho, Gracchorum patre, tribuno plebis; atque inibi tribunica decreta cum ipsis verbis relata.

XX Quod Vergilius a Nolanis ob aquam sibi non permissam sustulit e versu suo 'Nolam' et posuit 'oram'; atque ibi quaedam alia de iucunda consonantia litterarum.

XXI 'Quoad vivet' 'quoad'que 'morietur' cur id ipsum temporis significant, cum ex duobus sint facta contrariis.

XXII Quod censores equum adimere soliti sunt equitibus corpulentis et praepinguibus; quaesitumque, utrum ea res cum ignominia an incolumi dignitate equitum facta sit.

CAPITVLA LIBRI SEPTIMI (*vulgo* SEXTI)

I Quem in modum responderit Chrysippus adversum eos, qui providentiam consistere negaverunt.

II Quo itidem modo et vim necessitatemque fati constituerit et esse tamen in nobis consilii iudiciique nostri arbitrium confirmaverit.

III Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpente invisitatae longitudinis.

IV Quid idem Tubero novae historiae de Atilio Regulo a Carthaginiensibus capto litteris mandaverit; quid etiam Tuditanus super eodem Regulo scripserit.

V Quod Alfenus iureconsultus in verbis veteribus interpretandis erravit.

VI Temere inepteque reprehensum esse a Julio Hygino Vergilium, quod 'praepetes' Daedali pennas

dixit; atque inibi, quid sint aves praepetes et quid illae sint aves, quas Nigidius 'inferas' appellavit.

VII De Acca Larentia et Gaia Taracia; deque origine sacerdotii fratrum arvalium.

VIII Notata quaedam de rege Alexandro et de P. Scipione memoratu digna.

IX Locus exemptus ex annalibus L. Pisonis historiae et orationis lepidissimae.

X Historia super Euclida Socratico, cuius exemplo Taurus philosophus hortari adulescentes suos solitus ad philosophiam naviter sectandam.

XI Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quae libuit meminisse, ad officium gravitatis dignitatisque vitae ducentia.

XII Quod neque 'testamentum', sicuti Servius Sulpicius existimavit, neque 'sacellum', sicuti C. Trebatius, duplia verba sunt, sed a testatione productum <alterum>, alterum a sacro imminutum.

XIII De quaestiunculis apud Taurum philosophum in convivio agitatis, quae 'sympoticae' vocantur.

XIV Poeniendis peccatis tres esse rationes a philosophis attributas; et quamobrem Plato duarum ex his meminerit, non trium.

XV De verbo 'quiesco', an e littera corripi an produci debeat.

XVI Verbum 'deprecor' a poeta Catullo inusitate quidem, sed apte positum et proprie; deque ratione eius verbi exemplisque veterum scriptorum.

XVII Quis omnium primus libros publice praebuerit legendos; quantusque numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in bibliothecis publicorum.

CAPITVLA LIBRI OCTAVI

I 'Hesterna noctu' rectene an cum vitio dicatur et quaenam super istis verbis grammatica traditio sit; item quod decemviri in XII tabulis 'nox' pro 'noctu' dixerunt.

II Quae mihi decem verba ediderit Favorinus, quae usurpentur quidem a Graecis, sed sint adulterina et barbara; quae item a me totidem acceperit, quae ex medio communique usu Latine loquentium minime Latina sint neque in veterum libris reperiantur.

III Quem in modum et quam severe increpuerit audientibus nobis Peregrinus philosophus adulescentem Romanum ex equestri familia stantem segnem apud se et assidue oscitantem.

IV Quod Herodotus, scriptor historiae memoratissimus, parum vere dixerit unam solamque pinum arborum omnium caesam numquam denuo ex iisdem radicibus pullulare; et quod item de aqua pluviali et nive rem non satis exploratam pro comperta posuerit.

V Quid illud sit, quod Vergilius caelum 'stare pulvere' et quod Lucilius 'pectus sentibus stare' dixit.

VI Cum post offensiunculas in gratiam redeatur, expostulationes fieri mutuas minime utile esse, superque ea re et sermo Tauri expositus et verba ex Theophrasti libro sumpta; et quid M. quoque Cicero de amore amicitiae senserit, cum ipsius verbis additum.

VII Ex Aristotelis libro, qui *(περὶ μνήμης)* inscriptus est, cognita acceptaque de natura memoriae et habitu; atque inibi alia quaedam de exuberantia aut interitu eius lecta auditaque.

VIII Quid mihi usu venerit, interpretari et quasi effingere volenti locos quosdam Platonicos Latina oratione.

IX Quod Theophrastus philosophus omnis suae aetatis facundissimus verba pauca ad populum Atheniensem facturus deturbatus verecundia obticuerit; quodque idem hoc Demostheni apud Philippum regem verba facienti evenerit.

X Qualis mihi fuerit in oppido Eleusino disceptatio cum grammatico quodam praestigioso tempora verborum et puerilia meditamenta ignorante, remotarum autem quaestionum nebulas et formidines capiendis imperitorum animis ostentante.

XI Quam festive responderit Xanthippae uxori Socrates petenti, ut per Dionysia largiore sumptu cenerent.

XII Quid significet in veterum libris scriptum 'plerique omnes'; et quod ea verba accepta a Graecis videntur.

XIII 'Eupsones', quod homines Afri dicunt, non esse verbum Poenicum, sed Graecum.

XIV Lepidissima alteratio Favorini philosophi aduersus quandam intempestivum de ambiguitate verborum disserentem; atque inibi verba quaedam ex Naevio poeta et Cn. Gellio non usitate collocata; atque ibidem a P. Nigidio origines vocabulorum exploratae.

XV Quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poeta; atque inibi appositi versus super eadem re eiusdem Laberii.

CAPITVLA LIBRI NONI

I Quamobrem Quintus Claudius Quadrigarius in undevicesimo annali scripsert rectiores certioresque ictus fieri, si sursum quid mittas quam si deorsum.

II Qualibus verbis notarit Herodes Atticus falso quempiam cultu amictuque nomen habitumque philosophi ementientem.

III Epistula Philippi regis ad Aristotelem philosophum super Alexandro recens nato.

IV De barbararum gentium prodigiosis miraculis; deque diris et exitiosis effascinationibus; atque inibi de feminis repente versis in mares.

V Diversae nobilium philosophorum sententiae de genere ac natura voluptatis; verbaque Hieroclis philosophi, quibus decreta Epicuri insectatus est.

VI Verbum, quod est <ab> 'ago' frequentativum, in syllaba prima quonam sit modulo pronuntiandum.

VII De conversione foliorum in arbore olea brumali et solstitiali die; deque fidibus id temporis ictu alieno sonantibus.

VIII Necessum esse, qui multa habeat, multis indigere; deque ea re Favorini philosophi cum brevitate eleganti sententia.

IX Quis modus sit vertendi verba in Graecis sententiis; deque his Homeri versibus, quos Vergilius vertisse aut bene apteque aut inprospere existimatus est.

X Quod Annaeus Cornutus versus Vergilii, quibus Veneris et Vulcani concubitum pudice operteque dixit, reprehensione spurca et odiosa inquinavit.

XI De Valerio Corvino; et unde Corvinus.

XII De verbis, quae in utramque partem significatio aduersa et reciproca dicuntur.

XIII Verba ex historia Claudi Quadrigari, quibus Manli Torquati, nobilis adulescentis, et hostis Galli provocantis pugnam depinxit.

XIV Quod idem Quadrigarius 'huius facies' patrio casu probe et Latine dixit; et quaedam alia adposita de similium vocabulorum declinationibus.

XV De genere controversiae, quod Graece ἀπορον appellatur.

XVI Quod Plinium Secundum, non hominem indoctum, fugerit latueritque vitium argumenti, quod ἀντιστρέφον Graeci dicunt.

CAPITVLA LIBRI DECIMI

I 'Tertium'ne 'consul' an 'tertio' dici oporteat; et quonam modo Cn. Pompeius, cum in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos scribebat, quaestionem anci- pitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.

II Quid Aristoteles de numero puerperii memoriae mandaverit.

III Locorum quorundam inlustrium conlatio conten- tioque facta ex orationibus C. Gracchi et M. Ciceronis et M. Catonis.

IV Quod P. Nigidius argutissime docuit nomina non positiva esse, sed naturalia.

V 'Avarus' simplexne vocabulum sit, an compositum et duplex, sicut P. Nigidio videtur.

VI Multam dictam esse ab aedilibus plebei Appi Caeci filiae, mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.

VII Fluminum, quae ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine esse Nilum, secunda Histrum, proxima Rodanum, sicuti M. Varronem memini scribere.

VIII Inter ignominias militares, quibus milites coercebantur, fuisse sanguinis dimissionem; et quaenam esse videatur causa huiuscemodi castigationis.

IX Quibus modis quoque habitu acies Romana instrui solita sit; quaeque earum instructionum sint vocabula.

X Quae eius rei causa sit, quod et Graeci veteres et Romani anulum hoc digito gestaverint, qui est in manu sinistra minimo proximus.

XI Verbum 'mature' quid significet quaeque vocis eius ratio sit; et quod eo verbo volgus hominum inproprie utatur; atque inibi, quod 'praecox' declinatum 'praecocis' faciat, non 'praecoquis'.

XII De portentis fabularum, quae Plinius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert; et ibidem de simulacro volucri columbae.

XIII 'Cum partim hominum' qua ratione veteres dixerint.

XIV 'Iniuria mihi factum itur' quali verborum ordine Cato dixerit.

XV De flaminis Dialis deque flaminicae caerimoniis; verbaque ex edicto praetoris apposita, quibus dicit non coacturum se ad iurandum neque virgines Vestae neque Dialem.

XVI Quos errores Iulius Hyginus in sexto Vergilii animadverterit in Romana historia erratos.

XVII Quam ob causam et quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese privaverit; et super ea re versus Laberii pure admodum et venuste facti.

XVIII Historia de Artemisia; deque eo certamine,

quod apud Mausoli sepulcrum a scriptoribus inclutis decertatum est.

XIX Non purgari neque levari peccatum, cum praetenditur peccatorum, quae alii quoque peccaverunt, similitudo; atque inibi verba ex oratione super ea re Demosthenis.

XX Quid sit 'rogatio', quid 'lex', quid 'plebiscitum', quid 'privilegium'; et quantum ista omnia differant.

XXI Quam ob causam M. Cicero his omnino verbis 'novissime' et 'novissimus' observantissime <uti> vitarit.

XXII Locus exemptus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, de falsae philosophiae probris, quibus philosophos temere incessunt, qui emolumenta verae philosophiae ignorant.

XXIII Verba ex oratione M. Catonis de mulierum veterum victu et moribus; atque inibi, quod fuerit ius marito in adulterio uxorem deprehensam necare.

XXIV 'Die pristini', 'die crastini' et 'die quarti' et 'die quinti', qui elegantius locuti sint, dixisse, non ut ea nunc volgo dicuntur.

XXV Telorum et iaculorum gladiorumque, atque inibi navium quoque vocabula, quae scripta in veterum libris reperiuntur.

XXVI Inscite ab Asinio Polione reprehensum Sallustium, quod transfretationem 'transgressum' dixerit, et 'transgressos' qui transfretassent.

XXVII Historia de populo Romano deque populo Poenico, quod pari propemodum vigore fuerint aemuli.

XXVIII De aetatium finibus pueritiae, iuventae, senectae, ex Tuberonis historia sumptum.

XXIX Quod particula 'atque' non complexiva tantum sit, sed vim habeat plusculam variamque.

[CAPITVLA LIBRI VNDECIMI

I De origine vocabuli terrae Italiae; deque ea multa, quae 'suprema' appellatur, deque eius nominis ratione ac de lege Aternia; et quibus verbis antiquitus multa 'minima' dici solita sit.

II Quod 'elegantia' apud antiquiores non de amoe-
niore ingenio, sed de nitidiore cultu atque victu dice-
batur, eaque in vitio ponebatur.

III Qualis quantaque sit 'pro' particulæ varietas;
deque exemplis eius varietatis.

IV Quem in modum Q. Ennius versus Euripidi
aemulatus sit.

V De Pyrroniis philosophis quaedam deque Acad-
emicis strictim notata; deque inter eos differentia.

VI Quod mulieres Romae per Herculem non iura-
verint neque viri per Castorem.

VII Verbis antiquissimis relictisque iam et desitis
minime utendum.

VIII Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino,
qui homo Romanus Graeca oratione res Romanas venia-
sibi ante eius imperitiae petita composuit.

IX Historia de legatis Miletii ac Demosthene rhe-
tore in libris Critolai reperta.

X Quod C. Gracchus in oratione sua historiam
supra scriptam Demadi rhetori, non Demostheni, ad-
tribuit; verbaque ipsius C. Gracchi relata.

XI Verba P. Nigidii, quibus differre dicit 'mentiri'
et 'mendacium dicere'.

XII Quod Chrysippus philosophus omne verbum
ambiguum dubiumque esse dicit, Diodorus contra nullum
verbum ambiguum esse putat.

XIII Quid Titus Castricius de verbis deque senten-
tia quadam C. Gracchi existimarit; quodque esse eam
sine ullo sensus emolumento docuerit.

XIV Sobria et pulcherrima Romuli regis responsio
circa vini usum.

XV De 'ludibundo' et 'errabundo' atque id genus verborum productionibus; et quod Laberius sic 'amorabundam' dixit, ut dicitur 'ludibunda' et 'errabunda'; atque inibi, quod Sisenna per huiuscemodi verbum nova figura usus est.

XVI Quod Graecorum verborum quorundam difficultissima est in Latinam linguam mutatio, velut quod Graece dicitur *πολυπραγμοσύνη*.

XVII Quid significet in veteribus praetorum edictis: 'qui flumina retanda publice redempta habent.'

XVIII Qua poena Draco Atheniensis in legibus, quas populo Athensiensi scripsit, fures adfecerit; et qua postea Solon; et qua item decemviri nostri, qui duodecim tabulas scripserunt; atque inibi adscriptum, quod apud Aegyptios furta licita et permissa sunt, apud Lacedaemonios autem cum studio quoque adfectata et pro exercitio utili celebrata; ac praeterea M. Catonis de poeniendis furtis digna memoria sententia.

CAPITVLA LIBRI DVODECIMI

I Dissertatio Favorini philosophi, qua suasit nobili feminae, uti liberos, quos peperisset, non nutricum adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret.

II Quod Annaeus Seneca iudicans de Q. Ennio deque M. Tullio levi futilique iudicio fuit.

III Lictoris vocabulum qua ratione conceptum ortumque sit; et super eo diversae sententiae Valgi Rufi et Tulli Tironis.

IV Versus accepti ex Q. Enni septimo annalium, quibus depingitur finitumque ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.

V Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta.

VI De aenigmate.

VII Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul ream

mulierem beneficij confitentemque ad Ariopagitas reiecerit.

VIII Reditiones in gratiam nobilium virorum memoratu dignae.

IX Quae dicantur vocabula ancipitia; et quod 'honoris' quoque vocabulum ancipiti sententia fuerit.

X Quod 'aeditumus' verbum Latinum sit.

XI Errare istos, qui spe et fiducia latendi peccent, cum latebra peccati perpetua nulla sit; et super ea re Peregrini philosophi sermo et Sophocli poetae sententia.

XII Faceta responsio M. Ciceronis amolientis a se crimen manifesti mendaci.

XIII 'Intra Kalendas' cum dicitur, quid significet, utrum 'ante Kalendas' an 'Kalendis' an utrumque; atque inibi, quid sit in oratione M. Tulli 'intra oceanum' et 'intra montem Taurum' et in quadam epistula 'intra modum'.

XIV 'Saltem' particula quam vim habeat et quam originem.

XV Quod Sisenna in libris historiarum adverbii huiuscemodi saepenumero usus est: 'celatim', 'vellicatim', 'saltuatim'.

CAPITVLA LIBRI TERTII DECIMI

I Inquisitio verborum istorum M. Tulli curiosior, quae fuit in primo Antonianarum libro 'multa autem inpendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum'; tractatumque, an idem duo ista significant, 'fatum' atque 'natura', an diversum.

II Super poetarum Pacuvii et Accii conloquio familiari in oppido Tarentino.

III An vocabula haec: 'necessitudo' et 'necessitas' differenti significatione sint.

IV Descripta Alexandri *<ad matrem Olympiadem epistula; et quid Olympias festive ei rescripserit>*.

V De Aristotele et Theophrasto et Menedemo philo-

sophis; deque eleganti verecundia Aristotelis successorem diatribae suae eligentis.

VI Quid veteres Latini dixerint, quas Graeci ποσθδίας appellant; item quod vocabulum 'barbarismi' non usurpaverint neque Romani antiquiores neque Attici.

VII Diversum de natura leonum dixisse Homerum in carminibus et Herodotum in historiis.

VIII Quod Afranius poeta prudenter et lepide Sapientiam filiam esse Vsus et Memoriae dixit.

IX Quid Tullius Tiro in commentariis scripscerit de suculis et hyadibus, quae sunt stellarum vocabula.

X Quid 'sororis' ἐτύμον esse dixerit Labeo Antistius et quid 'fratris' P. Nigidius.

XI Quem M. Varro aptum iustumque esse numerum convivarum existimarit; ac de mensis secundis et de bellariis.

XII Tribunos plebis prensionem habere, vocationem non habere.

XIII Quod in libris humanarum M. Varronis scriptum est aediles et quaestores populi Romani in ius a privato ad praetorem vocari posse.

XIV Quid sit pomerium.

XV Verba ex libro Messalae auguris, quibus docet, qui sint minores magistratus et consulem praetoremque conlegas esse; et quaedam alia de auspiciis.

XVI (*rg. XV extr.*) Item verba eiusdem Messalae disserentis aliud esse ad populum loqui, aliud cum populo agere; et qui magistratus a quibus avocent comitiatum.

XVII (XVI) Humanitatem non significare id, quod volgus putat, sed eo vocabulo, qui sinceriter locuti sunt, magis proprios esse usos.

XVIII (XVII) Quid apud M. Catonem significant verba haec 'inter os atque offsam'.

XIX (XVIII) <Platonem tribuere Euripidi Sophocli versum; et similia quaedam alia.>

XX (XIX) De genere atque [nominibus familiae Porciae.

XXI (XX) Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus vocum atque verborum iucundioris, quae a Graecis εὐφωνία dicitur, quam regulae disciplinaeque, quae a grammaticis reperta est.

XXII (XXI) Verba Titi Castricii rhetoris ad discipulos adulescentes de vestitu atque calciatu non decoro.

XXIII (XXII) <De Neriene Martis in antiquis conprecationibus. >

XXIV (XXIII) <Verba M. Catonis egere se multis rebus et nihil tamen cupere dicentis. >

XXV (XXIV) Quaesitum tractatumque, quid sint 'manubiae'; atque inibi dicta quaedam de ratione utendi verbis pluribus idem significantibus.

XXVI (XXV) Verba P. Nigidii, quibus dicit in nomine Valerii in casu vocandi primam syllabam acuendam esse; et item alia ex eiusdem verbis ad rectam scripturam pertinentia.

XXVII (XXVI) De versibus, quos Vergilius sectatus videtur, Homeri ac Partheni.

XXVIII (XXVII) De sententia Panaetii philosophi, quam scripsit in libro de officiis secundo, qua hortatur, ut homines ad cavendas iniurias in omni loco intenti paratiique sint.

XXIX (XXVIII) Quod Quadrigarius 'cum multis mortalibus' dixit; an quid et quantum differret, si dixisset 'cum multis hominibus'.

XXX (XXIX) Non hactenus esse faciem, qua volgo dicitur.

XXXI (XXX) Quid sit in satura M. Varronis 'caninum prandium'.

CAPITVLA LIBRI QVARTI DECIMI

I Dissertatio Favorini philosophi adversus eos, qui Chaldaeи appellantur et ex coetu motibusque siderum et stellarum fata hominum dicturos pollicentur.

II Quem in modum disseruerit Favorinus consultus a me super officio iudicis.

III An aemuli offensique inter sese fuerint Xenophon et Plato.

IV Quod apte Chrysippus et graphice imaginem Iustitiae modulis coloribusque verborum depinxit.

V Lis atque contentio grammaticorum Romae illustrium enarrata super casu vocativo vocabuli, quod est 'egregius'.

VI Cuimodi sint, quae speciem doctrinarum habeant, sed neque delectent neque utilia sint; atque inibi de vocabulis singularum urbium regionumque inmutatis.

VII Quod M. Varro Cn. Pompeio, consuli primum designato, commentarium dedit, quem appellavit ipse *εἰσαγωγικόν*, de officio senatus habendi.

VIII Quaesitum esse dissensumque, an praefectus Latinarum causa creatus ius senatus convocandi consulendique habeat.

CAPITVLA LIBRI QVINTI DECIMI

I Quod in Quinti Claudi annalibus scriptum est lignum alumine oblitem non ardere.

II Quod Plato in libris, quos de legibus composuit, largiores laetioresque in conviviis invitatiunculas vini non inutiles esse existimavit.

III Quid M. Cicero de particula ista senserit scripsitque, quae praeposita est verbis 'aufugio' et 'aufero'; et an in verbo 'autumo' eadem istaec praepositio esse videri debeat.

IV Historia de Ventidio Basso, ignobili homine, quem primum de Parthis triumphasse memoriae traditum est.

V Verbum 'profligo' a plerisque dici inpropre insciteque.

VI In libro M. Ciceronis de gloria secundo manifestum erratum in ea parte, in qua scriptum est super Hectore et Aiace.

VII Observatum esse in senibus, quod annum fere aetatis tertium et sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum; atque inibi super eadem observatione exemplum adpositum epistulae divi Augusti ad Gaium filium.

VIII Locus ex oratione Favoni, veteris oratoris, de cencarum atque luxuria obprobriatione, qua usus est, cum legem Liciniam de sumptu minuendo suasit.

IX Quod Caecilius poeta 'frontem' genere virili non poetice, sed cum probatione et cum analogia appellavit.

X De voluntario et admirando interitu virginum Milesiarum.

XI Verba senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis; item verba edicti censorum, quo improbati et coerciti sunt, qui disciplinam rhetoricae instituere et exercere Romae cooperant.

XII Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus.

XIII De verbis inopinatis, quae utroqueversum dicuntur et a grammaticis 'communia' vocantur.

XIV Quod Metellus Numidicus figuram orationis novam ex orationibus Graecis mutuatus est.

XV 'Passis velis' et 'passis manibus' dixisse veteres non a verbo suo, quod est 'patior', sed ab alieno, quod est 'pando'.

XVI De novo genere interitus Crotoniensis Milonis.

XVII Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibiis canere desierint, cum patrum istum morem canendi haberent.

XVIII Quod pugna belli civilis victoriaque Gai Caesaris, quam vicit in Pharsaliis campis, nuntiata praedictaque est per cuiuspam remigis vaticinium eodem ipso die in Italia Patavi.

XIX Verba M. Varronis memoria digna ex satura, quae inscribitur *περὶ ἐδεσμάτων*.

XX Notata quaedam de Euripidis poetae genere, vita, moribus; deque eiusdem fine vitae.

XXI Quod a poetis Iovis filii prudentissimi humannissimique, Neptuni autem ferocissimi et inhumanissimi traduntur.

XXII Historia de Sertorio, egregio duce, deque astu eius commenticiisque simulamentis, quibus ad barbaros milites continendos conciliandosque sibi utebatur.

XXIII De aetatibus historicorum nobilium, Hellenicis, Herodoti, Thucydidis.

XXIV Quid Vulcacius Sedigitus in libro, quem de poetis scripsit, de comicis Latinis iudicarit.

XXV De verbis quibusdam novis, quae in Gnaei Mati mimiambis offenderamus.

XXVI Quibus verbis Aristoteles philosophus definierit syllogismum; eiusque definitionis interpretamentum verbis Latinis factum.

XXVII Quid sint 'comitia calata', quid 'curiata', quid 'centuriata', quid 'tributa', quid 'concilium'; atque inibi quaedam eiusdemmodi.

XXVIII Quod erravit Cornelius Nepos, cum scripsit Ciceronem tres et viginti annos natum causam pro Sexto Roscio dixisse.

XXIX Quali figura orationis et quam nova L. Piso annalium scriptor usus sit.

XXX Vehiculum, quod 'petorritum' appellatur, cuiatis linguae vocabulum sit, Graecae an Gallicae.

XXXI Quae verba legaverint Rodii ad hostium ducem Demetrium, cum ab eo obsiderentur, super illa incluta Ialysi imagine.

CAPITVLA LIBRI SEXTI DECIMI

I Verba Musoni philosophi Graeca digna atque utilia audiri observarique; eiusdemque utilitatis sententia a M. Catone multis ante annis Numantiae ad equites dicta.

II Cuiusmodi sit lex apud dialecticos percontandi disserendique; et quae sit eius legis reprehensio.

III Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medicus, si cibus forte deerit, ut tolerari aliquantis per inedia possit et tolerari fames; verbaque ipsa Erasistrati super ea re scripta.

IV Quo ritu quibusque verbis fetialis populi Romani bellum indicere solitus sit his, quibus populus bellum fieri iusserat; et item in quae verba conceptum fuerit iusiurandum de furtis militaribus sanciendis et uti milites scripti intra praedictum diem in loco certo frequentitarent causis quibusdam exceptis, propter quas id iusiurandum remitti aecum esset.

V 'Vestibulum' quid significet; deque eius vocabuli rationibus.

VI Hostiae, quae dicuntur 'bidentes', quid sint et quam ob causam ita appellatae sint; superque ea re P. Nigidii et Iulii Hygini sententiae.

VII Quod Laberius verba pleraque licentius petulantiusque finxit; et quod multis item verbis utitur, de quibus, an sint Latina, quaeri solet.

VIII Quid significet et quid a nostris appellatum sit, quod 'axioma' dialectici dicunt; et quaedam alia, quae prima in disciplina dialectica traduntur.

IX Quid significet verbum in libris veterum cereberrime positum 'susque deque'.

X Quid sint 'proletarii', quid 'capite censi'; quid item sit in XII tabulis 'adsiduus'; et quae eius vocabuli ratio sit.

XI Historia ex Herodoti libris sumpta de Psyllorum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant.

XII De his vocabulis, quae Cloatius Verus aut satis commode aut nimis absurde et inlepine ad origines linguae Graecae redigit.

XIII Quid sit 'municipium' et quid a 'colonia' differat; et quid sint 'municipes' quaeque sit eius vocabuli ratio ac proprietas; atque inibi, quod divus Hadrianus in senatu de iure atque vocabulo municipum verba fecit.

XIV Quod M. Cato differre dixit 'properare' et 'festinare'; et quam incommodè Verrius Flaccus verbi, quod est 'festinat', *ἔτυμον* interpretatus sit.

XV Quid Theophrastus mirum de perdicibus scriptum reliquerit et quid Theopompus de leporibus.

XVI 'Agrippas' a partus aegri et inprosperi vitio appellatos; deque his deabus, quae vocantur 'Prorsa' et 'Postverta'.

XVII Quae ratio vocabuli sit agri Vaticani.

XVIII Lepida quaedam et memoratu et cognitu de parte geometriae, quae *δύτικη* appellatur, et item alia, quae *κανονική*, et tertia itidem, quae dicitur *μετρική*.

XIX Sumpta historia ex Herodoti libro super fiduciae Arione.

CAPITVLA LIBRI SEPTIMI DECIMI

I Quod Gallus Asinius et Largius Licinus sententiam M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quam dixit pro M. Caelio; et quid adversus homines stolidissimos pro eadem sententia mere digneque dici possit.

II Verba quaedam ex Q. Claudi annalium primo cursim in legendo notata.

III Verba M. Varronis ex libro quinto et vicesimo humanarum, quibus contra opinionem volgariam interpretatus est Homeri versum.

IV Quid Menander poeta Philemoni poetae dixerit, a quo saepe indigne in certaminibus comoediarum superatus est; et quod saepissime Euripides in tragodia ab ignobilibus poetis victus est.

V Nequaquam esse verum, quod minutis quibusdam rhetoricae artificibus videatur, M. Ciceronem in libro, quem de amicitia scripsit, vitioso arguento usum *ἀμφισβητούμενον ἀντὶ δμολογουμένον* posuisse; totumque id consideratius tractatum exploratumque.

VI Falsum esse, quod Verrius Flaccus in libro

secundo, quos de obscuris M. Catonis composuit, de servo receptio scriptum reliquit.

VII Verba haec ex Atinia lege: 'quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto', P. Nigidio et Q. Scaevolae visa esse non minus de praeterito furto quam de futuro cavisse.

VIII In sermonibus apud mensam Tauri philosophi quaeri agitarique eiusmodi solita: 'cur oleum saepe et facile, vina rarius congelascant, acetum haut fere umquam' et 'quod aquae fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur'.

IX De notis litterarum, quae in C. Caesaris epistulis reperiuntur; deque aliis clandestinis litteris ex vetero historia petitis; et quid σκυτάλη sit Laconica.

X Quid de versibus Vergilii Favorinus existumarit, quibus in describenda flagrantia montis Aetnae Pindarum poetam secutus est; conlataque ab eo super eadem re utriusque carmina et dijudicata.

XI Quod Plutarchus in libris symposiacis opinionem Platonis de habitu atque natura stomachi fistulaeque eius, quae τραχεῖα dicitur, adversum Erasistratum medicum tutatus est auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

XII De materiis infamibus, quas Graeci ἀδόξους appellant, a Favorino exercendi gratia disputatis.

XIII 'Quin' particula quot qualesque varietates significationis habeat et quam saepe in veterum scriptis obscura sit.

XIV Sententiae ex Publili mimis selectae lepidiores.

XV Quod Carneades Academicus elleboro stomachum purgavit scripturus adversus Zenonis Stoici decreta; deque natura medellaque ellebori candidi et nigri.

XVI Anates Ponticas vim habere venenis digerendis potentem; atque inibi de Mitridati regis in id genus medicamentum sollertia.

XVII Mitridatem, Ponti regem, quinque et viginti gentium linguis locutum; Quintumque Ennium tria

corda habere sese dixisse, quod tris linguas percalluisset,
Graecam, Oscam, Latinam.

XVIII Quod M. Varro C. Sallustium, historiae scriptorem, deprehensum ab Annio Milone in adulterio scribit et loris caesum pecuniaque data dimissum.

XIX Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam et inpuris disciplinas philosophiae studiose tractantibus; et quae duo verba observanda praeceperit omnium rerum longe salubria.

XX Verba sumpta ex Symposio Platonis numeris coagmentisque verborum scite modulateque apteque exercendi gratia in Latinam orationem versa.

XXI Quibus temporibus post Romam conditam Graeci Romanique inlustres viri floruerint ante secundum bellum Carthaginiensium.

CAPITVLA LIBRI OCTAVI DECIMI

I Disputationes a philosopho Stoico et contra a Peripatetico arbitro Favorino factae; quaesitumque inter eos, quantum in perficienda vita beata virtus valeret quantumque esset in his, quae dicuntur 'extranea'.

II Cuiusmodi quaestionum certationibus Saturnalia ludicra Athenis agitare soliti simus; atque inibi inspersa quaedam sophismata et aenigmata oblectatoria.

III Quid Aeschines rhetor in oratione, qua Timarchum de inpudicitia accusavit, Lacedaemonios statuisse dixerit super sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset.

IV Quod Sulpicius Apollinaris praedicantem quendam a sese uno Sallusti historias intellegi inlusit quaestione proposita, quid verba ista apud Sallustium significarent: 'incertum, stolidior an vanior'.

V Quod Q. Ennius in septimo annali 'quadrupes eques' ac non 'quadrupes equus', ut legunt multi, scriptum reliquit.

VI Quod Aelius Melissus in libro, cui titulum fecit

de loquendi proprietate, quem, cum ederet, cornum esse Copiae dicebat, rem scripsit neque dictu neque auditu dignam, cum differre 'matronam' et 'matrem familias' existimavit differentia longe vanissima.

VII Quem in modum Favorinus tractaverit intempestivum quendam de verborum ambiguitatibus quaerentem; atque ibi, quot significaciones capiat 'contio'.

VIII Ὀμοιοτέλευτα et δημοιόπιστα atque alia id genus, quae ornamenta orationis putantur, inepta esse et puerilia Lucili quoque versibus declarari.

IX Quid significet apud M. Catonem verbum 'insecunda'; quodque 'insecunda' potius legendum sit quam, quod plerique existimant, 'insequenda'.

X Errare istos, qui in exploranda febri venarum pulsus pertemptari putant, non arteriarum

XI Verba ex carminibus Furi Antiatis inscite a Caesellio Vindice reprehensa; versusque ipsi, in quibus ea verba sunt, subscripti.

XII Morem istum veteribus nostris fuisse verba patiendi mutare ac vertere in agendi modum.

XIII Quali talione Diogenes philosophus usus sit pertemptatus a dialectico quodam sophismatio impudenti.

XIV Quid sit numerus 'hemiolios', quid 'epitritos'; et quod vocabula ista non facile nostri ausi sunt convertere in linguam Latinam.

XV Quod M. Varro in herois versibus observaverit rem nimis anxiae et curiosae observationis.

<CAPITVLA LIBRI NONI DECIMI

I Responsio cuiusdam philosophi interrogati, quam ob causam maris tempestate palluerit.

II Ex quinque corporis sensibus duos esse cum beluis maxime communes; quodque turpis et improba est voluptas, quae ex auditu, visu odoratuque procedit, quae vero ex gustu tactuque est, rerum omnium foe-

dissima est, cum hae duae bestiarum etiam sint, reliquae hominum tantum.

III Quod turpius est frigide laudari quam acerbius vituperari.

IV Quamobrem venter repentino timore effluat; quare etiam ignis urinam laccessat.

V Ex Aristotelis libris sumptum, quod nivis aqua potui pessima sit; et quod ex nive crystallus concreatur.

VI Quod pudor sanguinem ad extera diffundit, timor vero contrahit.

VII Quid sit 'obesum'; nonnullaque alia prisca vocabula.

VIII Quaestio, an 'harena', 'caelum', 'triticum' pluralia inveniantur; atque inibi de 'quadrigis', 'inimicitiis', nonnullis praeterea vocabulis, an singulari numero compierantur.

IX Antonii Iuliani in convivio ad quosdam Graecos lepidissima responsio.

X Verba haec 'praeter propter' in usu volgi prodita etiam Ennii fuisse.

XI Ponit versus Platonis amatorios, quos admodum iuvenis lusit, dum tragoeidiis contendit.

XII Dissertatio Herodis Attici super vi et natura doloris suaequae opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores praecidit.

XIII Quos 'pumiliones' dicimus, Graece νάνοις appellari.

XIV Contemporaneos fuisse Caesari et Ciceroni M. Varronem et P. Nigidium, aetatis suae doctissimos Romanos; et quod Nigidii commentationes propter earum obscuritatem subtilitatemque in volgus non exeunt. >

CAPITVLA LIBRI VICESIMI

I Disputatio Sex. Caecilii iureconsulti et Favorini philosophi de legibus duodecim tabularum.

II Vocabulum 'sicicinum' in M. Catonis oratione quid significet.

III Quam ob causam L. Accius poeta in pragmati-
cis sicinnistas 'nebuloso nomine' esse dixerit.

IV Artificum scaenicorum studium amoremque in-
honestum probrosumque esse; et super ea re verba
Aristotelis philosophi adscripta.

V Exempla epistularum Alexandri regis et Aristote-
lis philosophi ita uti sunt edita; eaque in linguam
Latinam versa.

VI Quaesitum atque tractatum, utrum siet rectius
dicere 'habeo curam vestri', an 'vestrum'.

VII <Quam diversae Graecorum sint sententiae
super numero Niobae filiorum. >

VIII De his, quae habere συμπτωσίαν videntur cum
luna mansuescente ac senescente.

IX Qualibus verbis delectari solitus sit Antonius
Iulianus positis in mimiambis < Cn. Matii; et quid
significet M. Cato in oratione, quam > scripsit de in-
nocentia sua, cum ita dictat 'numquam vestimenta
a populo poposci'.

X Quid vocabulum 'ex iure manum consertum'
significet.

XI Quid sit 'sculnae' verbum positum apud M. Var-
ronem. >

A. GELLII

NOCTIVM ATTICARVM LIBER PRIMVS

I

Quali proportione quibusque collectionibus Plutarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosophum dixerit de comprehenda corporis proceritate, qua fuit Hercules, cum vitam inter homines viveret.

5

1 Plutarchus in libro, quem de Herculis, quantum inter homines fuit, animi corporisque ingenio atque virtutibus conscripsit (*VII p. 144 Bern.*), scite subtiliterque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit in reperienda modulandaque status longitudinis- 10
2 que eius praestantia. Nam cum fere constaret curriculum stadii, quod est Pisis apud Iovem Olympium, Herculem pedibus suis metatum idque fecisse longum pedes sescentos, cetera quoque stadia in terra Graecia ab aliis postea instituta pedum quidem esse numero 15 sescentum, sed tamen esse aliquantulum breviora, facile intellexit modum spatiumque plantae Herculis ratione proportionis habita tanto fuisse quam aliorum procerius, quanto Olympicum stadium longius esset quam cetera.
3 Comprehensa autem mensura Herculani pedis secundum 20

6 quam diu inter *Klotz* quali inter h. fuerit β || 12 Pisae *Mosellanus* | ad Iovis Olympii *Bernardakis* || 14 terras ω || 16 esse del. *Carrio* || 20 pedis quanta longinquitas corporis ei mensurae conveniret secundum β

naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est atque ita id collegit, quod erat consequens, tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem quam alios, quanto Olympicum stadium ceteris pari numero factis anteiret.

II

Ab Herode Attico C. V. tempestive deprompta in quandam iactantem et gloriosum adulescentem, specie tantum philosophiae sectatorem, verba Epicteti Stoici, quibus festiviter 10 a vero Stoico seiunxit volgus loquacium nebulonum, qui se Stoicos nuncuparent.

Herodes Atticus, vir et Graeca facundia et consulari honore praeditus, accersebat saepe, nos cum apud magistros Athenis essemus, in villas ei urbi 15 proximas me et clarissimum virum Servilianum compluresque alios nostrates, qui Roma in Graeciam ad capiendum ingenii cultum concesserant. Atque ibi 2 tunc, cum essemus apud eum in villa, cui nomen est Cephisia, et aestu anni et sidere autumni flagrantissimo, 20 propulsabamus incommoda caloris lucorum umbra ingentium, longis ambulaeris et mollibus, aedium positu refrigeranti, lavaeris nitidis et abundis et collucentibus totiusque villaे venustate aquis undique canoris atque avibus personante.

Erat ibidem nobiscum simul adulescens philosophiae sectator, disciplinae, ut ipse dicebat, stoicae, sed loquacior inpendio et promptior. Is plerumque in con- 3 vivio sermonibus, qui post epulas haberi solent, multa atque inmodica *de* philosophiae doctrinis intempestive 4 atque insubide disserebat praeque se uno ceteros omnes linguae Atticae principes gentemque omnem to-

8 Plin. ep. III 9, 13 27 Amm. XXIX 1, 25 31 Verg. A. I 282

8 iactatum *ω corr.* Hertz iactabundum Ald. || 14 uillis — proximis *β* || 19 Cephisiae, aestu Heiberg || 21 molibus *ς* | posticum *ς* || 23 auris Gr. || 27 loquencior V cfr. Amm. l. l. || 29 suppl. σ

gatam, quodcumque nomen Latinum rudes esse et agrestes praedicabat atque interea vocabulis haut facile cognitis, syllogismorum captionumque dialecticarum laqueis strepebat κυριεύοντας et ἡσυχάζοντας et σωρείτας aliosque id genus griphos neminem posse 5 dicens nisi se dissolvere. Rem vero ethicam naturamque humani ingenii virtutumque origines officiaque earum et confinia aut contra morborum vitiorumque fraudes animorumque labes, pestilentias asseverabat nulli esse ulli magis ea omnia explorata, comperta 10 5 meditataque. Cruciatibus autem doloribusque corporis et periculis mortem minitantibus habitum statumque vitae beatae, quem se esse adeptum putabat, neque laedi neque inminui existimabat ac ne oris quoque et vultus serenitatem stoici hominis umquam ulla posse 15 aegritudine obnubilari.

6 Has ille inanes glorias cum flaret iamque omnes finem cuperent verbisque eius defetigati pertaeduissent, tum Herodes Graeca, uti plurimus ei mos fuit, oratione utens 'permitte,' inquit 'philosophorum amplissime, quoniam respondere nos tibi, quos vocas idiotas, non quimus, recitari ex libro, quid de huiuscemodi magniloquentia vestra senserit dixeritque Epictetus, Stoicorum maximus,' iussitque proferri dissertationum Epicteti digestarum ab Arriano primum 20 librum, in quo ille venerandus senex iuvenes, qui se Stoicos appellabant, neque frugis neque operae probae, sed theorematis tantum nugalibus et puerilium isagogarum commentationibus deblaterantes obiurgatione iusta incessuit. 30

7 Lecta igitur sunt ex libro, qui prolatus est, ea, quae addidi; quibus verbis Epictetus severe simul.

1 quotecumque ω corr. 5 || 8 confinitima aut contraria β ||.
 9 labes ac σ || 10 ulla R || 11 meditataque quam sibi β || 14 et]
 neque β || 19 graeca cuius ex grecorum V || 21 quos idiotas et
 rudes vocas β || 24 uel maximus β || 25 secundum Carrio || 29 de-
 blatantes V se . . oblectantes β || 32 addidit ω corr. Scioppius

et festiviter seiunxit atque divisit a vero atque sincero Stoico, qui esset procul dubio ἀκάλυτος, ἀνανάγκαστος, ἀπαραπόδιστος, ἐλεύθερος, εὐπορῶν, εὐδαιμονῶν, volgus aliud nebulonum hominum, qui se Stoicos nuncuparent atraque verborum et argutiarum fuligine ob oculos audientium iacta sanctissimae disciplinae nomen ementirentur (*Arr. II* 19, 12 *sqq.*):

*Εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Ἀκούε. 8
Ίλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασ-
σεν (Hom. Od. IX 39).*

Τῶν δυντων τὰ μέν ἔστιν ἀγαθά, τὰ δὲ κακά, 9
τὰ δὲ ἀδιάφορα. Ἀγαθὰ μὲν οὖν ἀρετὰν καὶ τὰ
μετέχοντα αὐτῶν, κακὰ δὲ κακία καὶ τὰ μετέ-
χοντα κακίας, ἀδιάφορα δὲ τὰ μεταξὺ τούτων,
15 πλοῦτος, ὑγεία, ζωή, θάνατος, ἡδονή, πόνος.
Πόθεν οἶδας; Ἐλλάνικος λέγει ἐν τοῖς *Ἀλγυ-* 10
πτιακοῖς. Τί γὰρ διαφέρει τοῦτο εἰπεῖν, ἢ διτι
Διογένης ἐν τῇ ἡθικῇ ἢ Χρύσιππος ἢ Κλεάν-
θης; Βεβασάνικας οὖν *τι* αὐτῶν καὶ δόγμα
20 σαυτοῦ πεποίησαι; Δείκνυε, πῶς εἴωθας ἐν
πλοιῷ χειμάζεσθαι· μέμνησαι ταύτης τῆς διαι-
ρέσεως, δταν ψοφήσῃ τὸ ίστιον καὶ ἀνακραυ-
γάσης; *Αν* σοὶ τις κακόσχολός πως παραστὰς
εἴπῃ· λέγε μοι, τὸς θεούς σοι, ἢ πρώην ἐλεγεῖς,
25 μή τι κακία ἔστιν τὸ ναναγῆσαι, μή τι κακίας
μετέχον; οὐκ ἀρα ξύλον ἐνσείσεις αὐτῷ; τί ἡμῖν
καὶ σοί, ἀνθρωπε; ἀπολλύμεθα, καὶ σὺ ἐλθὼν
παιᾶσις. *Ἐὰν* δέ σε δὲ οἱ Καῖσαρ μεταπέμψηται 12
κατηγορούμενον ***

30 His ille auditis insolentissimus adulescens obticuit, 13
tamquam si ea omnia non ab Epicteto in quosdam
alios, sed ab Herode in eum ipsum dicta essent.

5 atraque] β atroque ω ultroque σ || 6 iacto ω || 7 nomine
mentirentur ω || 19 τι om. ω || 20 πῶς om. *Arr.* || 21 γνηράζεσθαι
Arr. || 23 ΚαΚΑΟΧΟΛΟC (-ΟδΟC Ρ) ΓΟC ω || 26 ἄρας *Arr.* ||
30—32 præbent Αβ om. ω || 32 IPSIVM Α ipsimum *Neltl.*

III

Quod Chilo Lacedaemonius consilium anceps pro salute amici cepit; quodque est circumspecte et anxie considerandum, an pro utilitatibus amicorum delinquendum aliquando sit; nota-
taque inibi et relata, quae et Theophrastus et M. Cicero super ea re scripserunt.⁵

- 1 Lacedaemonium Chilonem, virum ex illo incluto numero sapientium, scriptum est in libris eorum, qui vitas resque gestas clarorum hominum memoriae man-
daverunt, eum Chilonem in vitae suae postremo, cum 10 iam inibi mors occuparet, ad circumstantis amicos sic locutum:
- 2 'Dicta' inquit 'mea factaque in aetate longa ple-
raque omnia fuisse non paenitenda, fors sit ut vos
3 etiam sciatis. Ego quidem in hoc certe tempore non 15 fallo me nihil esse quicquam commissum a me, cuius memoria <mihi> aegritudini sit, ni illud profecto unum sit, quod rectene an perperam fecerim, nondum mihi plane liquet.
- 4 Super amici capite iudex cum duobus aliis fui. 20 Ita lex fuit, uti eum hominem condemnari necessum esset. Aut amicus igitur capititis perdendus aut adhi-
5 benda fraus legi fuit. Multa cum animo meo ad. ca-
sum tam ancipitem medendum consultavi. Visum est esse id, quod feci, praequam erant alia, toleratu faci-
6 lius: ipse tacitus ad condemnandum sententiam tuli, is
7 qui simul iudicabant, ut absolverent, persuasi. Sic mihi et iudicis et amici officium in re tanta salvum fuit. Hanc capio ex eo facto molestiam, quod metuo,

7 sqq. Diog. L. I 3, 3 (71)

7—45, 4 autem *cm. RV et P qui incipit ibi a hic, praebent β, cuius disreputias paucas affero, et usque ad 44, 29 quod A | unum β || 17 MEMO (tum linea periit) GRITVDINI-
SIT A suppl. Hertz memoria rei aliquid pariat aegritudinis
Canter (β) 18 NON MJHI DVM A || 22 capitalis β capitali Corrio*

ne a perfidia et culpa non abhorreat in eadem re eodemque tempore inque communi negotio, quod mihi optimum factu duxerim, diversum eius aliis suasisse.⁹

Et hic autem Chilo, praestabilis homo sapientiae,⁸ quonam usque debuerit contra legem contraque ius pro amico progredi, dubitavit, eaque res in fine quoque vitae ipso animum eius anxit, et alii deinceps multi philosophiae sectatores, ut in libris eorum scriptum est, satis inquisite satisque sollicite quaesiverunt, ut verbis, quae scripta sunt, ipsis utar, εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον καὶ μέχρι πόσου καὶ ποτία. Ea verba significant quaesisse eos, an nonnumquam contra ius contrave morem faciendum pro amico sit et in qualibus causis et quemnam usque ad modum.

Super hac quaestione cum ab aliis, sicuti dixi,¹⁰ multis, tum vel diligentissime a Theophrasto disputatur, viro in philosophia peripatetica modestissimo doctissimoque, eaque disputatio scripta est, si recte meminimus, in libro eius de amicitia primo. Eum¹¹ librum M. Cicero videtur leguisse, cum ipse quoque librum de amicitia componeret. Et cetera quidem, quae sumenda a Theophrasto existimavit, ut ingenium facundiaque eius fuit, sumpsit et transposuit commodissime aptissimeque; hunc autem locum, de quo¹² satis quaesitum esse dixi, omnium rerum aliarum difficultum strictim atque cursim transgressus est, neque ea, quae a Theophrasto pensiculata atque enucleata scripta sunt, executus est, sed anxietate illa et quasi morositate disputationis praetermissa genus ipsum rei¹³ tantum paucis verbis notavit. Ea verba Ciceronis, si recensere quis vellet, apposui (*XVII 61*): His igitur finibus utendum esse arbitror, ut, cum emendati mores amicorum sunt, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum

⁹ inquit si te (scite **P**) ὡ || 17 an honestissimo? cfr. I 4, 1 || 23 eis **PV** || 27 pensim β || 33 sint Cic.

sine ulla exceptione communitas, ut etiam, si qua fortuna acciderit, ut minus iustae voluntates amicorum adiuvandae sint, in quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum de via sit, modo ne summa turpitudo sequatur; 5 est enim, quatenus amicitiae venia dari possit.

'Cum agetur' inquit 'aut caput amici aut fama, declinandum est de via, ut etiam iniquam voluntatem 14 illius adiutemus.' Sed cuiusmodi declinatio esse ista debeat qualisque ad adiuvandum digressio et in quanta 10 15 voluntatis amici iniquitate, non dicit. Quid autem refert scire me in eiusmodi periculis amicorum, si non magna me turpitudo insecurita est, de via esse recta declinandum, nisi id quoque me docuerit, quam putet magnam turpitudinem, et cum decessero de via, quousque 15 degredi debeam? 'Est enim', inquit 'quatenus 16 dari amicitiae venia possit.' Hoc immo ipsum est, quod maxime discendum est quodque ab his, qui docent, minime dicitur, quatenus quaque fini dari amicitiae venia debeat. Chilo ille sapiens, de quo paulo 20 ante dixi, conservandi amici causa de via declinavit. Sed video, quousque progressus sit; falsum enim pro 18 amici salute consilium dedit. Id ipsum tamen in fine quoque vitae, an iure posset reprehendi culparique, dubitavit.

25

'Contra patriam' inquit Cicero (*XI 36*) 'arma 19 pro amico sumenda non sunt.' Hoc profecto nemo ignoravit, et 'priusquam Theognis', quod Lucilius (*fr. inc. LXXXV M. 913 B.*) ait, 'nasceretur'. Set id quaero, id desidero: cum pro amico contra ius, contra 20 quam licet, salva tamen libertate atque pace faciendum

28 cfr. Otto, Sprichw. p. 347

3 sunt **PV¹** || 4 capit is causa β de capite *codd.* *Cic.* || 7 agitur *Veen* | capit is amici causa agatur et famae β || 18 dicendum β | docent] β doceant ω || 19 quoque fine β || 22 sit] A est ω || 28 ignouit it (id **V**) et **PRV** | quod] A quam ω || 30 ius et contra **PRV**

est et cum de via, sicut ipse ait, declinandum est, quid et quantum et in quali causa et quonam usque id fieri debeat. Pericles ille Atheniensis, vir egregio ingenio 20 bonisque omnibus disciplinis ornatus, in una quidem 5 specie, set planius tamen, quid existimaret, professus est. Nam cum amicus eum rogaret, ut pro re causae eius falsum deiuraret, his ad eum verbis usus est: *Δεῖ μὲν συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι τῶν θεῶν.*

10 Theophrastus autem in eo, quo dixi, libro 21 inquisitus quidem super hac ipsa re et exactius pres-
siusque quam Cicero disserit. Set is quoque in do- 22
cendo non de unoquoque facto singillatim existimat
neque certis exemplorum documentis, set generibus
15 rerum summatim universimque utitur ad hunc ferme
modum:

'Parva' inquit 'et tenuis vel turpitudo vel infamia 23
subeunda est, si ea re magna utilitas amico quaeri
potest. Rependitur quippe et compensatur leve dam-
20 num delibatae honestatis maiore alia gravioreque in
adiuvando amico honestate, minimaque illa labes et
quasi lacuna famae munimentis partarum amico utili-
tatum solidatur. Neque nominibus' inquit 'moveri 24
nos oportet, quod paria genere ipso non sunt honestas
25 meae famae et rei amici utilitas. Ponderibus haec
enim potestatibusque praesentibus, non vocabulorum
appellationibus neque dignitatibus generum diiudicanda
sunt. Nam cum in rebus aut paribus aut non longe 25

3 sqq. Plut. apophth. Pericl. 3 de vitios. pud. 6 praec. ger.
rei p. 13 Apostol. XI 31^a L.-Schn.

3 u. egregio] **A** egregius vir ω || 7 deiraret **A** || 8 $\mu\varepsilon$ 5 ||
9 $\vartheta\nu\tilde{\omega}\nu$ aut $\vartheta\tilde{\nu}\omega\nu$ Triller | 10 quod **V** quem ς || 11 expressiusque Sk. ||
13 SINGILLATIMAT NEQVE CERTIS DOCVMMENTORVM DOC.
A || 18 sua eunda **PRV** || 20 delineate **P** declinatae β || 21 illa]
ALIA **A** || 23 neque in omnibus **PR** || 24 generi **PR** honesta **RV**
27 a generum **PVR** || 28 aut alt. om. **A**

secus utilitas amici aut honestas nostra consistit, honestas procul dubio praeponderat; cum vero amici utilitas nimio est amplior, honestatis autem nostrae in re non gravi levis iactura est, tunc, quod utile amico est, id p[ro]ae illo, quod honestum nobis est, fit plenius, sicuti est magnum pondus aeris parva lamna auri pretiosius.⁵

Verba adeo ipsa Theophrasti (*fr. 81 Wi.*) super 26 ea re adscripsi: *Oὐκ, εἰ δὴ πον τοῦτο τῷ γένει τιμιώτερον, ἥδη καὶ, διτοῦν ἀν ἦ μέρος τούτου, πρὸς τὸ τηλίκον θατέρον συγκρινόμενον αἰρετὸν ἔσται. Λέγω δὲ οἶν, οὐκ, εἰ χρυσίον τιμιώτερον χαλκοῦ, καὶ τηλίκον τοῦ χρυσίου πρὸς τὸ τηλίκον χαλκοῦ μέγεθος ἀντιπαραβαλλόμενον πλέον δόξει· ἀλλὰ ποιήσει τινὰ δοκῆν καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος.*

27 Favorinus quoque philosophus huiuscmodi indulgentiam gratiae tempestive laxato paulum remissoque subtili iustitiae examine his verbis definivit (*fr. 102 Ma.*): *Ἡ καλούμενη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, τοῦτο ἔστιν ὑφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι.*

28 Post deinde idem Theophrastus ad hanc ferme sententiam disseruit: 'Has tamen' inquit 'parvitates rerum et magnitudines atque has omnes officiorum aestimationes alia nonnumquam momenta extrinsecus 25 atque aliae quasi appendices personarum et causarum et temporum et circumstantiae ipsius necessitates, quas includere in p[re]cepta difficilest, moderantur et regunt et quasi gubernant et nunc ratas efficiunt, nunc inritas.'

29 Haec taliaque Theophrastus satis caute et sollicitate et religiose cum discernendi magis disceptandique

1 AVT HONESTITAS **A** || 6 auri] **A** auri fit (sit **P**) ω || 9 ea re (grecis **R**) scripsi **PRV** | **TOYTΩ** (TOYTOY TΩ **P**) ΓΕΝΕΙ **PV** corr. *Hertz, qui etiam τι τῷ* || 12 ΟΥΚΑΙ XPYCON **PV** corr. *Buecheler* || 13 XPICOY **PV** || 14 μέγεθος del. *Heylbut* || 18 rem.] **A** permissoque ω || 22 ferme] **A** per me ω || 23 prauitates **PV** || 26 alia **PRV** || 31 disserendi s

diligentia quam cum decernendi sententia atque fiducia scribsit, quoniam profecto causarum ac temporum varietates discriminumque ac differentiarum tenuitatis directum atque perpetuum distinctumque in rebus singularibus praeceptum, quod ego nos in prima tractatus istius parte desiderare dixeram, non capiunt.

Eius autem Chilonis, a quo disputatiunculae huius initium fecimus, cum alia quaedam sunt monita utilia atque prudentia, tum id maxime exploratae utilitatis est, quod duas ferocissimas affectiones amoris atque odii intra modum cautum coercuit. 'Hac' inquit 'fini ames, tamquam forte fortuna et osurus, hac itidem tenus oderis, tamquam fortasse post amaturus.'

Super hoc eodem Chilone Plutarchus philosophus in libro *περὶ ψυχῆς* primo (VII p. 19 Bern.) verbis his ita scripsit: Χείλων δὲ παλαιὸς ἀκούσας τινὸς λέγοντος μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν ήρωτησεν, εἰ μηδένα φίλον ἔχει, νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖν καὶ συνεμπλέκεσθαι φιλίας ἀπεγχθείας.

IV

Quam tenuiter curioseque exploraverit Antonius Julianus in oratione M. Tullii verbi ab eo mutati argutiam.

Antonius Julianus rhetor perquam fuit honesti atque amoeni ingeni. Doctrina quoque ista utiliore ac

11 XVII 14, 4, 10 Val. Max. VII 3 ext. 3 Diog. L. I 5, 5 (87)
Otto, Sprichw. p. 21

2 scribsit] **A** seruitute ω | causarum — tenuitatis] **A** causa scientie corporum varietates disermonumque ac diff. ignorantes ω || 3 decretum **A** || 8 monita] **A** mota ω || 10 fortissimas Cramer || 11 cauterum **A** cautionum Nettl. cautim JGr. | fini ames] **A** finiam et ω || 12 et om. PRV || 16 his om. RV his ita om. P || 18 ἔχοι Bernardakis || 19 ΚΥΝΕΝΤΛΑΕΚΕΩΔΙC ΦΙΛΙΑC ΔΠΕΚΘΩΔC sic fere PV φιλας καὶ ἀπεγχθείας σ || 25 iste Falster | is subtiliore (Mdg.) Vogel

delectabili veterumque elegantiarum cura et memoria multa fuit; ad hoc scripta omnia antiquiora tam curiose spectabat et aut virtutes pensitabat aut vitia rimabatur, ut iudicium esse factum ad amussim diceres.

2 Is Iulianus super eo enthymemate, quod est in 5
oratione M. Tullii, quam pro Cn. Plancio dixit
3 (XXVIII 68), ita existimavit — sed verba prius, de
quibus iudicium ab eo factum est, ipsa ponam: Quam-
quam dissimilis est pecuniae debitio et gratiae. Nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet 10
id, quod reddidit, qui autem debet, is retinet alienum: gratiam autem et qui refert habet, et
qui habet, in eo ipso, quod habet, refert. Neque
ego nunc Plancio desinam debere, si hoc sol-
vero, nec minus ei redderem voluntate ipsa, si 15
4 hoc molestiae non accidisset — 'crispum sane'
inquit 'agmen orationis rotundumque ac modulo ipso
numerorum venustum, sed quod cum venia legendum
sit verbi paulum ideo inmutati, ut sententiae fides
5 salva esset. Namque debitio gratiae et pecuniae con- 20
6 lata verbum utrubique servari postulat. Ita enim recte
opposita inter sese gratiae pecuniaeque debitio videbitur,
si et pecunia quidem deberi dicatur et gratia, sed
quid eveniat in pecunia debita solutave, quid contra
in gratia debita redditave, debitio verbo utrumque 25
servato disseratur. Cicero autem,' inquit 'cum gratiae
pecuniaeque debitio dissimilem esse dixisset eius-
que sententiae rationem redderet, verbum debet in

2 sqq. gloss. Vatic. (Herm. VIII 70) 4 cfr. Otto, Sprichw.
p. 24 8 sqq. Cic. off. II 20, 69 (post red. ad Q. IX 22 Non. III
p. 203, 21 M.)

6 quam] **A** vd. R. Foerster, *Fleckeis. Suppl. XXVII* 187
qua ω || 7 ita] **A** et ita ω || 9 pecuniae] **A** a pec(c)unia ω || 11 id
— debet] **A** om. ω | is] aes 5 || 15 EA **A** || 19 ideo] **A** ide (de **B**) ω ||
20 CONLATAE **A** || 21 ut ibique **PRV** | postulat] **A** possit ω ||
22 VIDETVR **A** || 25 utrumque **PRV**

pecunia ponit, in gratia habet subicit pro debet; ita enim dicit: gratiam autem et qui refert habet, et qui habet, in eo ipso, quod habet, refert. Sed id verbum habet cum proposita comparatione non satis convenit. Debitio enim gratiae, non habitio, cum pecunia confertur, atque ideo consequens quidem fuerat sic dicere: 'et qui debet, in eo ipso, quod debet, refert'; sed absurdum et nimis coactum foret, si nondum redditam gratiam eo ipso redditam diceret, quia debetur.

Inmutavit ergo,' inquit 'subdidit verbum ei verbo, quod omiserat, finitimum, ut videretur et sensum debitiois conlatae non reliquisse et concinnitatem sententiae retinuisse.' Ad hunc modum Iulianus enodabat diiudicabatque veterum scriptorum sententias, quas apud eum adulescentes delecti lectitabant.

V

Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atque vestitu probris obnoxio infamique munditia fuit; quodque item Hortensius orator ob eiusmodi munditias gestumque in agendo histrionicum Dionysiae saltatriculae cognomento compellatus est.

Demosthenen traditum est vestitu ceteroque cultu corporis nitido venustoque nimisque accurato fuisse. Hinc ei (*Aesch. in Tim. 131*) τὰ κομψὰ illa χλανίσκια et μαλακοὶ χιτωνίσκοι ab aemulis adversariisque probro data, hinc etiam turpibus indignisque in eum verbis non temperatum, quin parum vir et ore quoque polluto diceretur.

19 Amm. XIV 6, 18 XVIII 7, 7 XXX 4, 19
Demosth.

21 Suid. s. v.

8 sed] A quod ω | si non P || 10 subd.] A et subd. ω verbum, subdidit Vogel || 11 nimis erat β omissurus erat Hagen promiserat Mdg. || 13 enudabat deiudicabatque (ENVTABAT-QVE A) ω || 14 QVAE A || 15 delectitabant ω corr. Mms. || 19 histrionus ω corr. σ || 21 est] A et ω || 22 fuisse incerta. KOMΥΔΙΛΛΔΔΔΝΙΚΔΕΤΜΔΔΚΑΙΧΙΤΩΝΙΚΟΙ. baemulis P et fere V, in A (FVISSETHINC) et R, qui Graeca om., valde corrupta, corr. 5 Hertz || 26 cum Scioppius

2 Ad eundem modum Q. Hortensius omnibus ferme oratoribus aetatis suae, nisi M. Tullio, clarior, quod multa munditia et circumspecte compositeque induitus et amictus esset manusque eius inter agendum forent argutae admodum et gestuose, maledictis compellatiōnibusque probris iactatus est, multaque in eum, quasi in histrionem, in ipsis causis atque iudiciis dicta sunt.
 3 Sed cum L. Torquatus, subagresti homo ingenio et infestivo, gravius acerbiusque apud consilium iudicium, cum de causa Sullae quaereretur, non iam histrionem 10 eum esse diceret, sed gesticulariam Dionysiamque eum notissimae saltatriculae nomine appellaret, tum voce molli atque demissa Hortensius 'Dionysia,' inquit 'Dionysia malo equidem esse quam quod tu, Torquate, ἄμουσος, ἀναφρόδιτος, ἀπροσδιόνυσος'. 15

VI

Verba ex oratione Metelli Numidici, quam dixit in censura ad populum, cum eum ad uxores ducendas adhortaretur; eaque oratio quam ob causam reprehensa et quo contra modo defensa sit. 20

1 Multis et eruditis viris audientibus legebatur oratio Metelli Numidici, gravis ac diserti viri, quam in censura dixit ad populum de ducendis uxoribus, cum eum ad matrimonia capessenda hortaretur. In ea 2 oratione (*ORF² p. 161; 275*) ita scriptum fuit: Si sine 25 uxore *⟨vivere⟩* possemus, Quirites, omni ea

1 sqq. Val. Max. VIII 10, 2 Macr. III 13, 4 3 Amm. XXVII 3, 14 5 Amm. XVII 9, 3 8 Amm. XIV 11, 11
XXX 4, 2 15 (Plut. quaest. symp. prooem. extr. p. 612 E)

1 Q.] **A** *om. ω* || 2 ORATIONIBVS **A** || 4 amictus accurrior esset β || 6 probris] **A** probrosis ω || 10 sylla (silla) ω || 13 dyonias (dion.) ω || 19 quod c. modum ω corr. σ || 26 uxoribus *HJM*ueller | vivere add. *Hertz* esse σ an pati? cfr. Ter. eun. 52 Sen. controv. II 1, 37; 2, 4 Luc. V 314 | omni] ut vid. **A** omnes ω

molestia careremus; set quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuae potius quam brevi voluptati consulendum est.

5 Videbatur quibusdam Q. Metellum censorem, cui 3 consilium esset ad uxores ducendas populum hortari, non oportuisse de molestia incommodisque perpetuis rei uxoriae confiteri, neque id hortari magis esse quam dissuadere absterrereque; set contra in id potius orationem debuisse sumi dicebant, ut et nullas plerumque esse in matrimoniis molestias adseveraret et, si quae tamen accidere nonnumquam viderentur, parvas et leves facilesque esse toleratu diceret maioribusque eas emolumentis et voluptatibus obliterari easdemque ipsas 15 neque omnibus neque naturae vitio, set quorundam maritorum culpa et iniustitia evenire. Titus autem 4 Castricius recte atque condigne Metellum esse locutum existimabat. 'Aliter' inquit 'censor loqui debet, aliter rhetor. Rhetori concessum est sententiis uti 20 falsis, audacibus, versutis, subdolis, captiosis, si veri modo similes sint et possint movendos hominum animos qualicumque astu inrepere.' Praeterea turpe esse ait rhetori, si quid in mala causa destitutum atque inpropugnatum relinquat. 'Sed enim Metellum,' in- 25 quit 'sanctum virum, illa gravitate et fide praeditum cum tanta honorum atque vitae dignitate aput populum Romanum loquentem, nihil decuit aliud dicere, quam quod verum esse sibi atque omnibus videbatur, praesertim cum super ea re diceret, quae cotidiana intelle-

1 sqq. Aristoph. Lysistr. 1038 Menander fr. 651 K. etc.
24 Amm. XXVI 5, 12

4 est] A om. ω || 5 et 54, 7 Q.] A om. ω || 7 incommodo-
que PRV || 8 I//HORTARI A adhortari ω || 9 inductionem β ||
12 accedere β || 13 majorique PRV || 16 CITIVS A || 18. 19 ALTER
— ALTER A || 20 versutis] A uel ω | CAPIATS//SI A || 21 mov.] A
ad mou. ω || 23 RHETOR A || 24 inpuugnatum PR

gentia et communi pervolgatoque vitae usu comprehen-
6 deretur. De molestia igitur cunctis hominibus notissima confessus fidem sedulitatis veritatisque commeritus, tum denique facile et procliviter, quod fuit rerum omnium validissimum atque verissimum, persuasit civitatem 5 salvam esse sine matrimoniorum frequentia non posse.'

7 Hoc quoque aliut ex eadem oratione Q. Metelli dignum esse existimavimus adsidua lectione non hercle minus, quam quae a gravissimis philosophis scribta 8 sunt. Verba Metelli haec sunt (*ORF*² p. 161): Di 10 immortales plurimum possunt; sed non plus velle nobis debent quam parentes. At parentes, si pergunt liberi errare, bonis exheredant. Quid ergo nos immortalibus dissimilius expectemus, nisi malis rationibus finem facimus? Is demum 15 deos propitios esse aecum est, qui sibi adversarii non sunt. Dii immortales virtutem approbare, non adhibere debent.

VII

In hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem 'hanc 20 sibi rem praesidio sperant futurum' neque mendum esse neque vitium errareque istos, qui bonos libros violant et 'futuram' scribunt; atque ibi de quodam alio Ciceronis verbo dictum, quod probe scriptum perperam mutatur; et aspersa pauca de modulis numerisque orationis, quos Cicero avide sectatus est. 25

1 In oratione Ciceronis quinta in Verrem (*LXV* 167) in libro spectatae fidei Tironiana cura 2 atque disciplina facto scriptum fuit: Homines tenues obscuro loco nati navigant; adeunt ad ea loca,

26 ad totum caput cfr. GLK II 475, 18 sqq.

3 simplicitatis *Mdg.*, malim sinceritatis || 5 CIVITATEM-
AVTEM **A** || 12 PARCENTES **A** || 13 NOBIS **A** || 14 NOS IMMOR-
TALIB. DISSIMILIVS DI ////////////// VS **A** nos a diis immortalibus
diutius ω diuinitus *codd.* *Carrionis Hertz*, qui immort. del. ||
15 His demum *Fulv.* isdem ω || 18 abolere *Falster* || 22 futura ω ||
27 in] β om. ω | specte **P** **R** **V** || 28 facto] **A** ita facto ita ω

quae numquam antea adierant. Neque noti esse iis, quo venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt, hac una tamen fiducia civitatis non modo apud nostros magistratus, qui et legum et existimationis periculo continentur, neque apud cives solum Romanos, qui et sermonis et iuris et multarum rerum societate iuncti sunt, fore se tutos arbitrantur, sed quocumque venerint, hanc sibi rem praesidio spe-
rant futurum.

Videbatur compluribus in extremo verbo menda esse. Debuisse enim scribi putabant non futurum, sed 'futuram', neque dubitabant, quin liber emendandus esset, ne, ut in Plauti comoedia (*Bacch.* 918) moechus, sic enim mendae suae inludiabant, ita in Ciceronis oratione soloecismus esset 'manifestarius'.

Aderat forte ibi amicus noster, homo lectione multa exercitus, cui pleraque omnia veterum litterarum quaesita, meditata evigilataque erant. Is libro inspecto ait nullum esse in eo verbo neque mendum neque vitium et Ciceronem probe ac vetuste locutum. 'Nam futurum' inquit 'non refertur ad rem, sicut legendibus temere et incuriose videtur, neque pro participio positum est, set verbum est indefinitum, quod Graeci appellant ἀπαρέμφατον, neque numeris neque generibus praeserviens, set liberum undique et in promiscum, quali C. Gracchus verbo usus est in oratione, cuius titulus est de P. Popilio circum conciliabula, in qua ita scriptum est (*ORF*² p. 239): Credo ego ini-
micos meos hoc dicturum. Inimicos dicturum inquit, non 'dicturos'; videturne ea ratione positum esse apud Gracchum dicturum, qua est apud Cice-

1 ante PRV | viderunt ubi neque Cic. | esse iis] A Cic. es-
tis ω || 3 ac ω || 5 periculum (-lan R) ω || 10 futuram Cic. ||
13 emendatus ω corr. σ || 15 menda ē ω | mendam scite Baehrens ||
16 est et ω || 19 MEDITATAE VIGILATAEQVE A || 21 et] A
om. ω | uenuste 5 || 28 P.] A quo ω Q. 5

ronem futurum? sicut in Graeca oratione sine ulla
vitii suspicione omnibus numeris generibusque sine
discrimine tribuuntur huiuscemodi verba: ἔρειν, ποιή-
9 σειν, ἔσεσθαι et similia.' In Claudi quoque Qua-
drigarii tertio annali (*fr. 43 P.*) verba haec esse 5
dixit: I dum conciderentur, hostium copias ibi
occupatas futurum; in duodevicesimo annali
 eiusdem Quadrigarii (*fr. 79 P.*) principium libri sic
scriptum: Si pro tua bonitate et nostra volun-
tate tibi valitudo subpetit, est quod speremus 10
10 deos bonis bene facturum; item in Valerii An-
tiatis libro quarto vicesimo (*fr. 59 P.*) simili modo
scriptum esse: Si eae res divinae factae recteque
perlitatae essent, haruspices dixerunt omnia
11 ex sententia processurum esse. 'Plautus etiam 15
in Casina (*v. 691*), cum de puella loqueretur, occi-
surum dixit, non 'occisuram', his verbis:

etiamne habet Casina gladium? —

habét, sed duós. — quid duós? — alteró te
occísurum aít, alteró vilicum. 20

12 Item Laberius in Gemellis (*v. 51 R.³*):

nón putavi, inquit, hoc éam facturum.

13 Non ergo isti omnes, soloecismus quid esset, ignora-
runt, sed et Gracchus dicturum et Quadrigarius
futurum et facturum et Antias processurum et 25
Plautus occisurum et Laberius facturum inde-
14 finito modo dixerunt, qui modus neque in numeros
neque in personas neque in tempora neque in genera
distrahitur, sed omnia istaec una eademque declinatione
15 complectitur, sicuti M. Cicero futurum dixit non so-
virili genere neque neutro, soloecismus enim plane
foret, sed verbo usus est ab omni necessitate generum
absoluto.'

3 trib.] A attribuuntur ω || 5 annali] A annali libro ω (B) ||
6 IDVMI A dum hii ω || 13 riteque Σ || 18 sed etiamne h. nunc
Plaut. || 19 quid duos Plaut. quibus ω || 22 eum P || 30 M.] Σ
mauro ω

Idem autem ille amicus noster in eiusdem M. Tullii¹⁶ oratione, quae est de imperio Cn. Pompei (*XII 33*), ita scriptum esse a Cicerone dicebat atque ipse ita lectitabat: Cum vestros portus atque eos portus,
 5 quibus vitam ac spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestatem sciatis, neque soloecismum esse¹⁷ aiebat ‘in potestatem fuisse’, ut vulgus semidoctum putat, sed ratione dictum certa et proba contendebat, qua et Graeci ita uterentur et Plautus verborum
 10 Latinorum elegantissimus in *Amphitruone* (*v. 180*) dixit:

núm vero mihi in mentém fuit,
 non, ut dici solitum est, ‘in mente’.

Sed enim praeter Plautum, cuius ille in praesens¹⁸ exemplo usus est, multam nos quoque apud veteres scriptores locutionum talium copiam offendimus atque his vulgo adnotamentis inspersimus. Ut et rationem¹⁹ autem istam missam facias et auctoritates, sonus tamen et positura ipsa verborum satis declarat id potius *έπι-μελεία τῶν λέξεων* modulamentisque orationis M. Tullii convenisse, ut, quoniam utrumvis dici Latine posset, potestatem dicere mallet, non ‘potestate’. Illud enim²⁰ sic compositum iucundius ad aurem completiusque, insuavius hoc imperfectiusque est, si modo ita explorata²⁵ aure homo sit, non surda nec iacenti; sicuti est hercle, quod explicavit dicere maluit quam ‘explicuit’, quod esse iam usitatius cooperat.

Verba sunt haec ipsius ex oratione, quam de imperio Cn. Pompei habuit (*XI 30*): Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis,

12 Non. IV p. 352, 30

26 GLK I 372, 21 V (431, 17;) 607, 3

8 rationem dictu ω corr. 5 || 12 nunc nero codd. *Plaut.*
 numero β Non. | mi *Fleckeisen* || 19 depositura β || 23 si ω ||
 complectiusque ω || 24 inperpe(c)tiusque ω || 28 ex oratione] β
 exhortatione PV exornatione R

non terrore belli, sed consilii celeritate explicavit. At si 'explicuit' diceret, imperfecto et debili numero verborum sonus clauderet.

VIII

Historia in libris Sotionis philosophi reperta super Laide mere- 5
trice et Demosthene rhetore.

1 Sotion ex peripatetica disciplina haut sane ignobilis vir fuit. Is librum multae variaeque historiae refertum composuit eumque inscripsit *κέρας Αμαλθείας*. Ea vox hoc ferme valet, tamquam si dicas 10
'cornum Copiae'.

3 In eo libro super Demosthene rhetore et Laide meretrice historia haec scripta est: 'Lais' inquit 'Corinthia ob elegantiam venustatemque formae grandem pecuniam demerebat, conventusque ad eam ditiorum 15 hominum ex omni Graecia celebres erant, neque admittebatur, nisi qui dabat, quod poposcerat; poscebat 4 autem illa nimium quantum.' Hinc ait natum esse illud frequens apud Graecos adagium:

οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐσ Κόρινθον ἔσθ' ο πλοῦς, 20
quod frustra iret Corinthum ad Laudem, qui non quiret
5 dare, quod posceretur. 'Ad hanc ille Demosthenes
clanculum adit et, ut sibi copiam sui faceret, petit.
At Lais μυρίας δραχμὰς poposcit', hoc facit nummi
6 nostratis denarium decem milia. 'Tali petulantia mu- 25
lieris atque pecuniae magnitudine ictus expavidusque
Demosthenes avertitur et discedens 'ego' inquit 'pae-
nitere tanti non emo'. Sed Graeca ipsa, quae fertur
dixisse, lepidiora sunt: 'οὐκ ὠνοῦμαι' inquit 'μυρίων
δραχμῶν μεταμέλειαν'. 30

12 sqq. Macr. II 2, 11 Athen. XIII 54 p. 588^c Anth. lat. 892
schol. Arist. Plut. 149 p. 548 D. 20 Zenob. V 37 Apost. XIII 60
ibd. Leutsch-Schneid. (Ps.-Acro Hor. ep. I 17, 36)

2 explicavit PRV¹ || 5 Phocionis P || 11 cornu V || 26 ex-
pavitusque Colerius || 28 emo hoc usque P vd. Hertz op. Gell. p. 219

IX

Quis modus fuerit, quis ordo disciplinae Pythagoricae, quantumque temporis imperatum observatumque sit discendi simul ac tacendi.

5 Ordo atque ratio Pythagorae ac deinceps familiae 1
 <et> successionis eius recipiendi instituendique discipulos
 huiuscemodi fuisse traditur: Iam a principio adulescen- 2
 tes, qui sese ad discendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει.
 Id verbum significat mores naturasque hominum coniec-
 10 tatione quadam de oris et vultus ingenio deque totius
 corporis filo atque habitu sciscitari. Tum qui ex- 3
 ploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam
 statim iubebat et tempus certum tacere: non omnes
 idem, sed alios aliud tempus pro aestimato captu-
 15 sollertiae. Is autem, qui tacebat, quae dicebantur ab 4
 aliis, audiebat, neque percontari, si parum intellexerat,
 neque commentari, quae audierat, fas erat; sed non
 minus quisquam tacuit quam biennium: hi prorsus ap-
 pellaabantur intra tempus tacendi audiendique ἀκονστι-
 20 τού. Ast ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, 5
 tacere audireque, atque esse iam cooperant silentio
 eruditii, cui erat nomen ἔχεινθία, tum verba facere
 et quaerere quaeque audissent scribere et, quae ipsi
 opinarentur, expromere potestas erat; hi dicebantur in 6
 25 eo tempore μαθηματικοί, ab his scilicet artibus, quas
 iam discere atque meditari incepaverant: quoniam
 geometriam, gnomonicam, musicam ceterasque item
 disciplinas altiores μαθήματα veteres Graeci appella-
 bant; vulgus autem, quos gentilicio vocabulo 'Chal-

11 Varro l. l. X 2, 5 Amm. XIV 11, 28 12 sqq. Porph.
 vit. Pyth. 13 Iamblich. 71 Diog. L. VIII 1, 8 (10) Apul. flor. 15 (60)

2 Qui P || 3 dicendi V || 5 oratio ω | fam. del. Vogel || 6 et
 add. Bongars || 12 que del. Vossius inventus (Vahlen, Herm.
 XXXV 137), visus al. add. alii || 13 iubebatur Falster || 14 alios
 Gr. aliud V alias ω || 27 gnom., astrol. musicam β

- 7 daeos' dicere oportet, 'mathematicos' dicit. Exinde his scientiae studiis ornati ad perspicienda mundi opera et principia naturae procedebant ac tunc denique nominabantur φυσικοί.
- 8 Haec eadem super Pythagora noster Taurus 5 cum dixisset: 'nunc autem' inquit 'isti, qui repente pedibus inlotis ad philosophos devertunt, non est hoc satis, quod sunt omnino ἀθεώρητοι, ἄμονοι, ἀγεωμέτρητοι, sed legem etiam dant, qua philosophari discant.
- 9 Alius ait 'hoc me primum doce', item alius 'hoc volo' 10 inquit 'discere, istud nolo'; hic a symposio Platonis (c. 30) incipere gestit propter Alcibiadae comisationem, ille a Phaedro (c. 6) propter Lysiae orationem.
- 10 Est etiam,' inquit 'pro Iuppiter! qui Platonem legere postulet non vitae ornandaes, sed linguae orationisque 15 comendae gratia, nec ut modestior fiat, sed ut lepidior.'
- 11 Haec Taurus dicere solitus noviciorum philosophorum sectatores cum veteribus Pythagoricis pensitans.
- 12 Sed id quoque non praetereundum est, quod omnes, simul atque a Pythagora in cohortem illam disciplinorum recepti erant, quod quisque familiae, pecuniae habebat, in medium dabat, et coibatur societas inseparabilis, tamquam illud fuit anticum consortium, quod iure atque verbo Romano appellabatur 'ercto non cito'.

X

25

Quibus verbis compellaverit Favorinus philosophus adulescentem casce nimis et prisce loquentem.

- 1 Favorinus philosophus adulescenti veterum verborum cupidissimo et plerasque voces nimis priscas

7 cfr. Otto, Sprichw. p. 274 24 Quint. VII 3, 13 Fest. p. 82, 16 Serv. A. VIII 642 CGL VI 396

7 diuertunt V¹ || 20 atque a] JGr. at quia P qui a ω | discipulorum Stephanus || 21 FAMILIAEPE | PECVNIAE A fam. pecuniaeque ω || 23 tam, quam Mms. || 24 (a)erto non c. PV er conocito R om. A corr. Salmas. κοινόβιος 5

et ignotas in cotidianis communibusque sermonibus expromenti: 'Curius' inquit 'et Fabricius et Coruncanus, antiquissimi viri, et his antiquiores Horatii illi trigemini plane ac dilucide cum suis fabulati sunt neque Auruncorum aut Sicanorum aut Pelasgorum, qui primi coluisse Italiam dicuntur, sed aetatis suae verbis locuti sunt; tu autem, proinde quasi cum matre² Euandri nunc loquare, sermone abhinc multis annis iam desito uteris, quod scire atque intellegere neminem vis, quae dicas. Nonne, homo inepte, ut, quod vis, abunde consequaris, taces? Sed antiquitatem tibi placere ais, quod honesta et bona et sobria et modesta sit. Vive ergo moribus praeteritis, loquere verbis⁴ praesentibus atque id, quod a C. Caesare, excellentis¹⁵ ingenii ac prudentiae viro, in primo de analogia libro (*II p. 125 Di.*) scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, ut tamquam scopulum, sic fugias inauditum atque insolens verbum.'

XI

20 Quod Thucydides, scriptor inclutus, Lacedaemonios in acie non tuba, sed tibiis esse usos dicit verbaque eius super ea reposita; quodque Herodotus Alyattem regem fidicinas in procinctu habuisse tradit; atque inibi quaedam notata de Gracchi fistula contionaria.

25 Auctor historiae Graecae gravissimus Thucydides¹ (*V70*) Lacedaemonios, summos bellatores, non cornuum tubarumve signis, sed tibiarum modulis in proeliis esse

2 sqq. Macr. I 5, 1 sq. Amm. XXX 4, 12 (Sen. ep. 114, 13)
 17 Amm. XXII 10, 3 XXX 8, 2 24 Amm. XXX 4, 19 26 sqq.
 Xen. de rep. Lac. XIII 8 al. Polyb. IV 20 Cic. Tusc. II 16, 37 Val.
 Max. II 6, 2 Quint. I 10, 14 Mart. Cap. IX 925 GLK VI 77, 24
 Plut. Lyc. 22 de ira cohib. 10 Paus. III 17, 5 Polyaen. I 10 al.

1 ignotissimas ω̄ praeter Α || 6 in Italia Macr. || 9 uteris;
 si quod (quod si Vogel) . . . dicas, nonne Mdg. || 15 in L. primo ω̄ ||
 17 t. nauis scop. 5 || 18 infrequens a. ins. Macr.

usos refert non prorsus ex aliquo ritu religionum neque rei divinae gratia neque autem, ut excitarentur atque evibrarentur animi, quod cornua et litui moluntur, sed contra, ut moderatores modulatoresque fierent, quod tibicinis numeris temperatur. Nihil adeo 5 in congregandi hostibus atque in principiis proeliorum ad salutem virtutemque aptius rati, quam si permulti sonis mitioribus non inmodice ferocirent. Cum procinctae igitur classes erant et instructa acies coepitque in hostem progredi, tibicines inter exercitum 10 4 positi canere incepabant. Ea ibi praecentione tranquilla et delectabili atque adeo venerabili ad quandam quasi militaris musicae disciplinam vis et impetus militum, ne sparsi dispalatique proruerent, cohibebarunt. 5 Sed ipsius illius egregii scriptoris uti verbis libet, quae 15 et dignitate et fide graviora sunt: *Kαὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν· Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ σύμμαχοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες, Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμου ἐγκαθεστώτων οὐ τοῦ θείου χάριν, ἀλλ' ἵνα 20 ὁμαλῶς μετὰ ὁυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις, ὅπερ φιλεῖ τὰ μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις ποιεῖν.*

6 Cretenses quoque proelia ingredi solitos memoriae datum est praecidente ac praemoderante cithara gres- 25 7 sibus; Alyattes autem, rex terrae Lyiae more atque luxu barbarico praeditus, cum bellum Milesiis faceret, ut Herodotus in historiis (*I 17*) tradit, concinantes habuit fistulatores et fidicines atque feminas etiam tibicinas in exercitu atque in procinctu habuit, lasci- 30

8 Amm. XXIX 5, 41

28 Amm. XVI 5, 10

2 exercitarentur ω corr. 5 || 5 numeris \langle vis \rangle Nettl. | nihil — ratos Hertz || 7 permulti (-tis R) ω permulsi 5 || 12 delectabili atque adeo β om. ω || 15 utibis libet ω corr. 5 || 19 ΔΥΔΝΤΩΝ-ΠΤΩΔΛΩΝΟΜΟΙ P ΔΥΔΝΤΟΛΛΩΝΟΜΟΥ V νόμον, ὁμοῦ, νόμῳ codd. Thuc. || 25 mandatum Woelflin || 27 perditus Wakefield

vientium delicias conviviorum. Sed enim Achaeos s
Homerus (*Il. III 8*) pugnam indipisci ait non fidi-
cularum tibiarumque, sed mentium animorumque con-
centu conspiratique tacito nitibundos:

5 οἱ δὲ ἄροι τὸν σιγῆ μένεα πνείουτες Ἀχαιοί
ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν.

Quid ille vult ardentissimus clamor militum Ro- 9
manorum, quem in congressibus proeliorum fieri soli-
tum scriptores annalium memoravere? contrane insti-
10 tutum fiebat antiquae disciplinae tam probabile? an
tum et gradu clementi et silentio est opus, cum ad
hostem itur in conspectu longinquō procul distantem,
cum vero prope ad manus ventum est, tum iam e pro-
pinquo hostis et impetu propulsandus et clamore ter-
15 rendus est?

Ecce autem per tibicinia Laconica tibiae quoque 10
illius contionariae in mentem venit, quam C. Graccho
cum populo agente praesesse ac praeministrasse modu-
los ferunt. Sed nequaquam sic est, ut a vulgo dicitur, 11
20 canere tibia solitum, qui pone eum loquentem staret,
<et> variis modis tum demulcere animum actionemque
eius, tum intendere. Quid enim foret ista re ineptius, 12
si, ut planipedi saltanti, ita Graccho contionanti nu-
meros et modos et frequentamenta quaedam varia tibi-
25 cen incineret? Sed qui hoc compertius memoriae tra- 13
diderunt, stetisse in circumstantibus dicunt occultius,
qui fistula brevi sensim graviusculum sonum inspiraret
ad reprimendum sedandumque inpetus vocis eius effer-
vescentes; namque impulsu et instinctu extraneo natu- 14

16 sqq. Val. Max. VIII 10, 1 Quint. I 10, 27 Plut. Ti. Gracch. 2
de ira cohib. 6 Dio Cass. fr. 84, 2 M. Amm. XXX 4, 19

2 homerum **PV** | incepisse Cornelissen || 3 sed m. an.] β om. ω ||
19 ferunt] dicunt **R** || 20 staret et Hertz (σ) stare ω || 22 incen-
dere ς | ista re] ς stare ω || 28 Ef(f)eruescente (Referu. **R**) nam-
que ω corr. *Mms.*

ralis illa Gracchi vehementia indiguisse non, opinor,
 15 existimanda est. M. tamen Cicero fistulatorem istum
 utrius rei adhibitum esse a Graccho putat, ut sonis
 tum placidis tum citatis aut demissam iacentemque
 orationem eius erigeret aut ferocientem saevientemque
 16 cohiberet. Verba ipsius Ciceronis (*de or. III* 60, 225)
 apposui: Itaque idem Gracchus, quod potes au-
 dire, Catule, ex Licinio cliente tuo, litterato
 homine, quem servum sibi habuit ad manum,
 cum eburnea solitus est habere fistula, qui 10
 staret occulte post ipsum, cum contionaretur,
 peritum hominem, qui inflaret celeriter eum
 sonum, qui illum aut remissum excitaret aut
 a contentione revocaret.

17 Morem autem illum ingrediendi ad tibicinum mo- 15
 dulos proelii institutum esse a Lacedaemonis Aristoteles in libris problematon (*fr. 244 VR.*) scripsit,
 quo manifestior fieret exploratiorque militum securitas
 18 et alacritas. 'Nam diffidentiae' inquit 'et timori cum
 ingressione huiuscemodi minime convenit, et maesti 20
 atque formidantes ab hac tam intrepida ac tam decora
 19 incendendi modulatione alieni sunt.' Verba pauca Ari-
 stotelis super ea re apposui: *Διὰ τί, ἐπειδὴν κιν-
 δυνεύειν μέλλωσιν, πρὸς αὐλὸν ἐμβαλνούσιν;
 ἵνα τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦντας γινώσκωσιν.* *** 25

XII

Virgo Vestae quid aetatis et ex quali familia et quo ritu qui-
 busque caerimonii et religionibus ac quo nomine a ponti-
 fice maximo capiatur et quo statim iure esse incipiat, simul
 atque capta est; quodque, ut Labeo dicit, nec intestato cui- 30
 quam nec eius intestatae quisquam iure heres est.

1 Qui de virgine capienda scripserunt, quorum dili-
 gentissime scripsit Labeo Antistius (*de iure pont.*

4 creatis P || 7 apposuit P || 10 eburneola Cic. || 13 quo illum Cic. ||
 28 ac cognomine ω corr. Carrio || 31 fort. ei || 32 antiquissimus R

fr. 21 H. 3 Br. fr. 63 sqq. RPeter.), minorem quam annos sex, maiorem quam annos decem natam negaverunt capi fas esse; item quae non sit patrima et matrima; 2 item quae lingua debili sensuve aurium deminuta aliave 3 5 qua corporis labe insignita sit; item quae ipsa aut 4 cuius pater emancipatus sit, etiamsi vivo patre in avi potestate sit; item cuius parentes alter ambove servitutem servierunt aut in negotiis sordidis versantur. Set eam, cuius soror ad id sacerdotium lecta est, 6 10 excusationem mereri aiunt; item cuius pater flamen aut augur aut quindecimvirum sacris faciundis aut septemvirum epulonum aut Salius est. Sponsae quoque pontificis et tubicinis sacrorum filiae vacatio a sacerdotio isto tribui solet. Praeterea Capito Ateius 8 15 (de iure pont. fr. 11 H. 7 Br.) scriptum reliquit neque eius legendam filiam, qui domicilium in Italia non haberet, et excusandam eius, qui liberos tres haberet.

Virgo autem Vestalis, simul est capta atque in 9 atrium Vestae deducta et pontificibus tradita est, eo 20 statim tempore sine emancipatione ac sine capitis minutione e patris potestate exit et ius testamenti facundi adipiscitur.

De more autem rituque capiundae virginis litterae 10 quidem antiquiores non extant, nisi, quae capta prima 25 est, a Numa rege esse captam. Sed Papiam legem 11 invenimus, qua cavetur, ut pontificis maximi arbitratu virgines e populo viginti legantur sortitioque in contione ex eo numero fiat et, cuius virginis ducta erit, ut eam pontifex maximus capiat eaque Vestae fiat.

3 Dion. Hal. II 22 Paul. p. 93, 6 4 Fronto p. 149 N.
18 sqq. VII 7, 2 Gai. I 130; 145 Ulp. fr. X 5 Tac. a. IV 16 Plut.
Numa 10

2 sexq R || 6 auo ω corr. 5 || 7 seruitute ω praeter A || 8 deuersantur PRV || 9 Sed <et> Cramer || 11 aut tert.] Cramer autem A aut qui ω || 14 at (aut P) eius ω || 15 relinquit PR || 17 <non> haberet σ || 19 pontifici V¹ || 27 sortitione V¹ || 28 et — fiat] β om. ω | cuius <sors> Mms.

12 Sed ea sortitio ex lege Papia non necessaria nunc
videri solet. Nam si quis honesto loco natus adeat
pontificem maximum atque offerat ad sacerdotium filiam
suam, cuius dumtaxat salvis religionum observationi-
bus ratio haberri possit, gratia Papiae legis per sena-
tum fit.

13 'Capi' autem virgo propterea dici videtur, quia
pontificis maximi manu prensa ab eo parente, in cuius
14 potestate est, veluti bello capta abducitur. In libro
primo Fabii Pictoris (*fr. 4 H. 1 Br.*), quae verba 10
pontificem maximum dicere oporteat, cum virginem
capiat, scriptum est. Ea verba haec sunt: Sacerdotem
Vestalem, quae sacra faciat, quae ius siet sacer-
dotem Vestalem facere pro populo Romano
Quiritibus, uti quae optima lege fuit, ita te, 15
Amata, capio.

15 Plerique autem 'capi' virginem solam debere dici
putant. Sed flamines quoque Diales, item pontifices
16 et augures 'capi' dicebantur. L. Sulla rerum ge-
starum libro secundo (*fr. 2 P.*) ita scripsit: P. Cor- 20
nelius, cui primum cognomen Sullae impositum
17 est, flamen Dialis captus. M. Cato de Lusitanis,
cum Servium Galbam accusavit (*p. 27, 2 J.*): Ta-
men dicunt deficere voluisse. Ego me nunc
volo ius pontificium optime scire; iamne ea 25
causa pontifex capiar? si volo augurium op-
time tenere, ecquis me ob rem eam augurem
capiat?

7 Serv. A. VII 303 15 Fest. p. 189, 21; 198, 7 21 Macr.
I 17, 27 GLK I 110, 3 (Plut. Sull. 2)

5 Papiae *Carrio* popili(a)e ω Papiae illae *Hertz* | per se
ratum σ || 12 sicut scriptum Ρ || 13 iussi et ω || 15 quiritibus-
que β quiritium σ | utique ω | fuat *Scal.* || 16 Armita *Goettling* ||
20 Ρ.] T. R || 23 sergium ω Ser. σ || 26 si] ius *Popma* || 27 et quis
(quos Ρ) ω corr. Gr. | ob meam ω ob eam rem σ ob meam ⟨au-
gurii scientiam⟩ s. eam causam *Hertz*

Praeterea in commentariis Labeonis, quae ad 18
duodecim tabulas (*V1*) composuit (*fr. 24 H. 2 Br.*),
ita scriptum est: Virgo Vestalis neque heres est
cuiquam intestato, neque intestatae quisquam,
5 sed bona eius in publicum redigi aiunt. Id quo
iure fiat, quaeritur.

'Amata' inter capiendum a pontifice maximo ap- 19
pellatur, quoniam, quae prima capta est, hoc fuisse
nomen traditum est.

10

XIII

Quaesitum esse in philosophia, quidnam foret in recepto man-
dato rectius, idne omnino facere, quod mandatum est, an
nonnumquam etiam contra, si id speres ei, qui mandavit,
utilius fore; superque ea quaestione expositae diversae sen-
15 • tentiae.

In officiis capiendis, censendis iudicandisque, quae 1
καθήκοντα philosophi appellant, quaeri solet, an ne-
gotio tibi dato et, quid omnino faceres, definito contra
quid facere debeas, si eo facto videri possit res even-
20 tura prosperius exque utilitate eius, qui id tibi nego-
tium mandavit. Anceps quaestio et in utramque par- 2
tem a prudentibus viris arbitrata est. Sunt enim non 3
pauci, qui sententiam suam una in parte defixerint et
re semel statuta deliberataque ab eo, cuius id negotium
25 pontificiumque esset, nequaquam putaverint contra dic-
tum eius esse faciendum, etiamsi repentinus aliqui
casus rem commodius agi posse polliceretur, ne, si spes
fefellisset, culpa inpatientiae et poena indeprecabilis
subeunda esset, si res forte melius vertisset, dis qui-
30 dem gratia habenda, sed exemplum tamen intromissum
videretur, quo bene consulta consilia religione mandati
soluta corrumperentur. Alii existimaverunt incommoda 5

17 Cic. de fin. III 6, 20 off. I 3, 8 ad Att. XVI 11, 4; 14, 3
CGL VII 17

5 in] ς om. ω || 8 c. ei hoc *Gr.* || 9 nomine ς | tradita **V¹** ||
22 abstracta **V¹** || 25 opificiumque *Sk.* || 28 impar(i)entiae multi

prius, quae metuenda essent, si res gesta aliter foret,
 quam imperatum est, cum emolumento spei pensitanda
 esse et, si ea leviora minoraque, utilitas autem contra
 gravior et amplior spe quantum potest firma osten-
 deretur, tum posse adversum mandata fieri censuerunt, 5
 ne oblata divinitus rei bene gerendae occasio amitte-
 6 retur, neque timendum exemplum non parendi credi-
 derunt, si rationes dumtaxat huiuscemodi non abessent.
 7 Cum primis autem respiciendum putaverunt ingenium
 naturamque illius, cuia res praeceptumque esset: ne 10
 ferox, durus, indomitus inexorabilisque sit, qualia fuerunt
 8 Postumiana imperia et Manliana. Nam si tali prae-
 ceptori ratio reddenda sit, nihil faciendum esse monu-
 erunt aliter, quam praeceptum est.

9 Instructius deliberatusque fore arbitramur theore- 15
 matum hoc de mandatis huiuscemodi obsequendis, si
 exemplum quoque P. Crassi Muciani, clari atque in-
 10 cluti viri, apposuerimus. Is Crassus a Sempronio
 Asellione (*fr. 8 P.*) et plerisque aliis historiae Ro-
 manae scriptoribus traditur habuisse quinque rerum 20
 bonarum maxima et praecipua: quod esset ditissimus,
 quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod iuris-
 11 consultissimus, quod pontifex maximus. Is cum in
 consulatu obtineret Asiam provinciam et circumsedere
 oppugnareque Leucas pararet opusque esset firma at- 25
 que procula trabe, qui arietem faceret, quo muros eius
 oppidi quateret, scripsit ad magistrum Mylattensium,

12 cfr. Otto, Sprichw. p. 209

2 et 14 esset *Mdg.* | rei β || 8 adessent **PV** deessent **R**
corr. ς || 9 recipiendum **P** respicienda **R** || 10 cuia *Carrio* cui
 ea ω || 12 postumia **PV** | maniliana ω || 16 cuiuscemodi **PV** |
 obsequendi ω || 17 ac **PV** || 19 asellone ω || 23 in] ex *Cannegieter* ||
 26 qui] qua **P** quae ς || 27 mag. (mág. **V**) G. mole (more **P**)
 atheniensium (atteniensum **V**) ω magistrum architectona Molea-
 tensium β magistratus (-tum ς) Mylasensium s. -tensium *Mms.*
 $\delta\sigma\pi\tau\epsilon\tau\sigma\alpha$ Myl. *Hertz* magistrum Mytilenensium *Bergk*, cogi-
 tavi de Myrinensium coll. (*Frontin.*) IV 5, 16

sociorum amicorumque populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos vidisset, uter maior esset, eum mittendum curaret. Tum magister comperto, quam- 12 obrem malum desideraret, non, uti iussus erat, maiorem, 5 sed quem esse magis idoneum aptioremque faciendo arieti facilioremque portatu existimabat, minorem misit. Crassus eum vocari iussit et, cum interrogasset, cur 13 non, quem iusserat, misisset, causis rationibusque, quas dictitabat, spretis vestimenta detrahi imperavit virgis- 10 que multum cecidit corrupti atque dissolvi officium omne imperantis ratus, si quis ad id, quod facere ius- sus est, non obsequio debito, sed consilio non deside- rato respondeat.

XIV

15 Quid dixerit feceritque C. Fabricius, magna vir gloria magnis- que rebus gestis, sed familiae pecuniaeque inops, cum ei Samnites tamquam indigenti grave aurum donarent.

Iulius Hyginus in libro de vita rebusque 1 inlustrium virorum sexto (*fr. 3 P.*) legatos dicit 20 a Samnitibus ad C. Fabricium, imperatorem populi Romani, venisse et memoratis multis magnisque rebus, quae bene ac benivole post redditam pacem Samnitibus fecisset, obtulisse dono grandem pecuniam orasseque, uti acciperet utereturque, atque id facere Samnites 25 dixisse, quod viderent multa ad splendorem domus atque victus defieri neque pro amplitudine dignitateque lautum paratum esse. Tum Fabricium planas manus 2

18 sqq. Val. Max. IV 3, 6 Serv. A. VI 844 (Frontin. IV 3, 2) cfr. Cic. Cato XVI 55 de re publ. III 28, 32 parad. VI 2, 48 schol. Bob. ad Cic. pro Sulla VII 7 Val. Max. IV 3, 5 Plin. XIX 5, 87 Plut. Cato 2 apophth. Man. Cur. 2 Athen. X 13 p. 419^a Flor. I 13, 22 Aur. Vict. vir. ill. 33 Ampel. XVIII 8

3 ma. g. (mag. P) G. ω magister ἀρχιτέκτων 5 || 6 existima- bant Τ || 8 iussisset Ρ || 9 dictabat Ρ || 10 an pontificium ut in § 3? || 27 patum Ρ paratumque ΡV

ab auribus ad oculos et infra deinceps ad nares et ad os et ad gulam atque inde porro ad ventrem imum deduxisse et legatis ita respondisse: dum illis omnibus membris, quae attigisset, obsistere atque imperare posset, numquam quicquam defuturum; propterea se 5 pecuniam, qua nihil sibi esset usus, ab his, quibus eam sciret usui esse, non accipere.

XV

Quam importunum vitium plenumque odii sit futilis inanisque loquacitas et quam multis in locis a principibus utriusque 10 linguae viris detestatione iusta culpata sit.

- 1 Qui sunt leves et futilles et importuni locutores quique nullo rerum pondere innixi verbis uvidis et lapsantibus diffluunt, eorum orationem bene existimatū est in ore nasci, non in pectore; linguam autem 15 debere aiunt non esse liberam nec vagam, sed vinclis de pectore imo ac de corde aptis moveri et quasi gubernari. Sed enim videoas quosdam scatere verbis sine ullo iudicii negotio cum securitate multa et profunda, ut loquentes plerumque videantur loqui sese nescire. 20
- 2 Vlixen contra Homerū, virum sapienti facundia praeditum, vocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore, quod scilicet non ad sonum magis habitumque vocis quam ad sententiarum penitus conceptarum altitudinem pertineret, petulantiaeque verborum coercendae vallum 25 esse oppositum dentium luculente dixit, ut loquendi temeritas non cordis tantum custodia atque vigilia cohabeatur, sed et quibusdam quasi excubiis in ore positis saepiatur.

25 Apul. de dogm. Plat. I 14

9 subtilis **V** || 11 CVLPA **A** || 13 uvidis *Salmas.* ubi dis (diis **P**)
P (h)umidis ω tumidis *Falster* || 17 aptissimo ueri **R** || 18 Sic σ ||
23 quos (quo **P**) scilicet (licet **R**) ω corr. *Gr.* || 25 pertinet *Gr.* ||
26 luculenteque **V**¹ || 29 sapiatur **PV**

Homerica, de quibus supra dixi, haec sunt (*Il. III* 4 221):

ἀλλ' ὅτε δὴ ὅπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος εἶη,
et (*Il. IV* 350 al.):

ποτόν σε ἔπος φύγεν ἔρχος ὀδόντων.

M. Tullii quoque verba posui, quibus stultam et inanem dicendi copiam graviter et vere detestatus est (*de or. III* 35, 142): Dummodo, inquit, hoc constet neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscientiam illius, cui res non subpetat, verba non desint, esse laudandam: quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam quam stultam loquacitatem. Item in libro de oratore primo (12, 51) verba haec posuit: Quid enim est tam furiosum quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subiecta sententia nec scientia? Cumprimis autem M. Cato atrocissimus huiusce vitii insectator est. Namque in oratione, quae inscripta est si se Caelius tribunus plebis appellasset (*XL 1 J.*): numquam, inquit, tacet, quem morbus tenet loquendi tamquam veternosum bibendi atque dormiendi. Quod si non conveniatis, cum convocari iubet, ita cupidus orationis conducat, qui auscultet. Itaque auditis, non auscultatis, tamquam pharmacopolam. Nam eius verba audiuntur; verum se nemo committit, si aeger est. Idem Cato in

8 sqq. Non. I p. 56, 19

7 an severe? || 9 eam om. R etiam P || 10 inscitiam V (*Non.*) ||
11 eius R || 14 stultitiam loquacem *Cic.* || 18 nec] σ ne ω uel β
20 si se caelus V¹ sic selius P || 21 tribunum ω corr. σ || 23 ui-
uendi ω || 25 or. <est ut> cond. σ | auscultent *Iambecius* || 26 arma-
copolam (-ulam P) ω corr. σ || 27 verum <ei> σ || 28 qui σ

eadem oratione (*XL 2 J.*) eidem M. Caelio tribuno plebi vilitatem obprobrans non loquendi tantum, verum etiam tacendi: frusto, inquit, panis conducei potest,
 11 vel uti taceat vel uti loquatur. Neque non merito Homerus unum ex omnibus Thersitam (*Il. II 212; 5
 246*) ἀμετροεπῆ et ἀκριτόμυθον appellat verbaque illius multa et (*II 213*) ἔξοσμα strepentum sine modo graculorum similia esse dicit. Quid enim est aliud ἔξο-
 12 λώα? Eupolidis quoque versus de id genus hominibus consignatissime factus est (*fr. 95 K.*):
 10

λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν,

13 quod Sallustius noster imitari volens scribit (*hist.
 fr. IV 43 M.*): loquax, inquit, magis quam facundus.

14 Quapropter Hesiodus, poetarum prudentissimus, (*εῷγ.
 719*) linguam non vulgandam, sed recondendam esse 15 dicit proinde ut thesaurum, eiusque esse in promendo gratiam plurimam, si modesta et parca et modulata sit:

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄρι-
 στος,

φειδωλῆς πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον 20
 ιούσης.

15 Epicharmium quoque illud (*fr. 272 Kaib.*) non inscite se habet:

οὐ λέγειν τύγ' ἐσσὶ δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύ-
 νατος, 25

16 ex quo hoc profecto sumptum est: qui cum loqui nro posset, tacere non potuit.

7 Amm. XXII 6, 2 (XXX 4, 15) 22 Democrit. FPG I p. 361, 178 Mu. 26 Quint. VIII 5, 18 cfr. Otto, Sprichw. p. 339 sq.

2 o(b)probans ω || 11 ΛΕΓΕ Β | ΔΕΓΕ Ρ || 12 quod — scribit] salustius quoque noster Ρ | as(s)cribit Ρ Β corr. *Lion* sic (ita) scribit *Hertz*||24 ΣΤΥΓΕ ΕΕΚΙ ω | ΚΕΙΓΔΝ ΔΔΥΝΑΤΟ ω||26 qui sqq. versum putat *Fleckisen*

Favorinum ego audivi dicere versus istos Euri-¹⁷
pidi (*Bacch.* 386):

ἀχαλίνων στομάτων
ἀνόμουν τ' ἀφροσύνας
τὸ τέλος δυστυχία,

non de his tantum factos accipi debere, qui impia aut inlicita dicerent, sed vel maxime de hominibus quoque posse dici stulta et inmodica blaterantibus, quorum lingua tam prodiga infrenisque sit, ut fluat semper et ¹⁰ aestuet conluvione verborum taeterrima, quod genus homines a Graecis significantissimo vocabulo *κατάγλωσσοι* appellantur. Valerium Probum, grammaticalum inlustrem, ex familiari eius, docto viro, compcri Sallustianum illud (*Cat. V 4*): satis eloquentiae, ¹⁸
¹⁵ sapientiae parum, brevi antequam vita decederet, sic legere coepisse et sic a Sallustio relictum affirmavisse: 'satis loquentiae, sapientiae parum', quod 'loquentia' novatori verborum Sallustio maxime congrueret, 'eloquentia' cum insipientia minime conveniret.

²⁰ Huiuscemodi autem loquacitatem verborumque tur-¹⁹ bam magnitudine inani vastam facetissimus poeta Aristophanes insignibus vocabulis denotavit in his versibus (*ran. 837*):

ἀνθρωπον ἀγριοποιόν, αὐθαδόστομον,
25 ἔχοντ' ἀχαλίνον, ἀκρατές, ἀπύλωτον στόμα,
ἀπεριλάητον, κομποφακελορρήμονα,

neque minus insigniter veteres quoque nostri hoc gen-²⁰ nus homines in verba projectos 'locutuleios' et 'blate-
rones' et 'linguaces' dixerunt.

9 Amm. XXVIII 6, 28 XXIX 1, 9 10 Amm. XXX 4, 15
14 Fronto p. 107; 155 N. 28 Amm. XXIX 1, 25

3 ΔΔΛΕΙΝΩC (-ΩN Ψ) ω || 5 ΔΥCTYΛΙΔ ω || 16 legi rece-
pisce Petschenig || 17 eloquentiae ω corr. 5 || 25 ΕΛΟΝΤΔΔΛΔ-
ΛΕΙΝΟΝ ω | ΔΠΥΔΔΛΩΤΟΝ (CΔΠ. Ψ) ω || 26 ΚΔΛΠΟΦΑΚΕΔΟ-
ΡΗΜΟΝΔ P || 29 lingulacas Carrionis codd.

XVI

Quod verba istaec Quadrigari ex annali tertio 'ibi mille hominum occiditur', non licenter neque de poetarum figura, sed ratione certa et proba grammaticae disciplinae dicta sunt.

1 Quadrigarius in tertio annalium ita scripsit 5
 (*fr. 44 P.*): Ibi occiditur mille hominum. Occiditur, inquit, non 'occiduntur'. Item Lucilius in
 tertio satirarum (*III 13 M. 91 B.*):

ad portam mille a porta est, sex inde Salernum,
 3 mille, inquit, est, non 'mille sunt'. Varro in XVII. 10
 humanarum (*XVIII fr. 2 Mi.*): Ad Romuli initium
 4 plus mille et centum annorum est. M. Cato in
 primo originum (*fr. 26 P.*): Inde est ferme mille
 5 passum. M. Cicero in sexta in Antonium (*Philipp. VI 5, 15*): Itane Ianus medius in L. Antonii clien- 15
 tela est? quis umquam in illo Iano inventus est,
 qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?
 6 In his atque in multis aliis 'mille' numero singulari
 7 dictum est; neque hoc, ut quidam putant, vetustati con-
 cessum est aut per figurarum concinnitatem admissum 20
 8 est, sed sic videtur ratio poscere. 'Mille' enim non
 pro eo ponitur, quod Graece χιλιοι dicitur, sed quod
 χιλιάς, et sicuti una χιλιάς et duae χιλιάδες, ita
 'unum mille' et 'duo milia' certa atque directa ratione
 9 dicitur. Quamobrem id quoque recte et probabiliter 25
 dici solitum 'mille denarium in arca est' et 'mille
 10 equitum in exercitu est'. Lucilius autem, praeter-
 quam supra posui, alio quoque in loco id manifestius
 11 demonstrat; nam in libro XV. ita dicit (*XV 5 M. 368 B.*):

5 sqq. *Maer. I 5, 4 sqq.*

26 Varro l. l. IX 49, 82; 85

2 ista haec (haec *om. V¹*) quadrigali **P** **V** || 9 porfum σ | ex-
 inde (*quod servat Keller Philol. 45, 191*) salternum ω, recte *Maer.* ||
 10 *XVIII 5* || 16 sit *Cic.* | qui *Maer.* || 22 χιλιας *Maer.* || 25 id]
 id quod **R** || 27 praeter quem *Veen*

hunc, milli passum qui vicerit atque duobus,
Campanus sonipes successor nullus sequetur
maiore in spatio ac diversus videbitur ire;
item in libro nono (*IX 65 M. 273 B.*):

5 tu milli nummum potes uno quaerere centum;
milli passum dixit pro 'mille passibus' et 'uno milli 13
nummum' pro 'unis mille nummis' aperteque ostendit
'mille' et vocabulum esse et singulari numero dici
eiusque plurativum esse 'milia' et casum etiam capere
10 ablativum. Neque ceteros casus requiri oportet, cum 14
sint alia pleraque vocabula, quae in singulos tantum
casus, quaedam etiam, quae in nullum inclinentur.
Quapropter nihil iam dubium est, quin M. Cicero in 15
oratione, quam scripsit pro Milone, ita scriptum
15 reliquerit (*XX 53*): Ante fundum Clodi, quo in
fundo propter insanias illas substructiones fa-
cile mille hominum versabatur valentium, non
'versabantur', quod in libris minus accuratis scriptum
est; alia enim ratione <'mille homines', alia> 'mille
20 hominum' dicendum est.

XVII

Quanta cum animi aequitate toleraverit Socrates uxoris in-
genium intractabile; atque inibi; quid M. Varro in quadam
satura de officio mariti scripserit.

25 Xanthippe, Socratis philosophi uxor, morosa ad- 1
modum fuisse fertur et iurgiosa irarumque et molesti-

2 Non. I p. 16, 31 16 sq. (GLK V 186, 3) 25 sqq. Xen.
conv. II 10 Diog. L. II 5, 17 (36 sq.) Ioann. Chrys. hom. 26, 8
(61 p. 224 Mign.)

1 Nunc **R** | milli β mille ω || 2 successor] **V²** Non. succu-
stior ω subcursor *Macr.* || 3 ire *Macr.* om. ω || 4 in — milli *Macr.*
alio (alio in β) libro VIII (Vnum β) mille $\omega\beta$ *unde* alio 1. Non
m. *Hertz* || 6 mille ω | uno mille duo nummum ω uno (*et duo*)
om. *Macr.* || 12 declinentur β || 18 accurate scriptis reperiri solet
Macr. || 19 *suppl.* *Klotz* (σ) || 26 rarumque **R** **V¹**

arum muliebrium per diem perque noctem scatebat.
 2 Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratus
 interrogavit Socraten, quaenam ratio esset, cur mu-
 3 lierem tam acerbam domo non exigeret. 'Quoniam,'
 inquit Socrates 'cum illam domi talem perpetior,
 insuesco et exerceor, ut ceterorum quoque foris petu-
 lantiam et iniuriam facilius feram.'

4 Secundum hanc sententiam quoque Varro in sa-
 tura Menippea, quam de officio mariti scripsit
 (*fr. 83 B.*): Vitium, inquit, uxoris aut tollendum 10
 aut ferendum est. Qui tollit vitium, uxorem
 commodiorem praestat; qui fert, sese meliorem
 5 facit. Haec verba Varronis 'tollere' et 'ferre' lepide
 quidem composita sunt, sed 'tollere' apparet dictum
 6 pro 'corrigere'. Id etiam apparet eiusmodi vitium 15
 uxoris, si corrigi non possit, ferendum esse Varronem
 censuisse, quod ferri scilicet a viro honeste potest; vitia
 enim flagitiis leviora sunt.

XVIII

Quod M. Varro in quarto decimo humanarum L. Aelium ma- 20
 gistrum suum in *ἴτυμολογία* falsa reprehendit; quodque
 idem Varro in eodem libro *falsum furis ίτυμον* dicit.

1 In XIV. rerum divinarum libro (*fr. 99 Ag.*) M.
 Varro doctissimum tunc civitatis hominem L. Aelium
 (*fr. II 18 M.*) errasse ostendit, quod vocabulum Graecum 25
 vetus traductum in linguam Romanam, proinde atque
 si primitus Latine factum esset, resolverit in voces
 Latinas ratione etymologica falsa.

2 Non. VIII p. 493, 4 'intemperia pro intemperantia apud
 veterem auctoritatis obscurae: has eius intemperias' (sic H²
 'intemperantias' rell.) 'in maritum'

1 satagebat β || 2 dem.] P iratus RV || 9 inscripsit Vahlen ||
 15 huiusmodi R¹ || 16 uxori RV || 21 in Hertz et in ω | ETOI-
 ΜΟΛΟΓΙΑ (ΕΤΘΙΜ. V) ω, similiter in v. sq. || 23 humanarum s
 lemma || 24 1. l(a)elium ω Aelium β

Verba ipsa super ea re Varronis posuimus: In quo 2 L. Aelius noster, litteris ornatissimus memoria nostra, erravit aliquotiens. Nam aliquot verborum Graecorum antiquiorum, proinde atque 5 essent propria nostra, reddidit causas falsas. Non 'leporem' dicimus, ut ait, quod est levipes, sed quod est vocabulum anticum Graecum. Multa vetera illorum ignorantur, quod pro his aliis nunc vocabulis utuntur; et illorum esse 10 plerique ignorent 'Graecum', quod nunc nominant Ἐλλῆνα, 'puteum', quod vocant φρέαρ, 'leporem', quod λαγωδὲν dicunt. In quo non modo L. Aelii ingenium non reprehendo, sed industriam laudo: successum enim *fert* fortuna, 15 experientiam laus sequitur.

Haec Varro in primore libro scripsit, de ratione 3 vocabulorum scitissime, de usu utriusque linguae perittissime, de ipso L. Aelio clementissime. Sed in poste-4 riore eiusdem libri parte 'furem' dicit ex eo 20 dictum, quod veteres Romani 'furvum' atrum appellaverint et fures per noctem, quae atra sit, facilius furentur. Nonne sic videtur Varro de fure, 5 tamquam L. Aelius de lepore? Nam quod a Graecis nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Graeca lingua φῶρο 25 dictum est. Hinc per adfinitatem litterarum, qui φῶρο

6 Varro r. r. III 12, 6 Quint. I 6, 33 Isid. XII 1, 23 11 Varro l. l. V 4, 25 VI 8, 84 (Fest. p. 217, 7 CGL VII 163) 12 Varro r. r. III 12, 6 l. l. V 20, 101 (Isid. XII 1, 23; 7, 53 XVII 5, 16 CGL VI 637) 19 sqq. Non. I p. 50, 9 Serv. A. II 18 IX 348 g. III 407 Porph. et Acro Hor. c. II 13, 21 Isid. or. V 26, 18 X 106 XII 2, 39 diff. 340 CGL VI 477 Instit. IV 1, 2 Dig. XLVII 2, 1 pr.

24 CGL VI 477

25 Serv. g. III 407 GLK II 11 21; 27, 23

1 quo lelius ω || 4 antiquatorum Β || 8 hiis ω || 9 ut Gr., qui ignorant || 13 lelīi ω, similiter v. 18; 23 | illustriam (l. Β) ΒΡ || 14 fert add. Hirschfeld fort. *<dat>* Mms. fort. *<fundat>* Hertz (ex Amm. XVII 5, 8), qui etiam successus e. fortunae || 16 primo Β || 22 fure *<errasse>* Ald. || 25 dictus ω

6 Graece, est Latine 'fur'. Sed ea res fugeritne tunc
Varronis memoriam, an contra aptius et cohaerentius
putarit 'furem' a 'furvo', id est nigro, appellari, in
hac re de viro tam excellentis doctrinae non meum
iudicium est.

5

XIX

Historia super libris Sibyllinis ac de Tarquinio Superbo rege.

1 In antiquis annalibus memoria super libris
2 Sibyllinis haec prodita est: Anus hospita atque in-
cognita ad Tarquinium Superbum regem adiit novem 10
libros ferens, quos esse dicebat divina oracula; eos velle
3 venundare. Tarquinius pretium percontatus est. Mulier
4 nimium atque inmensum poposcit; rex, quasi anus
5 aetate desiperet, derisit. Tum illa foculum coram cum
igni apponit, tris libros ex novem deurit et, ecquid 15
reliquos sex eodem pretio emere vellet, regem inter-
rogavit. Sed enim Tarquinius id multo risit magis
7 dixitque anum iam procul dubio delirare. Mulier ibi-
dem statim tris alios libros exussit atque id ipsum
denuo placide rogat, ut tris reliquos eodem illo pretio 20
8 emat. Tarquinius ore iam serio atque attentiore animo
fit, eam constantiam confidentiamque non insuper ha-
bendam intellegit, libros tris reliquos mercatur nihil
minore pretio, quam quod erat petitum pro omnibus.
9 Sed eam mulierem tunc a Tarquinio digressam postea 25
10 nusquam loci visam constituit. Libri tres in sacrarium

3 Val. Max. II 4, 5 Paul. p. 84, 6; 93, 13 GLK VII 125, 9;
272, 24; 301, 27 8 sqq. Dion. Hal. IV 62 (Varro) Plin. XIII
13, 88 Appian. de reg. fr. 9 Serv. A. (III 445) VI 36; 72 Solin. II 17
(August. civ. dei XVIII 23) Lactant. I 6, 10 (Varro) Isid. VIII 8, 5
Lyd. de mens. IV 34 (47) Zonar. VII 11 Suid. al.

3 putari ω | id e. n. eicit Hertz || 11 quo (quod P) sese ω |
uelle dixit RV || 15 hec quid V si P || 19 combusit R || 20 rogat
ut] P rogatus R²V rogatam R²V || 25 egressam R

conditi 'Sibyllini' appellati; ad eos quasi ad oraculum 11 quindecimviri adeunt, cum di immortales publice consulendi sunt.

XX

5 Quid geometrae dicant ἐπίπεδον, quid στερεόν, quid κύβον, quid γραμμήν; quibusque ista omnia Latinis vocabulis appellantur.

Figurarum, quae σχῆματα geometrae appellant, 1 genera sunt duo, 'planum' et 'solidum'. Haec ipsi 2 vocant ἐπίπεδον καὶ στερεόν. 'Planum' est, quod 10 in duas partis solum lineas habet, qua latum est et qua longum: qualia sunt triquetra et quadrata, quae in area fiunt, sine altitudine. 'Solidum' est, quando 3 non longitudines modo et latitudines planas numeri linearum efficiunt, sed etiam extollunt altitudines, quales 15 sunt ferme metae triangulae, quas 'pyramidas' appellant, vel qualia sunt quadrata undique, quae κύβος illi, nos 'quadrantalib' dicimus. Κύβος enim est figura 4 ex omni latere quadrata, quales sunt, inquit M. Varro (*fr. p. 350 Bip.*), tesserae, quibus in alveolo luditur, ex quo ipsae quoque appellatae κύβοι. In 5 numeris etiam similiter κύβος dicitur, cum omne latus eiusdem numeri aequabiliter in sese solvit, sicuti fit, cum ter terna ducuntur atque ipse numerus terplicatur.

Huius numeri cubum Pythagoras vim habere 6 25 lunaris circuli dixit, quod et luna orbem suum lustret septem et viginti diebus et numerus ternio, qui τριὰς

7 sqq. Fronto p. 107 N. Mart. Cap. VI 708; 721 Macr. somn. I 5, 9 sq. Eulog. somn. p. 10 H. CGL VI 451 8 sqq. Cic. nat. d. II 18, 47 (Tim. 5) Anon. post Censor. VI 2 9 CGL VII 96; 277 16 sqq. Macr. somn. I 5, 9 II 2, 7 Eulog. l. l. Vitruv. V praef. 4 Isid. XVIII 63 24 Eulog. l. l. (Varro)

5 *lemmata c. 20—26 om. P || 9 καὶ] σ κω|| 16 cybos RV cibos P sic saepius | illi uocant R || 18 quadrata R || 19 albeolo (albeo R) ω || 22 aequaliter in se (se etiam V) resoluitur R || 26 d. qui numerus σ qui a numeris σ | ternio] σ triennio ω*

7 Graece dicitur, tantundem efficiat in cubo. 'Linea' autem a nostris dicitur, quam γραμμὴν Graeci nominant. Eam M. Varro ita definit (*fr. p. 337 Bip.*): Linea est, inquit, longitudo quaedam sine latitudine et altitudine. Εὐκλείδης autem brevius 5 praetermissa altitudine (*def. I 2*): γραμμή, inquit, est μῆκος ἀπλατές, quod exprimere uno Latine verbo non queas, nisi audeas dicere 'inlatabile'.

XXI

Quod Iulius Hyginus affirmatissime contendit legisse se librum 10 P. Vergilii domesticum, *<in quo>* scriptum esset 'et ora tristia temptantum sensus torquebit amaror', non quod vulgus legeret 'sensu torquebit amaro'.

1 Versus istos ex georgicis Vergilii (*II 246*) plerique omnes sic legunt: 15

at sapor indicium faciet manifestus et ora
tristia temptantum sensu torquebit amaro.

2 Hyginus autem, non hercle ignobilis grammaticus, in commentariis, quae in Vergilium fecit, (*fr. 1 p. 22 Bu.*) confirmat et perseverat non hoc a Vergilio 20 relictum, sed quod ipse invenerit in libro, qui fuerit ex domo atque familia Vergilii:

et ora
tristia temptantum sensus torquebit amaror,

3 neque id soli Hygino, sed doctis quibusdam etiam 25 viris complacitum, quoniam videtur absurde dici 'sapor sensu amaro torquet'. 'Cum ipse' inquiunt 'sapor

1 Macr. somn. I 5, 7 Mart. Cap. III 229 CGL VI 647 3 Anon.
post Censor. VI 1 Macr. I. 1. 9 II 2, 5 Eulog. I. 1. Mart. Cap. VI 708
Isid. III 12, 6 15 sqq. Serv. g. II 247

3 Ea M. ω corr. 5 || 7 latino R || 11 in quo add. σ ubi Hertz ||
12 sensu σ | amaro V (*de P vd. p. 79, 5*) || 14 Versiculos R || 21 quid
PV || 22 atque ex V || 24 sensu R || 26 uidebatur R

sensus sit, non alium in semet ipso sensum habeat ac proinde sit, quasi dicatur 'sensus sensu amaro torquet.' Sed enim cum Favorino Hygini commentarium legissem atque ei statim displicita esset insolentia et insuavitas illius sensu torquebit amaro, risit et: 'Iovem lapidem,' inquit 'quod sanctissimum iusiurandum habitum est, paratus ego iurare sum Vergilium hoc numquam scripsisse, sed Hyginum ego verum dicere arbitror. Non enim primus finxit hoc verbum 5 Vergilius insolenter, sed in carminibus Lucreti invento usus est non aspernatus auctoritatem poetae ingenio et facundia praecellentis.' Verba ex IV Lucretie (v. 221) haec sunt:

dilutaque contra

15 cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror.

Non verba autem sola, sed versus prope totos et locos quoque Lucreti plurimos sectatum esse Vergilium videmus.

XXII

20 An, qui causas defendit, recte Latineque dicat 'superesse <se>' is, quos defendit; et 'superesse' proprie quid sit.

Inroboravit inveteravitque falsa atque aliena verbi significatio, quod dicitur 'hic illi superest', cum dicendum est advocatum esse quem cuiquam causamque eius defendere. Atque id dicitur non in compitis tantum neque in plebe volgaria, sed in foro, in comitio, apud 25 tribunalia. Qui integre autem locuti sunt, magnam 3

6 Cic. ad fam. VII 12, 2 Paul. p. 92, 1; 115, 4 Serv. pl. A. VIII
641 Apul. de deo S. 5 Polyb. III 25, 6 Plut. Sull. 10 16 sqq.
Maer. VI 1; 2

3 Favorinus .. legisset β || 5 illius — risit et] β amaror is ω ||
6 lapidem] β lapideum ω || 10 inuentus est non ω corr. Ehrenthal inuentum est nec asp. est β || 15 contuimur $R\beta$ || 20 se add.
Carrio, qui ei quod || 21 id quod ω corr. Hertz

partem 'superesse' ita dixerunt, ut eo verbo significanter
superfluere et supervacare atque esse supra necessarium
modum. Itaque M. Varro in *satura*, quae inscripta
est nescis quid vesper vehat, superfuisse dicit
immodice et intempestive fuisse. Verba ex eo libro
haec sunt (*fr. 340 B.*): In convivio legi nec omnia
debent et ea potissimum, quae simul sint $\beta\iota\omega\varphi\epsilon\lambda\eta$ et delectent, potius ut id quoque videatur
non defuisse quam superfuisse.

6 Memini ego praetoris, docti hominis, tribunali me forte assistere atque ibi advocatione non incelebrem sic postulare, ut extra causam diceret remque, quae agebatur, non attingeret. Tunc praetorem ei, cuia res erat, dixisse advocatione eum non habere, et cum is, qui verba faciebat, reclamasset: 'ego illi V. C. supersum', respondisse praetorem festiviter: 'tu plane superes, non ades'.

7 M. autem Cicero in libro, qui inscriptus est de iure civili in artem redigendo (*fr. 2 p. 980 Or. 2 1 H. et Br.*), verba haec posuit: nec vero scientia iuris maioribus suis Q. Aelius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit. In quo loco superfuit significare videtur 'supra fuit et praestitit superavitque maiores suos doctrina sua superfluenti tamen et nimis abundanti': disciplinas enim Tubero stoicas dialecticas percalluerat. In libro quoque de republica secundo (*III 21, 32*) id ipsum verbum Cicero ponit non temere transeundum. Verba ex eo libro haec sunt: Non gravarer, Laeli, nisi et hos velle putarem et ipse cuperem te quoque aliquam partem huius nostri sermonis attingere, praesertim cum heri

8 et pocius **V** || 9 quod (*sic*) superfuisse $\beta\iota\omega$ non uideatur magis defuisse quam superfuisse *codd.* *Carrionis* potius *ex v. 8 post* defuisse *transpos.* *Vogel* || 13 cui **P** || 20 composuit **V** || 21 Q.] s que s. q ω || 25 et dial. ω *praeter* **A** || 26 de rep.] s P. s. p. ω in — secundo *om.* **A** || 27 Cic. ponit] **A** Ciceronis ω || 29 labei **R** | et prius *om.* **A**

ipse dixeris te nobis etiam superfuturum.
Verum id quidem fieri non potest; ne desis,
omnes te rogamus.

Exquisite igitur et comperte Iulius Paulus dice- 9
5 bat, homo in nostra memoria doctissimus, 'superesse'
non simplici ratione dici tam Latine quam Graece:
Graecos enim $\pi\epsilon\varrho\iota\sigma\sigma\circ\eta$ in utramque partem ponere,
vel quod supervacaneum esset ac non necessarium,
vel quod abundans nimis et afluens et exuberans; sic 10
10 nostros quoque veteres 'superesse' alias dixisse pro
superfluenti et vacivo neque admodum necessario, ita,
ut supra posuimus, Varronem dicere, alias ita, ut
Cicero dixit, pro eo, quod copia quidem et facultate
ceteris anteiret, super modum tamen et largius proli-
15 xiusque flueret, quam esset satis. Qui dicit ergo 'super- 11
esse se' ei, quem defendit, nihil istorum vult dicere,
sed nescio quid aliud indictum inscitumque dicit ac 12
ne Vergilii quidem poterit auctoritate uti, qui in
georgicis ita scripsit (*g. III 10*):

20 primus ego in patriam mecum, modo vita su-
persit.

Hoc enim in loco Vergilius $\alpha\kappa\nu\varrho\sigma\tau\epsilon\eta\sigma\eta$ eo verbo
usus videtur, quod supersit dixit pro 'longinquis
diutiusque adsit', illudque contra eiusdem Vergili 13
25 (*g. III 126*) aliquanto est probabilius:

florentisque secant herbas fluviosque mini-
strant
farraque, ne blando nequeat superesse labori;
significat enim supra laborem esse neque opprimi a
30 labore.

7 CGL II 405, 1; 2 V 197, 13 10 Serv. A. (V 713) XI 420

1 sup.] **A** futurum ω || 2 si id σ || 9 exuperans ω corr. Hertz ||
11 uacibo **PV** uacuo **R** || 16 se om. **A** || 17 indoctum *Falster* |
insuetumque *Cornelissen* || 24 sit **R**¹ | ILLVTQ. **A** illud ω

6*

14 An autem 'superesse' dixerint veteres pro 'restare
 15 et perficiendae rei deesse', quaerebamus. Nam Sal-
 lustius in significatione ista non 'superesse', sed 'su-
 rare' dicit. Verba eius in Iugurtha (*LXX* 2) haec
 sunt: Is plerumque seorsum a rege exercitum 5
 ductare et omnis res exequi solitus erat, quae
 Iugurthae fesso aut maioribus astricto su-
 16 raverant. Sed invenimus in tertio Enni annalium
 (164 M. 114 B.) in hoc versu:

inde sibi memorat unum super esse laborem, 10

17 id est relicum esse et restare, quod, quia id est, divise
 pronuntiandum est, ut non una pars orationis esse
 videatur, sed duae. Cicero autem in secunda An-
 tonianarum (*Phil. II* 29, 71), quod est relicum, non
 'superesse', sed 'restare' dicit. 15

18 Praeter haec 'superesse' invenimus dictum pro
 19 'superstitem esse'. Ita enim scriptum est in libro
 epistularum M. Ciceronis ad L. Plancum et in
 epistula M. Asini Pollionis ad Ciceronem (*ad fam. X* 33, 5) verbis his: Nam neque deesse reipu- 20
 blicae volo neque superesse, per quod significat,
 20 si respublica emoriatur et pereat, nolle se vivere. In
 Plauti autem Asinaria manifestius id ipsum scriptum
 est in his versibus, qui sunt eius comoediae primi (v. 16):

sicút tuum vis únicum gnatúm tuae 25
 superésse vitae sóspitem et supérstitem.

21 Cavenda igitur est non inpropietas sola verbi, sed
 etiam pravitas ominis, si quis senior advocatus adu-
 lessenti 'superesse se' dicat.

1 CGL IV 465, 50; 571, 13

16 schol. Luc. VIII 688

5 is 5 His ω qui Sall. ut vid. || 11 qua id est Otho quando
 est Hagen quidem Ald. || 13 antoniarum ω || 18 et del. Carrio ||
 19 M.] sic ω del. Hertz || 24 uerbis qui R || 28 omnis ω corr. 5

XXIII

Quis fuerit Papirius Praetextatus; quae istius causa cognomenti sit; historiaque ista omnis super eodem Papirio cognitu iucunda.

5 Historia de Papirio Praetextato dicta scriptaque est 1
a M. Catone in oratione, qua usus est ad milites
contra Galbam (*XXXIX J.*), cum multa quidem
venustate atque luce atque munditia verborum. Ea 2
Catonis verba huic prorsus commentario indidissem,
10 si libri copia fuissest id temporis, cum haec dictavi.
Quod si non virtutes dignitatesque verborum, sed rem 3
ipsam scire quaeris, res ferme ad hunc modum est:
Mos antea senatoribus Romae fuit in curiam cum pree- 4
textatis filiis introire. Tum, cum in senatu res maior 5
15 quaepiam consultata eaque in diem posterum prolata
est, placuit, ut eam rem, super qua tractavissent, ne
quis enuntiaret, priusquam decreta esset. Mater Papirii
pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percontata
est filium, quidnam in senatu patres egissent. Puer 6
20 respondit tacendum esse neque id dici licere. Mulier 7
fit audiendi cupidior; secretum rei et silentium pueri
animum eius ad inquirendum everberat: quaerit igitur
compressius violentiusque. Tum puer matre urgente 8
lepidi atque festivi mendacii consilium capit. Actum
25 in senatu dixit, utrum videretur utilius exque republica
esse, unusne ut duas uxores haberet, an ut una apud
duos nupta esset. Hoc illa ubi audivit, animus com- 9
pavescit, domo trepidans egreditur, ad ceteras matronas 10
perfert. Venit ad senatum postridie matrum familias

13 sqq. *Macr.* I 6, 19 sqq. (*Polyb.* III 20, 3)

8 uetustate **P** || 10 tempe **R¹** || 13 curia **ω** || 14 Tumque in *Gr.* ||
16 placuitque **ς** || 18 patre **R** || 21 silentium deberi puer affirmans
animum **β** || 25 exeque **P.** **V** magisque e rep. *Macr.* || 27 animo **β**
Macr. || 29 perfert. Venit *Klotz* peruenit **ω** peruenit. it *Mms.*
matronas defert quod audierat. perueniunt **β** adfert postridie-
que ad s. copiosae m. f. catervae confluent *Macr.*

caterva; lacrimantes atque obsecrantes orant, una potius
 11 ut duobus nupta fieret, quam ut uni duae. Senatores
 ingredientes in curiam, quae illa mulierum intemperies
 12 et quid sibi postulatio istaec vellet, mirabantur. Puer
 Papirius in medium curiae progressus, quid mater 5
 audire institisset, quid ipse matri dixisset, rem, sicut
 13 fuerat, denarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri
 exosculatur, consultum facit, uti posthac pueri cum
 patribus in curiam ne introeant, praeter ille unus
 Papirius, atque puero postea cognomentum honoris 10
 gratia inditum 'Praetextatus' ob tacendi loquendique
 in aetate praetextae prudentiam.

XXIV

Tria epigrammata trium veterum poetarum, Naevii, Plauti,
 Pacuvii, quae facta ab ipsis sepulcris eorum incisa sunt. 15

1 Trium poetarum inlustrium epigrammata, Cn.
 Naevii, Plauti, M. Pacuvii, quae ipsi fecerunt et
 incidenda sepulcro suo reliquerunt, nobilitatis eorum
 gratia et venustatis scribenda in his commentariis
 esse duxi. 20

2 Epigramma Naevii plenum superbiae Campanae,
 quod testimonium esse iustum potuisset, nisi ab ipso
 dictum esset (*p. 296, 3 B.*):

inmortales mortales si foret fas flere,
 flerent divae Camenae Naevium poetam. 25
 itaque postquam est Orcho traditus thesauro,
 obliti sunt Romae loquier lingua Latina.

3 Epigramma Plauti, quod dubitassemus, an Plauti
 foret, nisi a M. Varrone positum esset in libro de
 poetis primo (*p. 296, 4 B.*): 30

3 in om. *Macr.* || 4 ista hec **V** ista **R** || 5 introgressus **R¹** ||
 8 exosculatus **R** || 10 hocque **R** eique **β Macr.** || 11 indictum **PR** ||
 25 Casmenae *L. Mueller* || 26 orchi **β** thesauri **β** thesaurus *Baehrens*.
 'scd thesauro ut dono dare' *Sk.*

postquam est mortem aptus Plautus, Comoe-
dia luget,
scaena est deserta, dein R̄isus, Ludus Io-
cūsusque
5 et Numeri innumeri simul omnes conlacri-
marunt.

Epigramma Pacuvii verecundissimum et purissimum 4
dignumque eius elegantissima gravitate (*p. 296, 5 B.*):

adulēscens, tam etsi próperas, hoc te sáxulum
10 rogat út se aspicias, deinde, quod scriptum
est, legas.

hic súnt poetae Pácuvi Marcí sita
ossa. hóc volebam, nescius ne essés. vale.

XXV

15 Quibus verbis M. Varro indutias definierit; quaesitumque inibi
curiosius, quaenam ratio sit vocabuli indutiarum.

Duobus modis M. Varro in libro humanarum, 1
qui est de bello et pace (*XXII fr. 1; 2 Mi.*), 'in-
dutiae' quid sint, definit. Indutiae sunt inquit pax
20 castrensis paucorum dierum; item alio in loco: 2
indutiae sunt inquit belli feriae. Sed lepidae 3
magis atque iucundae brevitatis utraque definitio quam
plana aut proba esse videtur. Nam neque pax est in- 4
dutiae — bellum enim manet, pugna cessat —, neque
25 in solis castris neque 'paucorum' tantum 'dierum' in-

5 Lucer. II 1054 III 777 Aus. ep. XXII 48 p. 263 P. Salvian.
gub. d. VII 17, 75 7 Amm. XXVII 3, 15 9 sqq. carm.
epigr. ed. Buech. 848 12 sq. ibd. 53, 4 18 Donat. Ter.
eun. I 1, 15 Suet. rell. p. 276R. Dig. XLIX 15, 19, 1 CGL VI 567
(Isid. XVIII 1, 11)

9 tam etsi] TY inscr. tamen etsi ω | te saxulum Buech. et
Bormann, Arch.-epigr. Mitth. aus Oest. XVII p. 230, ex inscr.
(hic te saxsolus) te saxum PV thesaurum R || 12 pacuui ω |
marci V || 21 lepida Veen || 23 neque pax neque feriae sunt β

5 dutiae sunt. Quid enim dicemus, si indutiis mensum aliquot factis in oppida castris concedatur? nonne tum 6 quoque indutiae sunt? aut rursus quid esse id dicemus, quod in primo annalium Quadrigarii (*fr. 21 P.*) scriptum est, C. Pontium Samnitum a dictatore Romano 5 sex horarum indutias postulasse, si indutiae 'paucorum' 7 tantum 'dierum' appellandae sunt? 'belli' autem 'ferias' festive magis dixit quam aperte atque definite.

8 Graeci autem significantius consignatiusque cessationem istam pugnae pacticiam ἐκεχειρίαν dixerunt 10 exempta littera una sonitus vastioris et subdita lenio- 9 ris. Nam quod eo tempore non pugnetur et manus 10 cohibeantur, ἐκεχειρίαν appellarunt. Sed profecto non id fuit Varroni negotium, ut indutias superstitione definiret et legibus rationibusque omnibus definitionum 15 11 inserviret. Satis enim visum est eiusmodi facere demonstrationem, quod genus Graeci τύπος magis et ὑπογραφὰς quam δρισμοὺς vocant.

12 Indutiarum autem vocabulum qua sit ratione fac- 13 tum, iam diu est, cum quaerimus. Sed ex multis, quae 20 vel audimus vel legimus, probabilius id, quod dicam, 14 videtur. 'Indutias' sic dictas arbitramur, quasi tu dicas 15 'inde uti iam'. Pactum indutiarum eiusmodi est, ut in diem certum non pugnetur nihilque incommodetur, sed ex eo die postea uti iam omnia belli iure agantur. 25 16 Quod igitur dies certus praefinitur pactumque fit, ut ante eum diem ne pugnetur atque is dies ubi venit 'inde uti iam' pugnetur, idcirco ex his, quibus dixi, vocibus, quasi per quandam coitum et copulam nomen indutiarum conexum est. 30

10 sq. schol. Arist. Pac. 907 Suid. s. v. ἐκεχειρία

1 mensum] **P** in mensum **RV** in inmensum **TY** || 2 aliquod ω | pactis *Gr.* | op(p)idi ω corr. *Lambecius; idem scr.* ex castris || 11 subdita *Gr.* sub uita (uitae **B**) ω subiuncta 5 || 19 quasi rationem (rac.) ω corr. 5 || 20 cum] quod 5 || 21 audiimus 5 || 23 inde ut iam iam (uti //////////////P) ω corr. 5 || 26 igitur *Gr.* dicitur ω || 29 cętum **P**

Aurelius autem Opilius in primo librorum,¹⁷
 quos Musarum inscripsit (*p. 27 E.*): induitiae inquit
 dicuntur, cum hostes inter sese utrimque utro-
 que alteri ad alteros impune et sine pugna
⁵ ineunt; inde adeo inquit nomen factum videtur,
 quasi initiae, hoc est initus atque introitus.
 Hoc ab Aurelio scriptum propterea non praeterii, ne ¹⁸
 cui harum noctium aemulo eo tantum nomine ele-
 gentius id videretur, tamquam id nos originem verbi
¹⁰ requirentes fugisset.

XXVI

Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit percon-
 tanti, an sapiens irasperetur.

Interrogavi in diatriba Taurum, an sapiens irasce- ¹
¹⁵ retur. Dabat enim saepe post cotidianas lectiones ²
 quaerendi, quod quis vellet, potestatem. Is cum gra- ³
 viter, copiose de morbo affective irae disseruisset, quae
 et in veterum libris et in ipsius commentariis exposita
 sunt, convertit ad me, qui interrogaveram, et: 'haec ego'
²⁰ inquit 'super irascendo sentio; sed, quid et Plutarchus ⁴
 noster, vir doctissimus ac prudentissimus, senserit, non
 ab re est, ut id quoque audias. Plutarchus' inquit ⁵
 'servo suo, nequam homini et contumaci, sed libris
 disputationibusque philosophiae aures inbutas habenti,
²⁵ tunicam detraхи ob nescio quod delictum caedique eum
 loro iussit. Cooperat verberari et obloquebatur non ⁶
 meruisse, ut vapulet; nihil mali, nihil sceleris admisisse.
 Postremo vociferari inter vapulandum incipit neque iam ⁷
 querimonias aut gemitus eiulatusque facere, sed verba
³⁰ seria et obiurgatoria: non ita esse Plutarchum, ut
 philosophum deceret; irasci turpe esse; saepe eum de
 malo irae dissertavisse, librum quoque $\pi\epsilon\varrho\lambda\ \lambda\omega\gamma\eta$ -

⁴ alteri] ⁵ alter ω || ⁶ initiae *Lambecius* inuiae ω induitiae
Fleckeisen || ⁸ nocciū *ex accium R* || ²⁷ vapularet *Veen* || ²⁹ iacere
Falster

σιας pulcherrimum conscripsisse; his omnibus, quae
in eo libro scripta sint, nequaquam convenire, quod
provolutus effususque in iram plurimis se plagis mul-
taret. Tum Plutarchus lente et leniter: 'quid autem,'
8 inquit 'verbero, nunc ego tibi irasci videor? ex vultu
meo an ex voce an ex colore an etiam ex verbis correptu-
5 tum esse me ira intellegis? mihi quidem neque oculi,
opinor, truces sunt neque os turbidum, neque inmaniter
clamo neque in spumam ruboremve effervesco neque
pudenda dico aut paenitenda neque omnino trepido ira 10
9 et gestio. Haec enim omnia, si ignoras, signa esse
irarum solent.' Et simul ad eum, qui caedebat, con-
versus: 'interim,' inquit 'dum ego atque hic disputamus,
tu hoc age'.

10 Summa autem totius sententiae Tauri haec fuit: 15
Non idem esse existimavit ἀοργησίαν et ἀναλγησίαν
aliudque esse non iracundum animum, aliud ἀνάλ-
γητον et ἀναισθητον, id est hebetem et stupentem.
11 Nam sicut aliorum omnium, quos Latini philosophi
'affectus' vel 'affectiones', Graeci πάθη appellant, ita 20
huius quoque motus animi, qui, cum est ulciscendi
causa saevior, 'ira' dicitur, non privationem esse utilem
censuit, quam Graeci στέρησιν dicunt, sed mediocri-
tatem, quam μετριότητα illi appellant.

20 XIX 12, 3 Quint. VI 2, 8; 20 August. civ. dei IX 4 Rhet.
lat. min. 439, 36; 503, 20; 562, 10 H. CGL II 521, 40 22 sq. Cic.
top. XI 48 23 sq. CGL II 370, 21

2 sunt P || 14 age hic usque P cfr. I 8, 6 || 22 senior R
scaeuior s

A. GELLII

NOCTIVM ATTICARVM LIBER SECUNDVS

I

Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis; deque eiusdem viri temperantia.

Inter labores voluntarios et exercitia corporis ad 1
5 fortuitas patientiae vices firmandi id quoque accepimus
Socraten facere insueuisse: stare solitus Socrates 2
dicitur pertinaci statu perdius atque pernox a summo
lucis ortu ad solem alterum orientem inconvens, im-
mobilis, isdem in vestigiis et ore atque oculis eundem
10 in locum directis cogitabundus tamquam quodam se-
cessu mentis atque animi facto a corpore. Quam rem 3
cum Favorinus de fortitudine eius viri ut pleraque
disserens attigisset (*fr. 66 Ma.*): *πολλάκις* inquit *ξε-*
γλίον εἰς ήλιον εἰστήκει ἀστραβέστερος τῶν πρέμνων.
15 Temperantia quoque fuisse eum tanta traditum est,⁴
ut omnia fere vitae suae tempora valitudine inoffensa
vixerit. In illius etiam pestilentiae vastitate, quae in 5

6 sqq. Plato *symp.* c. 3 p. 174 sq.; 36 p. 220 7 Apul.
in. V 6 Amm. XXXI 2, 6 Symm. I 53, 1 Mart. Cap. II 124 8 Amm.
XVIII 8, 12 17 sqq. Diog. L. II 5, 9 (25) Aelian. h. v. XIII 27
Amm. XIX 4, 4

3 temperantia] & patientia & parcimonia *Gr.* || 8 iterum
Marres

belli Peloponnesiaci principis Atheniensium civitatem internecivo genere morbi depopulata est, is parcendi moderandique rationibus dicitur et a voluptatum labo cassis et salubritates corporis retinuisse, ut nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius.

5

II

Quae ratio observatio officiorum esse debeat inter patres filiosque in discubendo sedendoque atque id genus rebus domi forisque, si filii magistratus sunt et patres privati; superque ea re Tauri philosophi dissertatio et exemplum ex 10 historia Romana petitum.

- 1 Ad philosophum Taurum Athenas visendi cognoscendique eius gratia venerat V. C., praeses Cretae provinciae, et cum eo simul eiusdem praesidis pater.
- 2 Taurus sectatoribus commodum dimissis sedebat pro 15 cubiculi sui foribus et cum assistentibus nobis sermo-3 cinabatur. Introivit provinciae praeses et cum eo pater; 4 assurrexit placide Taurus et post mutuam salutationem 5 resedit. Allata mox una sella est, quae in promptu erat, atque, dum aliae promebantur, apposita est. In- 20 6 vitavit Taurus patrem praesidis, uti sederet. Atque ille ait: 'Sedeat hic potius, qui populi Romani magi- 7 stratus est.' 'Absque praeiudicio' inquit Taurus 'tu interea sede, dum inspicimus quaerimusque, utrum con- 8 veniat tene potius sedere, qui pater es, an filium, qui 25 magistratus est.' Et, cum pater assedisset appositumque esset aliud filio quoque eius sedile, verba super ea re Taurus facit cum summa, dii boni, honorum atque officiorum perpensatione.
- 9 Eorum verborum sententia haec fuit: In publicis so locis atque muneribus atque actionibus patrum iura

1 pelopo(n)ensi acri principi(i)s fere ω || 3 morandique R¹ |
voluntatum P || 8 scribendoque P | ingenus ω corr. Gr. || 9 sint P ||
21 Adque P Ad quae Cramer || 24 dum] Ald. cum R V dum cum P
unde dum circumspicimus Mdg.

cum filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus collata interquiescere paululum et conivere, sed cum extra rempublicam in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur, in convivio quoque familiari discumbatur,
 5 tum inter filium magistratum et patrem privatum publicos honores cessare, naturales et genuinos exoriri. 'Hoc igitur,' inquit 'quod ad me venistis, quod collo-
 10 quimur nunc, quod de officiis disceptamus, privata actio est. Itaque utere apud me his honoribus prius, quibus
 10 domi quoque vestrae te uti priorem decet.'

Haec atque alia in eandem sententiam Taurus 11 graviter simul et comiter disseruit. Quid autem super 12 huiuscemodi patris atque filii officio apud Claudium legerimus, non esse ab re visum est, ut adscriberemus.
 15 Posuimus igitur verba ipsa Quadrigarii ex annali 13 eius sexto (*f. 57 P.*) transscripta: Deinde facti con-
 sules Sempronius Graccus iterum Q. Fabius Maximus, filius eius, qui priore anno erat con-
 sul. Ei consuli pater proconsul obviam in equo
 20 vehens venit neque descendere voluit, quod pater erat, et, quod inter eos sciebant maxima concordia convenire, lictores non ausi sunt de-
 scendere iubere. Vbi iuxta venit, tum consul ait: 'quid postea?'; lictor ille, qui apparebat,
 25 cito intellexit, Maximum proconsulem descen-
 dere iussit. Fabius imperio paret et filium collaudavit, cum imperium, quod populi esset,
 retineret.

2 Cic. Brut. XXIII 91 Amm. XX 5, 2
 44, 10 Val. Max. II 2, 4 Plut. Fab. Max. 24

16 sqq. Liv. XXIV

4 familiaris ω | discumbetur RV || 9 me] nos R¹ | prior σ |
 prius hoc usque quibus P || 10 uti oporterebet R¹ || 15 annalib' R ||
 17 <Ti. > Sempr. Sk. | iterumque ω || 24 quid opstat? Hirschfeld

III

Qua ratione verbis quibusdam vocabulisque veteres immiserint
h litterae spiritum.

- 1 H litteram sive illam spiritum magis quam litteram
dici oportet, inserebant eam veteres nostri plerisque 5
vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus
earum esset viridior vegetiorque; atque id videntur
2 fecisse studio et exemplo linguae Atticae. Satis notum
est Atticos *ἰχθὺν* et *ἵππον* et multa itidem alia contra
morem gentium Graeciae ceterarum inspirantis primae 10
3 litterae dixisse. Sic 'lachrumas', sic 'sepulchrum', sic
'ahenum', sic 'vehemens', sic 'incohare', sic 'helluari',
sic 'halucinari', sic 'honera', sic 'honustum' dixerunt.
4 In his enim verbis omnibus litterae seu spiritus istius
nulla ratio visa est, nisi ut firmitas et vigor vocis 15
quasi quibusdam nervis additis intenderetur.
5 Sed quoniam 'aheni' quoque exemplo usi sumus,
venit nobis in memoriam Fidum Optatum, multi
nominis Romae grammaticum, ostendisse mihi librum
Aeneidos secundum miranda vetustatis emptum in 20
sigillariis viginti aureis, quem ipsius Vergili fuisse
credebatur. In quo duo isti versus cum ita scripti
forent (*A. II 469*):

vestibulum ante ipsum primoque in limine
Pyrrus

exultat telis et luce coruscus aena,

25

4 sqq. ad totum caput cfr. Cic. or. XLVIII 160 Quint. I 4, 14;
5, 20 GLK VI 34, 3 VII 199, 5 al. 11 sqq. Varro l. l. V 10, 73
GLK I 73, 19; 365, 16 IV 38, 27 VI 21, 23; 490, 30 VII 12, 10;
19, 16; 68, 15; 93, 2; 153, 7; 311, 26 Serv. A. I 213; 289 Serv. et
schol. Bern. g. III 223 Paul. p. 99, 10 Isid. diff. 285 CGL VII 258 al.

9 *ἵππον* Sk. (cfr. G Meyer Gr. Gramm.³ p. 108) IPPON **V P**
ippō **R** *καὶ λόγον* s *ἴ* pronomen *Hertz*; *tentaveram* *antea ἀθρόος*,
ἀρχενν al. cfr. Kuehner³ I p. 111 || 11 lacrumas (-imas) *ω* | sepul-
crum **R V** || 12 *inchoare* **P V** *incoare* **R** corr. *Hertz* || 13 *<nostrī>*
dixerunt *Dziatzko* || 26 *exaltat* **P** *exastat* **R** *exatha* **V** | *ahena* *ω*

additam supra vidimus h litteram et 'ahena' factum.
Sic in illo quoque Vergili versu in optimis libris e
scriptum invenimus (*g. I 296*):

aut foliis undam trepidi despumat aheni.

5

IV

Quam ob causam Gavius Bassus genus quoddam iudicij 'divi-
nationem' appellari scripserit; et quam alii causam esse eius-
dem vocabuli dixerint.

Cum de constituendo accusatore quaeritur iudicium-
que super ea re redditur, cuinam potissimum ex duo-
bus pluribusve accusatio subscriptiove in reum per-
mittatur, ea res atque iudicum cognitio 'divinatio'
appellatur. Id vocabulum quam ob causam ita factum 2
sit, quaeri solet.

Gavius Bassus in tertio librorum, quos de
origine vocabulorum composuit (*fr. 3 L*): divi-
natio inquit iudicium appellatur, quoniam
divinet quodammodo iudex oportet, quam sen-
tentiam sese ferre par sit. Nimis quidem est in 4
verbis Gavi Bassi ratio imperfecta vel magis inops
et iejuna. Sed videtur tamen significare velle idcirco 5
dici 'divinationem', quod in aliis quidem causis iudex
ea, *⟨quae⟩* didicit quaeque argumentis vel testibus de-
monstrata sunt, sequi solet, in hac autem re, cum
26 eligendus accusator est, parva admodum et exilia sunt,
quibus moveri iudex possit, et propterea, quinam magis
ad accusandum idoneus sit, quasi divinandum est.

Haec Bassus. Sed alii quidam 'divinationem' esse 6
appellatam putant, quoniam, cum accusator et reus

12 Rhet. lat. min. 97, 1 H. 22 (Ps. Ascon. in Cic. divin.
p. 99 Or.)

1 (h)ahenam ω || 2 uersum ΒΥ || 4 aut] ex v. 295 Vergilii ω
et Verg. || 6 gabius ω || 8 dixerunt ω || 18 diuine ω corr. Fulv. ||
23 quae add. σ

duae res quasi cognatae coniunctaeque sint neque ultra sine altera constare possit, in hoc tamen genere causae reus quidem iam est, sed accusator nondum est, et idcirco, quod adhuc usque deest et latet, divinatione supplendum est, quisnam sit accusator futurus.

5

V

Quam lepide signateque dixerit Favorinus philosophus, quid intersit inter Platonis et Lysiae orationem.

Favorinus de Lysia et Platone solitus dicere est: 'Si ex Platonis' inquit 'oratione verbum aliquod 10 demas mutesve atque id commodatissime facias, de elegantia tamen detraxeris; si ex Lysiae, de sententia.'

VI

Quibus verbis ignaviter et abiecte Vergilius usus esse dicatur; et quid his, qui improbe <id> dicunt, respondeatur.

15

1 Nonnulli grammatici aetatis superioris, in quibus est Cornutus Annaeus, haut sane indocti neque ignobiles, qui commentaria in Vergilium compo- suerunt, reprehendunt quasi incuriose et abiecte verbum positum in his versibus (*ecl. VI* 75):

20

candida succinctam latrantibus inguina mon-
stris

Dulichias vexasse rates et gurgite in alto
a! timidos nautas canibus lacerasse marinis.

2 Vexasse enim putant verbum esse leve et tenuis ac 25 parvi incommodi nec tantae atrocitati congruere, cum homines repente a belua immanissima rapti laniati- que sint.

14 Amm. XV 13, 3

16 sqq. Macr. VI 7, 4—19

1 cognitae ω corr. σ || 5 es PR || 7 designateque ω corr. Falster || 15 id add. Hertz (Stephan.) || 24 latrasse P || 26 parū cōmodi P || 27 rupti V

Item aliud huiuscemodi reprehendunt (*g. III 4*): 3

quis aut Eurysthea durum
aut inlaudati nescit Busiridis aras?

Inlaudati parum idoneum verbum esse dicunt neque
5 id satis esse ad faciendam scelerati hominis detesta-
tionem, qui, quod hospites omnium gentium immolare
solitus fuit, non laude indignus, sed detestatione exe-
crationeque totius generis humani dignus esset.

Item aliud verbum culpaverunt (*A. X 314*): 4

10 per tunicam squalentem auro latus haurit
apertum,

tamquam si non convenerit dicere 'auro squalentem',
quoniam nitoribus splendoribusque auri squaloris in-
luvies sit contraria.

15 Sed de verbo vexasse ita responderi posse credo: 5
Vexasse grave verbum est factumque ab eo videtur,
quod est 'vehere', in quo inest vis iam quaedam alieni
arbitrii; non enim sui potens est, qui vehitur. 'Vexare'
autem, quod ex eo inclinatum est, vi atque motu pro-
20 cul dubio vastiorest. Nam qui fertur et rapsatur atque
huc atque illuc distrahitur, is vexari proprio dicitur,
sicuti 'taxare' pressius crebriusque est quam 'tangere',
unde id procul dubio inclinatum est, et 'iactare' multo
fusius largiusque est quam 'iacere', unde id verbum

4 Macr. I. l. et III 5, 9

7 Amm. XIV 7, 8; 11, 3

15 sqq. Macr. I. l. Serv. et Serv. pl. ecl. VI 76 (Probus) Ps. Ascon.
ad Cic. Verr. I 5, 12 p. 130 Or. Isid. X 280

22 Fest. p. 356, 21

7 dignus P | detestatione *Macr.* de retractacione (retrac-
tione P) ω detract(at)ione TY depreciatione *Mdg.* || 12 conven-
erit] A -erint ω || 13 splendoribusque] A splendidioribusque ω ||
16 tractumque *Macr.* || 17 uis iam] A iam uis ω iam del. Sk. ||
20 uastiores] A *Macr.* inclinatum est ω ex v. 23, unde etiam
procul dubio *huc irrepsisse crediderim* | qui] A *Macr.* om. ω |
rapsatur] A raptatur ω || 22 taxare] TARE A om. R

traductum est, et 'quassare' quam 'quatere' gravius
et violentiusque est. Non igitur, quia volgo dici solet
'vexatum esse' quem fumo aut vento aut pulvere,
propterea debet vis vera atque natura verbi deperire,
quae a veteribus, qui proprie atque signate locuti sunt, ita ut decuit, conservata est.

7 M. Catonis verba sunt ex oratione, quam de Achaeis scripsit (*XXXV J.*): Cumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret; 'vexatam' Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut saevitiae aut immanitatis genus reperiri queat, quod in eo tempore Italia non perpessa sit; 8 M. Tullius IV. in Verrem (55, 122): Quae ab isto sic spoliata atque direpta est, non, ut ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem et consuetudinis iura retineret, sed ut a barbaris praedonibus vexata esse videatur.

9 De 'inlaudato' autem duo videntur responderi posse. Vnum est eiusmodi: Nemo quisquam tam efflictis est moribus, quin faciat aut dicat nonnumquam aliquid, quod laudari queat. Vnde hic antiquissimus versus vice proverbii celebratus est:

πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ μάλα καιρον εἰπεν.

10 Sed enim qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat, is 'inlaudatus' est isque omnium pessimus deterimusque est, sicuti omnis culpae privatio 'inculpatum' facit. 'Inculpatus' autem instar est absolutae

1 Fest. p. 261, 16
Leutsch-Schneid.

23 Diog. VII 81 Apost. XIV 69 ibd.

4 nativa Gr. || 13 tulliū. IIII (t. inl **V**) ω || 14 ppl̄ iata **P** || 19 huiusmodi **R** | efflictis *Macr.* effi(c)tis ω efferis σ || 20 aliquis **PV** || 23 τοι καὶ μ. *Stob.*, *Diog.*, *Apostol.*, al. γὰρ καὶ μ. *Macr.* ΚΑΙ-ΚΗΤΤΟΥΡΟC **PV** | κατακαιρον testes Graeci fere omnes || 27 que om. **V¹**

virtutis; 'inlaudatus' quoque igitur finis est extremae malitiae. Itaque Homerus non virtutibus appellandis,¹¹ sed vitiis detrahendis laudare ampliter solet. Hoc enim est (*Il. V* 366; 768 *al.*):

τὸ δ' οὐκ ἔκουντε πετέσθην,

et item illud (*IV* 223):

ἔνθ' οὐκ ἀν βρίζοντα ἵδοις Ἀγαμέμνονα δῖον,
οὐδὲ καταπτώσσοντ', οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μά-
χεσθαι.

¹⁰ Epicurus quoque simili modo maximam voluptatem ¹² privationem subtractionemque omnis doloris definivit his verbis (*sent. III p. 72 Us.*): "Ορος <*τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν ἡ παντὸς*> *τοῦ ἀλγοῦντος ύπεξαιρεσίς*. Eadem ratione idem Vergilius (*g. IV* 479 A. ¹³ VI 438) 'inamabilem' dixit Stygiam paludem. Nam ¹⁴

sicut 'inlaudatum' κατὰ στέρησιν laudis, ita 'inamabilem' κατὰ amoris στέρησιν detestatus est. Altero ¹⁵ modo 'inlaudatus' ita defenditur: 'Laudare' significat ¹⁶ prisca lingua nominare appellareque. Sic in actionibus ²⁰ civilibus auctor 'laudari' dicitur, quod est nominatus.

'Inlaudatus' autem est, quasi inlaudabilis, qui neque ¹⁷ mentione aut memoria ulla dignus neque unquam nominandus est, sicuti quondam a communi consilio ¹⁸ Asiae decretum est, uti nomen eius, qui templum ²³ Dianae Ephesi incenderat, ne quis ullo in tempore nominaret.

¹⁸ Paul. p. 118, 3 Non. IV p. 335, 12 CGL V 29, 41; 111, 39

²¹ sqq. Macr. l. l. Serv. et Schol. Bern. g. III 5 A. VII 11

²³ sqq. Val. Max. VIII 14 ext. 5 (Strab. XIV 1, 22 p. 640 Solin. XL 3)

2 milicie (-tie **P**) ω corr. **P**² ς || 6 aliud **P** || 11 subtractionem subtractionemque **P** unde detr. deiectionemque *Otho* || 12 *τοῦ παρτὸς exstant c. 9, 2, apud Macr., al., om. hic ω || 16 κατὰ στ.] priuació **R** || 17 κατὰ et στ. d. e. om. **R** || 20 auctor *Macr.* autem ω || 21 autem] ergo *Macr.* || 25 *Ephesiae Macr.**

19 Tertium restat ex is, quae reprehensa sunt, quod
 20 tunicam squalentem auro dixit. Id autem signi-
 ficat copiam densitatemque auri in squamarum speciem
 intexti. 'Squalere' enim dictum a squamarum crebri-
 tate asperitateque, quae in serpentium pisciumve coriis 5
 21 visuntur. Quam rem et alii et hic quidem poeta
 locis aliquot demonstrat (*A. XI* 770):

10

quem pellis inquit ahenis
 in plumam squamis auro conserta tegebat,
 22 et alio loco (*A. XI* 487):

iamque adeo rutilum thoraca indutus ahenis
 horrebat squamis.

23 Accius in Pelopidis (*v. 517 R.³*) ita scribit:

15

éius serpentis squámae squalido aúro et pur-
 purá pertextae.

24 Quicquid igitur nimis inculcatum obsitumque aliqua
 re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem,
 25 id 'squalere' dicebatur. Sic in corporibus inculitis
 squamosisque alta congeries sordium 'squalor' appella-
 batur. Cuius significationis multo assiduoque usu to- 20
 tum id verbum ita contaminatum est, ut iam 'squalor'
 de re alia nulla quam de solis inquinamentis dici
 coepirit.

1 sqq. *Macr.* l. l. *Serv.* (et schol. Bern.) g. IV 91 A. II 277
 IX 704 X 314 (*XI* 770) *Paul.* p. 328, 5 *Non.* (IV p. 404, 13)
 VI p. 452, 20 *CGL V* 147, 6

1 his P iis R || 4 intextis (-exis R) ω corr. P² || 5 piscium-
 que R || 6 idem *Macr.* || 13 pelopidis PV polopidis R || 14 squama
 codd. *Non.* | squalidae *Vossius* || 15 praetextae T *Macr.* textae *Non.* ||
 16 incrustatum *Falster* infuscatum *Cornelissen* || 17 ut *Macr.* et ω ||
 19 ap(p)ellatur PR

VII

De officio erga patres liberorum; deque ea re ex philosophiae libris, in quibus scriptum quaesitumque est, an omnibus patris iussis obsequendum sit.

5 Quaeri solitum est in philosophorum disceptationibus, an semper inque omnibus iussis patri parendum sit. Super ea re Graeci nostri que, qui de officiis scripserunt, tres sententias esse, quae spectandae considerandaeque sint, tradiderunt easque subtilissime diuidicarunt. Earum una est: omnia, quae pater imperat, 10 parendum; altera est: in quibusdam parendum, in quibusdam non obsequendum; tertia est: nihil necessum esse patri obsequi et parere.

Haec sententia quoniam primore aspectu nimis infamis est, super ea prius, quae dicta sunt, dicemus. 'Aut recte' inquiunt 'imperat pater aut perperam. Si recte imperat, non, quia imperat, parendum, sed quoniam id fieri ius est, faciendum est; si perperam, nequaquam scilicet faciendum, quod fieri non oportet.' 20 Deinde ita concludunt: 'numquam est igitur patri parendum, quae imperat'. Set neque istam sententiam probari accepimus — argutiola quippe haec, sicuti mox ostendemus, frivola et inanis est —, neque autem illa, 25 quam primo in loco diximus, vera et proba videri potest omnia esse, quae pater iusserit, parendum. Quid enim? si proditionem patriae, si matris necem, si alia quaedam imperabat turpia aut impia? Media 30 igitur sententia optima atque tutissima visa est quaedam esse

5 sqq. Muson. apud Stob. fl. 79, 51 (III p. 90, 21 M.) Aristot. eth. Nicom. IX 2 p. 1164, 22

5 philosophicis R || 6 patris P || 10 omnibus s || 11 in T om. ω || 12 necesse R V || 14 primo r(a)spectu R V || 20 igitur est fort. A || 22 ARGVTIORA A || 23 TENDEMVS A || 24 induximus R || 27 IMPERABI A imperavit ω | AVTEMIMPIA A || 28 ATQVI- TISSIMA A

13 parendum, quaedam non obsequendum. Sed ea tamen,
 quae obsequi non oportet, leniter et verecunde ac sine
 detestatione nimia sineque obprobriatione acerba repre-
 hensionis declinanda sensim et relinquenda esse dicunt
 quam respuenda.

14 Conclusio vero illa, qua colligitur, sicuti supra
 dictum est, nihil patri parendum, imperfecta est refu-
 5 tarique ac dilui sic potest: Omnia, quae in rebus hu-
 manis fiunt, ita ut docti censuerunt, aut honesta sunt
 16 aut turpia. Quae sua vi recta aut honesta sunt, ut 10
 fidem colere, patriam defendere, ut amicos diligere, ea
 17 fieri oportet, sive imperet pater sive non imperet; sed
 quae his contraria quaeque turpia, omnino iniqua sunt,
 18 ea ne si imperet quidem. Quae vero in medio sunt
 et a Graecis tum *μέσα*, tum *ἀδιάφορα* appellantur, 15
 ut in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas
 defendere, uxorem ducere, ut iussum proficisci, ut accer-
 situm venire, quoniam et haec et his similia per sese
 ipsa neque honesta sunt neque turpia, sed, proinde ut
 a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt 20
 aut reprehendenda: propterea in eiusmodi omnium rerum
 generibus patri parendum esse censem, veluti si uxorem
 19 ducere imperet aut causas pro reis dicere. Quod enim
 utrumque in genere ipso per sese neque honestum
 neque turpe est, idcirco, si pater iubeat, obsequendum 25
 20 est. Sed enim si imperet uxorem ducere infamem,
 propudosam, criminosa aut pro reo Catilina aliquo
 aut Tubulo aut P. Clodio causam dicere, non scilicet
 parendum, quoniam accidente aliquo turpitudinis numero
 desinunt esse per sese haec media atque indifferentia. 30
 21 Non ergo integra est propositio dicentium 'aut honesta

1 sqq. Stob. fl. 79, 52 (III p. 98, 14 M.)

3 detrectatione *Btl.* | DEPREH. **A** || 4 declinandam **P¹V** |
 reliquandam **AP¹V** || 15 **MEC¹T_dΔ_dΦ**. **P¹V** corr. **ς** || 19 inhonesta **ω**
 corr. **σ** || 28 <L.> *Tubulo Lipsius* || 31 dicendum **ω** corr. **ς**

sunt, quae imperat pater, aut turpia', neque ὑγιὲς et 22
 $\nu\delta\mu\mu\nu\sigma\delta\iota\varepsilon\nu\gamma\mu\acute{\epsilon}\nu\sigma\sigma$ videri potest. Deest enim
 dijunctioni isti tertium: 'aut neque honesta sunt neque
 turpia'. Quod si additur, non potest ita concludi:
 5 'numquam est igitur patri parendum'.

VIII

Quod parum aequa reprehensio Epicuri a Plutarcho facta sit
 in synlogismi disciplina.

Plutarchus secundo librorum, quos de Ho- 1
 10 mero composuit (*VII p. 100 Bern.*), imperfecte atque
 praepostere atque inscite synlogismo esse usum Epic-
 curum dicit verbaque ipsa Epicuri (*sent. II p. 71 Us.*)
 ponit: 'Ο θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ δια-
 λυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν
 15 πρὸς ἡμᾶς. 'Nam praetermisit,' inquit 'quod in prima 2
 parte sumere debuit, τὸν θάνατον εἶναι ψυχῆς καὶ
 σώματος διάλυσιν, tunc deinde eodem ipso, quod 3
 omiserat, quasi posito concessoque ad confirmandum
 aliud utitur. Progredi autem hic' inquit 'synlogismus 4
 20 nisi illo prius posito non potest.'

Vere hoc quidem Plutarchus de forma atque 5
 ordine synlogismi scripsit. Nam si, ut in disciplinis
 traditur, ita colligere et ratiocinari velis, sic dici oportet: δὸς θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις· τὸ δὲ
 25 διαλυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς
 ἡμᾶς. Sed Epicurus, cuiusmodi homost, non inscitia 6
 videtur partem istam synlogismi praetermisisse, neque 7
 id ei negotium fuit synlogismum tamquam in scolis
 philosophorum cum suis numeris omnibus et cum suis
 30 finibus dicere, sed profecto, quia separatio animi et

4 si add. om. V si turpia additur PT | Non P om. RV ||
 7 pacta ω corr. Gr. peracta σ 13 λυθὲν Plut. contra Epic.
 beat. 27 || 18 ad eoconf. R || 22 si ut σ sicut ω si, sicut Hertz ||
 26 ἡμᾶς <δονν θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς> Eussner | cuimodi RV ||
 28 id ei] DEI A et dei R || 29 suis prius] A om. ω || 30 sed] A est ω

corporis in morte evidens est, non est ratus necessariam esse eius admonitionem, quod omnibus prosus erat obvium. Sicuti etiam, quod conclusionem synlogismi non in fine posuit, set in principio: nam id quoque non inperite factum quis non videt? 5

9 Apud Platonem quoque multis in locis reperias synlogismos repudiato conversoque ordine isto, qui in docendo traditur, cum eleganti quadam reprehensionis contemptione positos esse.

IX

10

Quod idem Plutarchus evidenti calumnia verbum ab Epicuro dictum insectatus sit.

1 In eodem libro idem Plutarchus (*VII p. 101 Bern.*) eundem Epicurum reprehendit, quod verbo usus sit parum proprio et alienae significationis. Ita 15 enim scripsit Epicurus (*sent. III p. 72 Us.*): “Ορος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν η παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. ‘Non’ inquit ‘παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος, sed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ dicere oportuit; detractio enim significanda est doloris,’ inquit 20 ‘non dolentis.’”

4 Nimis minute ac prope etiam subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando λεξιθηρεῖ. Has enim curas vocum verborumque elegantias non modo non sectatur Epicurus, sed etiam insectatur. 25

16 II 6, 12

22 Amm. XVII 11, 4 al.

1 est *prius om.* **A** || 2 QVI **A** | PROSVMSERAT **A** prorsus erat ω || 3 CONIVNCTIONEM **A** unde in v. 2 adiunctionem Sk. || 7 repudiato] **A** -tos ω | in docendo] **A** in dicendo **RV** incidendo **P** || 8 quidem **V** || 13 ITEM **A** || 21 dolentis **ai** **R** dolens **P**

X

Quid sint favisae Capitolinae; et quid super eo verbo M. Varro
Servio Sulpicio quaerenti rescripserit.

Servius Sulpicius, iuris civilis auctor, vir bene 1
5 litteratus, scripsit (*p. 140 Br.*) ad M. Varronem rogavit-
que, ut rescriberet, quid significaret verbum, quod in
censoris libris scriptum esset. Id erat verbum
'favisae Capitolinae'. Varro (*p. 199 Bip.*) rescripsit in 2
memoria sibi esse, quod Q. Catulus curator restituendi
10 Capitolii dixisset voluisse se aream Capitolinam de-
primere, ut pluribus gradibus in aedem concenderetur
suggestusque pro fastigii magnitudine altior fieret, sed
facere id non quisse, quoniam 'favisae' impeditissent.
Id esse cellas quasdam et cisternas, quae in area sub 3
15 terra essent, ubi reponi solerent signa vetera, quae ex
eo templo collapsa essent, et alia quaedam religiosa e
donis consecratis. Ac deinde eadem epistula negat
quidem se in litteris invenisse, cur 'favisae' dictae sint,
sed Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos
20 'thesauros' Graeco nomine appellaremus, priscos Latinos
'flavisas' dixisse, quod in eos non rude aes argentum-
que, sed flata signataque pecunia conderetur. Coniec- 4
tare igitur se detractam esse ex eo verbo secundam
litteram et 'favisas' esse dictas cellas quasdam et specus,
25 quibus aeditui Capitolii uterentur ad custodiendas res
veteres religiosas.

8 sqq. Paul. p. 88, 4 Non. II p. 112, 26 CGL V 22, 1; 68, 6;
69, 2; 641, 58 15 Ov. met. X 693 sqq.

9 catulis **V¹** || 11 aedem *Mercier* eadem ω eandem σ || 16 et
aliam 5 talia ω aliaque *Hertz* | religiose (-osse *ex* -onise **R**)
donis ω corr. *Salmas*. || 17 consecrata σ || 18 cum **P** || 20 latine
plur. codd. Non. || 21 eas σ || 23 detracta (-ctura **R**) **RV**

XI

De Sicinio Dentato egregio bellatore multa memoratu digna.

- 1 L. Sicinium Dentatum, qui tribunus plebi fuit Sp.
Tarpeio A. Aternio consulibus, scriptum est in libris
annalibus plus, quam credi debeat, strenuum bella- 5
torem fuisse nomenque ei factum ob ingentem forti-
2 tudinem appellatumque esse Achillem Romanum. Is
pugnasse in hostem dicitur centum et viginti proeliis,
cicatricem aversam nullam, adversas quinque et qua-
draginta tulisse, coronis donatus esse aureis octo, ob- 10
sidionali una, muralibus tribus, civicis quattuordecim,
torquibus tribus et octoginta, armillis plus centum
sexaginta, hastis duodeviginti; phaleris item donatus
3 est quinques viciesque; spolia militaria habuit multi-
4 iuga, in his provocatoria pleraque; triumphavit cum 15
imperatoribus suis triumphos novem.

XII

Considerata perpensaque lex quaedam Solonis speciem habens
primorem iniquae iniustaeque legis, sed ad usum et emolu-
mentum salubritatis penitus reperta. 20

- 1 In legibus Solonis illis antiquissimis, quae Atheni-
nes axibus ligneis incisae sunt quasque latas ab eo
Athenienses, ut sempiternae manerent, poenis et reli-
gionibus sanxerunt, legem esse Aristoteles refert

3 sqq. Val. Max. III 2, 24 (Varro) Plin. VII 28, 101 XVI 4, 14
XXII 5, 9 Solin. I 102 Dion. Hal. X 36 XI 25 Fulgent. serm. ant.
p. 559 M. (Varro) Fest. p. 190, 30 Amm. XXV 3, 13 XXVII 10, 16
(Liv. III 43 Zonar. VII 18 CIL I p. 282) 21 sq. Plut. Sol. 25
Diog. L. I 2, 2 (45) etc. 24 Plut. Sol. 20 de sera num. vind. 4
praec. rei p. 32 de soll. an. 8 Cic. ad Att. X 1, 2

4 tarquinio atarquinio R¹ || 11 luna (l ex i) R | mirabilibus V¹ |
X. III. R || 14 spolia σ populi ω || 22 eo om. P V e R || 24 esse]
autem P auctor Otho

scriptam ad hanc sententiam (*πολ. Αθην. c. 8*): 'Si ob discordiam dissensionemque seditio atque discessio populi in duas partes fiet et ob eam causam irritatis animis utrimque arma capientur pugnabiturque, tum qui in eo tempore in eoque casu civilis discordiae non alterutrae parti sese adiunixerit, sed solitarius separatus que a communi malo civitatis secesserit, is domo, patria fortunisque omnibus careto, exul extorrisque esto.'

Cum hanc legem Solonis singulari sapientia prae-²
 10 diti legissetsemus, tenuit nos gravis quaedam in principio admiratio requirens, quam ob causam dignos esse poena existimaverit, qui se procul a seditione et civili pugna removissent. Tum, qui penitus atque alte usum ac sententiam legis introspexerant, non ad augendam,
 15 sed ad desinendam seditionem legem hanc esse dicebant. Et res prorsum se sic habent. Nam si boni omnes,⁴
 qui in principio coercendae seditioni impares fuerint, populum percitum et amentem non deseruerint, ad alterutram partem dividi sese adiunixerint, tum eveniet,
 20 ut cum socii partis seorsum utriusque fuerint eaque partes ab his, ut maioris auctoritatis viris, temperari ac regi cooperint, concordia per eos potissimum restitu conciliarique possit, dum et suos, apud quos sunt, regunt atque mitificant et adversarios sanatos magis
 25 cupiunt quam perditos.

Hoc idem Favorinus philosophus inter fratres 5 quoque aut amicos dissidentis oportere fieri censebat, ut qui in medio sunt utriusque partis benivoli, si in concordia admittenda parum auctoritatis quasi ambigui amici habuerint, tum alteri in alteram partem disce-

3 fiet] 5 fieret ω | iratis R¹ || 6 alterutra parte ω corr. *Carrio* ad alterutram partem *Gr.* || 7 malo del. *Mdg.* || 9 singularis P¹V om. R || 10 quaedam] R que a·dam V que admodum (dmodum in ras.) P || 11 requirentes σ || 14 introspexerat — dicebat RV || 18 deruerint ω corr. 5 | ⟨sed⟩ ad *Gr.* || 19 dividui *Gr.* diuisi 5 dividae *Landgraf* || 20 sociis ω | aeque P om. R || 29 admittenda P || 30 alter in ω corr. *Carrio*

dant ac per id meritum viam sibi ad utriusque con-
6 cordiam muniant. 'Nunc autem plerique' inquit 'partis
utriusque amici, quasi probe faciant, duos litigantes
destituunt et relinquunt deduntque eos advocatis mali-
volis aut avaris, qui lites animasque eorum inflammat 5
aut odii studio aut lucri.'

XIII

Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filiamve
veteres dixisse.

- 1 Antiqui oratores historiaeque aut carmi- 10
num scriptores etiam unum filium filiamve 'liberos'
2 multitudinis numero appellarunt. Idque nos, cum in
complurium veterum libris scriptum aliquotiens ad-
verterimus, nunc quoque in libro Sempronii Asel-
lionis rerum gestarum quinto (*fr. 6 P.*) ita esse 15
3 positum offendimus. Is Asellio sub P. Scipione Afri-
cano tribunus militum ad Numantiam fuit resque eas,
quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit.
4 Eius verba de Tiberio Graccho tribuno pl., quo in
tempore imperfectus in Capitolio est, haec sunt: Nam 20
Gracchus domo cum proficiscebatur, numquam
minus terna aut quaterna milia hominum se-
5 quebantur. Atque inde infra de eodem Graccho ita
scripsit (*fr. 7 P.*): Orare coepit id quidem, ut se
defenderent liberosque suos; eum, quem virile 25
secus tum in eo tempore habebat, produci iussit
populoque commendavit prope flens.

11 Donat. Ter. hec. II 1, 15 Andr. V 3, 20 Calphurn. Ter.
heaut. I 1, 99 Serv. A. X 532 August. civ. dei XVI 40 (Suet. rell.
p. 277, 12 R.) 24 sqq. App. b. c. I 14 Plut. Ti. Gracch. 13

5 lites — lucri *versum poetae scenici putat Seyffert* || 8 filiam ω
ve add. σ || 12 appellarent PV || 13 aduerteremus ω corr. *Carrio* ||
19 tribuni ω || 21 domum *Bergk* || 23 in fraude ω corr. 5 || 24 quidem
coepit id V coepit, inquit, *Btl. c. Quirites Sk.* || 25 eumque quem
"ramer | uirilē V¹ uirilis sexus 5 || 26 tum] unum Gr.

XIV

Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est contra Tiberium exulem, 'stitisses vadimonium' per i litteram dicit, non 'stetisses'; eiusque verbi ratio redditia.

- 5 In libro vetere M. Catonis, qui inscribitur contra 1
Tiberium exulem, scriptum sic erat (*XLIIIJ.*): Quid
si vadimonium capite obvolute stitisses? Recte 2
ille quidem stitisses scripsit: sed falsa et audax ***
emendatores 'e' scripto et per libros 'stetisses' fece-
10 runt, tamquam stitisses vanum et nihili verbum esset.
Quin potius ipsi nequam et nihili sunt, qui ignorant 3
stitisses dictum a Catone, quoniam 'sisteretur' va-
dimonium, non 'staretur'.

XV

- 15 Quod antiquitus aetati senectae potissimum habitu sint ampli
honores; et cur postea ad maritos et ad patres idem isti
honores delati sint; atque ibi de capite quaedam legis Iuliae
septimo.

- Apud antiquissimos Romanorum neque generi ne-1
que pecuniae praestantior honos tribui quam aetati
solitus, maioresque natu a minoribus colebantur ad
deum prope et parentum vicem atque omni in loco
inque omni specie honoris priores potioresque habiti.
A convivio quoque, ut scriptum in antiquitatibus est, 2
25 seniores a iunioribus domum deducebantur, eumque
morem accepisse Romanos a Lacedaemoniis traditum

7 Corn. Nep. Att. IX 4 8 contra GLK I 247, 26; 372, 1;
380, 10 II 418, 28 sqq.; 537, 14 (V 378, 10; 436, 23) 19 sqq.
(Val. Max. II 1, 9)

6 exule ω | sic Gr. quid sic ω quidem sic σ || 8 quidem
ille Β | stitisse ω | lacunam post audax statuit Hertz, quam varie
explerunt; audaci emendatione editores HJMüller audax emen-
datio est scripto e per l.: 'stetisses' Petschenig || 9 i scriptutet R¹ |
et del. σ || 15 sunt P || 23 prioris P || 24 conuiuioque ut R

est, apud quos Lycurgi legibus maior omnium rerum honos aetati maiori habebatur.

3 Sed postquam suboles civitati necessaria visa est et ad prolem populi frequentandam praemiis atque invitamentis usus fuit, tum antelati quibusdam in rebus, 5 qui uxorem quique liberos haberent, senioribus neque 4 liberos neque uxores habentibus. Sicuti capite VII. legis Iuliae priori ex consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui pluris annos natus est, sed qui pluris liberos quam collega aut in sua potestate habet 10 5 aut bello amisit. Sed si par utriusque numerus liborum est, maritus aut qui in numero maritorum est, 6 praefertur; si vero ambo et mariti et patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honos instauratur 7 et qui maior natu est, prior fasces sumit. Super his 15 autem, qui aut caelibes ambo sunt et parem numerum filiorum habent aut mariti sunt et liberos non habent, 8 nihil scriptum in lege de aetate est. Solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces primi mensis collegis concedere aut longe aetate prioribus aut nobi- 20 lioribus multo aut secundum consulatum ineuntibus.

XVI

Quod Caesellius Vindex a Sulpicio Apollinari reprehensus est in sensu Vergiliani enarratione.

1 Vergilii versus sunt e libro sexto (*v. 760*): 25
 ille, vides, pura iuvenis qui nititur hasta,
 proxima sorte tenet lucis loca. primus ad
 auras
 aetherias Italo commixtus sanguine surget

9 sqq. cfr. CIL II 1964, 56 (= FIR p. 143)

6 uxores R | haberent] 5 habent RV habentem P || 11 admittit PRV² || 14 instauratus PV (R²) inte auratus R || 15 sumet V¹ || et Heineccius aut ω || 18 de Carrio de ea ω ea de Vogel

Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles,
quem tibi longaevo serum Lavinia coniunx
educet silvis regem regumque parentem:
unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.

5 Videbantur haec nequaquam convenire: 2
 tua postuma proles,

et:

*quem tibi longaevo serum Lavinia coniunx
 educet silvis.*

10 Nam si hic Silvius, ita ut in omnium ferme anna-3
lium monumentis scriptum est, post mortem *(Aeneae)*
natus est ob eamque causam praenomen ei Postumus
fuit, qua ratione subiectum est:

*quem tibi longaevo serum Lavinia coniunx
 educet silvis?*

Haec enim verba significare videri possunt Aenea vivo 4
ac iam sene natum ei Silvium et educatum. Itaque 5
hanc sententiam esse verborum istorum Caesellius
opinatus in commentario lectionum antiquarum:
20 'postuma' inquit 'proles' non eum significat,
qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus
est, sicuti Silvius, qui Aenea iam sene tardo
seroque partu est editus. Sed huius historiae 6
auctorem idoneum nullum nominat; Silvium autem 7
25 post Aeneae mortem, sicuti diximus, natum esse multi
tradiderunt.

Idecirco Apollinaris Sulpicius inter cetera, in 8
quis Caesellum reprehendit, hoc quoque eius quasi
erratum animadvertisit errorisque istius hanc esse causam

12 Varro l. l. IX 38, 60 Serv. A. VI 763 Fest. p. 238, 2 GLK VII
200, 4; 307, 29 Isid. IX 5, 22 CGL VII 112 al.

11 Aeneae *add. Hertz* patris 5 || 12 positum o **RV** impositum
hoc 5 || 14 serum] seu **P** || 17 acam o

dixit, quod scriptum ita sit 'Quem tibi longaevo'. <'Longaevo'> inquit 'non seni significat — id enim est contra historiae fidem —, sed in longum iam aevum et 9 perpetuum recepto immortalique facto. Anchises enim, qui haec ad filium dicit, sciebat eum, cum hominum vita discessisset, immortalem atque indigetem futurum 10 et longo perpetuoque aevo potiturum.' Hoc sane Apollinaris argute. Sed aliud tamen est 'longum aevum', aliud 'perpetuum', neque dii 'longaevi' appellantur, sed 'inmortales'. 10

XVII

Cuiusmodi esse naturam quarundam praepositionum M. Cicero animadverterit; disceptatumque ibi super eo ipso, quod Cicero observaverat.

1 Observate curioseque animadvertisit M. Tullius 'in' 15
et 'con' praepositiones verbis aut vocabulis praepositas
tunc produci atque protendi, cum litterae sequerentur,
quae primae sunt in 'sapiente' atque 'felice', in aliis
autem omnibus correpte pronuntiari.

2 Verba Ciceronis haec sunt (*or. XLVIII 159*): Quid 20
vero hoc elegantius, quod non fit natura, sed
quodam instituto? 'indoctus' dicimus brevi
prima littera, 'insanus' producta, 'inhumanus'
brevi, 'infelix' longa et, ne multis, quibus in
verbis eae primae litterae sunt, quae in 'sa- 25
piente' atque 'felice', producte dicuntur, in
ceteris omnibus breviter; itemque 'composuit',
'consuevit', 'concrepuit', 'confecit'. Consule ve-

3 CGL VI 654 22 sqq. Serv. A. I 187 GLK I 409, 2;
433, 15 IV 149, 33; 253, 20; 389, 29; 442, 28 VI 204, 15 VII 541, 10

1 dixit: 'Quod ser. itast 'Q. t. l.', inquit *Hertz* | sit ita **V** ||
2 Longaevo add. *Carrio*; an Quod pro inquit ser.? | significato
(-tio **P**) enim ω corr. *Hertz* (id s. hoc) || 18 prima ω || 21 uero
hec **V** || 23 immanis *LMueller* || 25 he(a)e **PR** he **V**

ritatem, reprehendet; refer ad auris, probabunt;
quaere, cur ita sit? dicent iuvare. Voluptati
autem aurium morigerari debet oratio.

Manifesta quidem ratio suavitatis est in his voci- 3
bus, de quibus Cicero locutus est. Sed quid dicemus
de praepositione 'pro', quae, cum produci et corripi
soleat, observationem hanc tamen M. Tullii aspernata
est? Non enim semper producitur, cum sequitur ea 4
littera, quae prima est in verbo 'fecit', quam Cicero
10 hanc habere vim significat, ut propter eam rem 'in'
et 'con' praepositiones producantur. Nam 'proficisci' 5
et 'profugere' et 'profundere' et 'profanum' et 'pro-
festum' correpte dicimus, 'proferre' autem et 'profligare'
15 et 'proficere' producte. Cur igitur ea littera,
quam Cicero productionis causam facere observavit,
non in omnibus consimilibus eandem vim aut rationis
aut suavitatis tenet, sed aliam vocem produci facit,
aliam corripi?

Neque vero 'con' particula tum solum producitur,
20 cum ea littera, de qua Cicero dixit, insequitur. Nam 7
et Cato (*fr. inc. 50 J.*) et Sallustius (*hist. fr. IV 52 M.*):
faenoribus inquiunt copertus est. Praeterea 'coli- 8
gatus' et 'conexus' producte dicitur.

Sed tamen videri potest in his, quae posui, ob eam 9
25 causam particula haec produci, quoniam eliditur ex
ea n littera: nam detrimentum litterae productione syl-
labae compensatur. Quod quidem etiam in eo servatur, 10
quod est 'cogo'; neque repugnat, quod 'coegi' correpte 11
dicimus: non enim salva id *ἀναλογίᾳ* dicitur a verbo,
20 quod est 'cogo'.

5 sqq. GLK III 49, 12 IV 255, 4; 450, 20 VI 626, 33 VII 164, 1;
235, 9 28 sqq. GLK II 461, 14 III 527, 30 IV 262, 9

1 reprehende et ω 2 cur? ita se d. iuvari *Cic.* || 6 produci et σ
produci R -ucet PV | corripi om. R || 20 ea σ a ω || 22 facinoribus σ
ex *Sall. Cat. XXIII 1* | coopertus ω | colligatus ω (*Skutschio fort.*
ex co-alligatus exortum videtur) coiugatus *Lachmann*

XVIII

Quod Phaedon Socratus servus fuit; quodque item alii complusculi servitutem servierunt.

- 1 Phaedon Elidensis ex cohorte illa Socratica fuit
 2 Socratique et Platoni per fuit familiaris. Eius 5
 nomini Plato librum illum divinum de immortalitate
 3 animae dedit. Is Phaedon servus fuit forma atque
 ingenio liberali et, ut quidam scripserunt, a lenone
 4 domino puer ad merendum coactus. Eum Cebes So-
 craticus hortante Socrate emisse dicitur habuisseque 10
 5 in philosophiae disciplinis. Atque is postea philosophus
 inlustris fuit, sermonesque eius de Socrate admodum
 elegantes leguntur.
 6 Alii quoque non pauci servi fuerunt, qui post philo-
 7 sophi clari extiterunt. Ex quibus ille Menippus fuit, 15
 cuius libros M. Varro in saturis aemulatus est, quas
 alii 'cynicas', ipse appellat 'Menippeas'.
 8 Sed et Theophrasti Peripatetici servus Pom-
 pylus et Zenonis Stoici servus, qui Persaeus vo-
 catus est, et Epicuri, cui Mys nomen fuit, philo- 20
 sophi non incelebres vixerunt.
 9 Diogenes etiam Cynicus servitutem servivit. Sed
 is ex libertate in servitutem venum ierat. Quem cum
 emere vellet Ξενιάδης Κορίνθιος, ecquid artificii novis-
 set, percontatus 'novi' inquit Diogenes 'hominibus 25

4 sqq. Macr. I 11, 41—44 Diog. L. II 5, 14 (31); 9, 1 (105)
 Suid. s. v. Lact. inst. III 25, 15 15 Diog. L. VI 8, 1 (99)
 16 XIII 31, 1 18 sqq. Diog. L. V 2, 3 (36) VII 1, 31 (36)
 X 2 (3); 5 (10) 22 sqq. Diog. L. VI 2, 4 (29 sq.) Suid. s. v.
 Diogenis fr. 12; 250; 268 Mu.

2 alii *⟨philosophi⟩ Carrio; plura ex § 6 suppl. Hertz* ||
 4 Phedron **V** Phedion **R** || 7 phedron (f. **R**) **R** **V** || 10 aliisqueque phil.
Lion || 11 his **P** **V** || 17 ginicas ω || 18 philostrati *Macr.* | pam-
 phylus **P** pomplius **R** || 23 seruitute ω recte *Macr.* || 24 et qui
 (quid **P**⁹ quid is σ) art. nou. (esset nouisset **R**) perc. ω ecquid
 art. n. perc. est *Macr.* et ecquid a. n. *⟨esset⟩* perc. *Hertz*

liberis imperare'. Tum Ξενιάδης responsum eius de- 10
miratus emit et manu emisit filiosque suos ei tradens:
'accipe' inquit 'liberos meos, quibus imperes'.

De Epicteto autem philosopho nobili, quod is
quoque servus fuit, recentior est memoria, quam ut
scribi quasi obliteratum debuerit.

XIX

'Rescire' verbum quid sit; et quam habeat veram atque pro-
priam significationem.

10 Verbum 'rescire' observavimus vim habere propriam 1
quandam, non ex communi significatione ceterorum
verborum, quibus eadem praepositio imponitur; neque
ut 'rescribere', 'relegere', '<restituere>' *** substituere
dicimus, itidem dicimus 'rescire'; nam qui factum ali- 2
15 quod occultius aut inopinatum insperatumque cognoscit,
is dicitur proprie 'rescire'.

Cur autem in hoc uno verbo 're' particula huius 3
sententiae vim habeat, equidem adhuc quaero. Aliter 4
enim dictum esse 'rescivi' aut 'rescire' apud eos, qui
20 diligenter locuti sunt, nondum invenimus, quam super
is rebus, quae aut consulto consilio latuerint aut contra
spem opinionemve usu venerint, quamquam ipsum 5
'scire' de omnibus communiter rebus dicatur vel ad-
versis vel prosperis vel insperatis vel expectatis. Nae- 6
25 vius in Triphallo (*v. 96 R.³*) ita scripsit:

si úmquam quicquam filium rescívero
argéntum amoris caúsa sumpse mútuum,
extémplo illo te dúcām, ubi non déspuas.

14 sqq. 21 sq. Donat. Ter. hec. I 2, 115 III 1, 5 IV 1, 4 V 4, 28
21 Amm. XIV 11, 3

1 eiusdem (eius **V**) miratus ω || 8 Res scire **P** Nescire **V** ||
13 subst.] restituere 5 plura deesse opinatus suppl. Hertz ||
15 (hoc)ctius **RV** occius **P** || 18 et quidem ω || 19 esse] σ est ω ||
21 his **PR²** || 26 umquam si *Carrio* <set> si Hertz sive u. Sk. ||
27 amori **R** | sumpsisse (is ex u. **E**) ω corr. Fruter. || 28 exemplo **R** |
te illo Bothe, sed vd. Sk., *Forsch. I* 138 adn.

1 Claudio Quadrigarius in primo annali (*fr. 16 P.*):
 7 Ea Lucani ubi resciverunt sibi per fallacias
 8 verba data esse. Item Quadrigarius in eodem
 libro (*fr. 19 P.*) in re tristi et inopinata verbo isto
 ita utitur: Id ubi rescierunt propinqui obsidum,
 5 quos Pontio traditos supra demonstravimus,
 eorum parentes cum propinquis capillo passo
 9 in viam provolarunt. M. Cato in quarto origi-
 num (*fr. 87 P.*): Deinde dictator iubet postridie
 magistrum equitum arcessi: 'mittam te, si vis,
 10 cum equitibus'. 'Sero est,' inquit magister
 equitum 'iam rescivere'.

XX

Quae volgo dicuntur 'vivaria', id vocabulum veteres non dixisse;
 et quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid postea 15
 M. Varro in libris de re rustica dixerit.

1 'Vivaria', quae nunc dicuntur saepta quaedam loca,
 in quibus ferae vivaे pascuntur, M. Varro in libro
 de re rustica III. (3, 1) dicit 'leporaria' appellari.
 2 Verba Varronis subieci: Villaticae pastionis ge- 20
 nera sunt tria, ornithones, leporaria, <piscinae.
 Nunc ornithonas dico omnium alitum, quae
 intra parietes villaе solent pasci. Leporaria>
 te accipere volo, non ea, quae tritavi nostri
 dicebant, ubi soli lepores sint, sed omnia saepta,
 25 adficta villaе quae sunt et habent inclusa ani-
 malia, quae pascuntur. Is item infra eodem in
 libro (3, 8) ita scribit: Cum emisti fundum Tus-
 culanum a M. Pisone, in leporario apri multi
 fuere.

30

9 X 24, 6 Liv. XXII 51

17 Amm. XXXI 10, 19

8 quinto Nipperdey || 16 dixerit hinc susu P et V m. ant.
 in mg. || 21 Cornithones ω | piscinae — leporaria Varro om. ω ||
 25 soliti Varro || 26 adficta Varro aedificia ω

'Vivaria' autem quae nunc vulgus dicit, quos πα-⁴
 οαδείσους Graeci appellant, quae 'leporaria' Varro
 dicit, haut usq[ue]d memini apud vetustiores scriptum.
 Sed quod apud Scipionem omnium aetatis suae pu-⁵
 rissime locutum legimus 'roboraria', aliquot Romae
 doctos viros dicere audivi id significare, quod nos 'vi-
 varia' dicimus, appellataque esse a tabulis roboreis,
 quibus saepta essent; quod genus saeptorum vidimus
 in Italia locis plerisque. Verba ex oratione eius 6
¹⁰ contra Claudio Asellum quinta haec sunt (*ORF*²
 p. 184): Vbi agros optime cultos atque villas
 expolitissimas vidisset, in his regionibus ex-
 celsissimo loco grumam statuere aiebat; inde
 corrigeret viam, aliis per vineas medias, aliis
¹⁵ per robورarium atque piscinam, aliis per villam.

Lacus vero aut stagna, <quae> piscibus vivis coer-⁷
 centur clausa, suo atque proprio nomine 'piscinas' no-
 minaverunt.

'Apiaria' quoque vulgus dicit loca, in quibus siti⁸
²⁰ sunt alvei apum; sed neminem ferme, qui incorrupte
 locuti sunt, aut scripsisse memini aut dixisse. M. autem 9
 Varro in libro de re rustica tertio (16, 12): με-
 λισσῶνες inquit ita facere oportet, quae quidam
 'mellaria' appellant. Sed hoc verbum, quo Varro
²⁵ usus est, Graecum est; nam μελισσῶνες ita dicuntur,
 ut ἀμπελῶνες et δαφνῶνες.

XXI

Super eo sidere, quod Graeci ἄμαξαν, nos 'septentriones'
 vocamus; ac de utriusque vocabuli ratione et origine.

³⁰ Ab Aegina in Piraeum complusculi earundem disci-¹
 plinarum sectatores Graeci Romanique homines eadem
 in navi tramittebamus. Nox fuit et clemens mare²

² quae — dicit *del. Hertz* || 10 asellum **PV** || 13 l. grumam
Mdg. locorum mu (mu om. **P**) ω loco murum σ || 14 derigere *Mdg.* ||
 16 *suppl.* σ pisces quibus c., cl. *JGr.* || 26 ΔΑΦΝΩΝ **PV**

et anni aestas caelumque liquide serenum. Sedebamus ergo in puppi simul universi et lucentia sidera considerabamus. Tum, qui eodem in numero Graecas res erudit erant, quid ἀμαξᾱ esset, quid βοῶτης, et quaenam maior et quae minor, cur ita appellata et quam in partem procedentis noctis spatio moveretur et quamobrem Homerus (*Il. XVIII 489 Od. V 275*) solam eam non occidere dicat, cum et quaedam alia <non occidunt astra>, scite ista omnia ac perite disserebant.

4 Hic ego ad nostros iuvenes convertor et 'quin' inquam 'vos opici dicitis mihi, quare, quod ἀμαξᾱ Graeci vocant, nos 'septentriones' vocamus? non enim satis est, quod septem stellas videmus, sed quid hoc totum, quod 'septentriones' dicimus, significet, scire' 15 inquam 'id prolixius volo.'

6 Tum quispiam ex his, qui se ad litteras memoriasque veteres dediderat: 'vulgus' inquit 'grammaticorum 'septentriones' a solo numero stellarum dictum putat.

7 'Triones' enim per sese nihil significare aiunt, sed vocabuli esse supplementum; sicut in eo, quod 'quinquatus' dicamus, quod quinque ab Idibus dierum 8 numerus sit, 'atrus' nihil. Sed ego quidem cum L. Aelio (*fr. II 40 Me.*) et M. Varrone (*l. l. VII 4, 74*) sentio, qui 'triones' rustico cetera vocabulo boves appellatos 25

12 Varro *l. l. VII 4, 74* 22 Varro *l. l. VI 3, 14 Fest. p. 254, 31 Porph. Hor. ep. II 2, 197 GLK I 81, 20 schol. Iuv. X 115 (schol. Luc. I 254 Ov. f. III 809 CIL I p. 388 sq.) 23 sqq. Serv. A. I 744 III 516 Fest. p. 339, 2 Prob. ad Verg. g. I 227 Isid. III 70, 7 XII 1, 30 CGL V 251, 5*

1 calumque **P¹R^V** || 4 quid **β.** del. *Hertz* || 5 maior <*ἄρχτος*> σ|| 6 mōuerentur ω corr. *Hertz* || 9 non occidant (*hoc iam Carrio*) astra (s. sidera n. o.) addidi tum et q. alia Gr. | disserebat ω corr. Gr. || 11 quid ω corr. *Markland* || 12 opīcii **R^V** et sine virgula **P** | quod oda ΕΜΑΞΑΝ g. u. **P^V** quod graeci uocant gr **R** || 22 quod del. *Hertz* || 23 quidem] **R** (?) quid ω || 25 c(a)etero ω corr. Gr. ceterum *Hertz* certo σ vetere *Cobet*

scribunt quasi quosdam 'terriones', hoc est arandae colendaeque terrae idoneos. Itaque hoc sidus, quod a 9 figura posituraque ipsa, quia simile plaustri videtur, antiqui Graecorum $\alpha\mu\alpha\xi\alpha\nu$ dixerunt, nostri quoque 5 veteres a bubus iunctis 'septentriones' appellarunt, id est septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur. Praeter hanc' inquit 'opinionem id quoque 10 Varro addit dubitare sese, an propterea magis hae septem stellae 'triones' appellatae sint, quia ita sunt 15 sitae, ut ternae stellae proximae quaeque inter sese faciant 'trigona', id est triquetras figuras.'

Ex his duabus rationibus, quas ille dixit, quod 11 posterius est, subtilius elegantiusque esse visum. Intuentibus enim nobis in illud ita propemodum res erat, 15 ut forma esse triquetra videretur.

XXII

De vento 'iapyge' deque aliorum ventorum vocabulis regionibus-
que accepta ex Favorini sermonibus.

Apud mensam Favorini in convivio familiari legi 1
solitum erat aut *vetus carmen melici poetae* aut
historia partim Graecae linguae, alias Latinae. Lege- 2
batur ergo ibi tunc in carmine Latino (*Hor. c. I 3, 4*
III 27, 20) *iapyx* ventus quaesitumque est, quis hic
ventus et quibus ex locis spiraret et quae tam infre- 25
quentis vocabuli ratio esset; atque etiam petebamus,

9 Fest. p. 339, 10 19 sqq. ad totum caput cfr. (Arist.
meteor. II 6 probl. XXVI 1 Theophr. de vent. Strab. I 2, 21 p. 29
al.) Vitr. I 6 Sen. n. q. V 16 sq. Plin. II 47, 119 sqq. XVIII 34,
333 sqq. Suet. rell. (124 sqq.) 151 et p. 304 sqq. R. Apul. de mundo
11 sqq. Veget. IV 38 Non. I p. 50, 16 Ampel. 4 sq. Lydus mens.
IV 76 (119) Isid. XIII 11 (Serv. pl. g. IV 298 schol. Luc. IX 412 sq.
Anecd. Gr. et Gr. Lat. ed. Rose I p. 27 sqq.; 53 sqq.)

3 uideatur **P** videbatur *Mdg.* || 6 stellas *Sk.* || 9 appellatiue **P** ||
13 *fort.* post. <positum> | est visum *Lion* || 15 esse *Carrio* esset
ut ω esset, quae *Gr.*; *f.* esse tunc | uiderentur **P** **V** || 25 esset] etiam **R**

ut super ceterorum nominibus regionibusque docere nos ipse vellet, quia vulgo neque de appellationibus eorum neque de finibus neque de numero conveniret.

3 Tum Favorinus ita fabulatus est: 'Satis' inquit 'notum est limites regionesque esse caeli quattuor: 5
 4 exortum, occasum, meridiem, septentriones. Exortus et occasus mobilia et varia sunt, meridies septentriones-
 5 que statu perpetuo stant et manent. Oritur enim sol non indidem semper, sed aut 'aequinoctialis' oriens di-
 citur, cum in circulo currit, qui appellatur *ἰσημερινός*, 10 aut 'solstitialis', quae sunt *θεριναὶ τροπαι*, aut 'bru-
 6 malis', quae sunt *χειμεριναὶ τροπαι*. Item cadit sol non in eundem semper locum. Fit enim similiter occasus eius aut 'aequinoctialis' aut 'solstitialis' aut 7 'brumalis'. Qui ventus igitur ab oriente verno, id est 15
 aequinoctiali, venit, nominatur 'eurus' facto vocabulo,
 8 ut isti ἐτνυολογικοὶ aiunt, δ ἀπὸ τῆς ήοῦς φέων. Is
 alio quoque a Graecis nomine ἀφηλιώτης, Romanis
 9 nauticis 'subsolanus' cognominatur. Sed qui ab aestiva et solstitiali orientis meta venit, Latine 'aquito', βορέας 20
 Graece dicitur, eumque propterea quidam dicunt ab Homero (*Od. V 296*) αἰθρηγενέτην appellatum; boream autem putant dictum ἀπὸ τῆς βοῆς, quoniam
 10 sit violenti flatus et sonori. Tertius ventus, qui ab oriente hiberno spirat — 'volturnum' Romani vocant —, 25
 eum plerique Graeci mixto nomine, quod inter notum
 11 et eurum sit, εὐρόντον appellant. Hi sunt igitur

10 sqq. l. l. (Mart. Cap. VIII 872 sq.) Isid. III 43 2; 3; 4
 XIII 6, 3; 4; 6 CGL VI 34; 153 VII 278 16 l. l. (Serv. A. II 417)
 schol. Luc. III 232 CGL VI 403 18 l. l. CGL VI 79 VII 309
 20 II 30, 8 l. l. Serv. pl. A. I 85 schol. Luc. V 721 IX 413 Lact.
 Stat. Th. II 4 CGL VI 86; 149 25 (Plin. XVIII 34, 338
 CGL VI 403)

2 qui ad PV || 11 solstit.] solstitialis aut brumalis V aut
 br. del. Hertz (Gr.) quae s. θ. τρ. om. P et haec et quae s. χ. τρ.
 om. R || 14 eius sicut ortus aut R || 17 ἔωας s. ἔῶος codd. Apul. ||
 25 dicunt R

tres venti orientales: 'aquilo', 'volturnus', 'eurus', quorum medius eurus est. His oppositi et contrarii sunt 12 alii tres occidui: 'caurus', quem solent Graeci <appellare> ἀργεστήν: is adversus aquilonem flat; item alter 5 'favonius', qui Graece ζέφυρος vocatur: is adversus eurum flat; tertius 'africus', qui Graece λιψ: <is> adversus volturnum facit. Hae duae regiones caeli orientis 13 occidentisque inter se aduersae sex habere ventos videntur. Meridies autem, quoniam certo atque fixo 14 limite est, unum meridialem ventum habet: is Latine 'auster', Graece νότος nominatur, quoniam est nebulosus atque umectus; νότης enim Graece umor nominatur. Septentriones autem habent ob eandem causam 15 unum. Is obiectus derectusque in austrum, Latine 15 'septentriorarius', Graece ἀπαρκτίας appellatus. Ex 16 his octo ventis alii quattuor ventos detrahunt atque id facere se dicunt Homero (*Od. V 295; 331*) auctore, qui solos quattuor ventos noverit: eurum, austrum, aquilonem, favonium, a quattuor caeli partibus, quas 17 20 quasi primas nominavimus, oriente scilicet atque occidente latioribus atque simplicibus, non tripartitis. Partim autem sunt, qui pro octo duodecim faciant ter- 18 tios quattuor in media loca inserentes circum meridiem <et> septentriones eadem ratione, qua secundi quattuor 25 intersiti sunt inter primores duos apud orientem occidentemque.

Sunt porro alia quaedam nomina quasi peculiarium 19 ventorum, quae incolae in suis quisque regionibus fecerunt aut ex locorum vocabulis, in quibus colunt, <aut>

| | |
|--|--|
| 3 l. l. CGL III 172, 14; 245, 41 Lact. Stat. Th. II 4 CGL VI 440 VII 432 15 l. l. CGL II 233, 23 V 440, 46 | 5 l. l. Serv. g. II 330 6 l. l. CGL VI 41 27 l. l. Vitr. I 6, 10 |
|--|--|

3 chaurus ω | app. add. Hertz (5) || 4 ΕΡΓΑΣΤΗΝ ω || 6 ΛΕΙΨ ω |
is add. σ || 7 flat ΤΥ || 11 appellatur Ρ || 15 dicitur Ρ || 23 cur
meridie sept. ω corr. Gr. (circa) || 28 quique Eussner || 29 aut
add. Gr.

ex alia qua causa, quae ad faciendum vocabulum ac-
20 ciderat. Nostri namque Galli ventum ex sua terra
flantem, quem saevissimum patiuntur, 'circum' appell-
21 lant a turbine, opinor, eius ac vertigine; <ex> *Iαπυγίας*
ipsius ore proficiscentem quasi sinibus Apuli eodem,
22 quo ipsi sunt, nomine 'iapygem' dicunt. Eum esse
propemodum caurum existimo; nam et est occidentalis
23 et videtur exadversum eurum flare. Itaque Vergilius
(*A.* VIII 709) Cleopatram e navali proelio in Aegyp-
tum fugientem vento iapye ferri ait, ecum quoque 10
Apulum eodem, quo ventum, vocabulo iapygem ap-
24 pellavit (*A.* XI 678). Est etiam ventus nomine 'caecias',
quem Aristoteles (*meteor. II 6 probl. XXVI 29*) ita
flare dicit, ut nubes non procul propellat, sed ut ad
sese vocet, ex quo versum istum proverbiale factum 15
ait (*trag. fr. adesp. 75 N.²*):

Ἐλκων ἐφ' αὐτὸν ὡσ<τε> καικίας νέφος.

25 Praeter hos autem, quos dixi, sunt alii plurifariam
venti commenticii et suae quisque regionis indigenae,
ut est Horatianus quoque ille (*s. I 5, 78*) *atabulus*,
20 quos ipsos quoque executurus fui; addidisseque eos,
qui 'etesiae' et 'prodromi' appellantur, qui certo
tempore anni, cum canis oritur, ex alia atque alia parte

3 1. 1. CGL V 650, 21 (= Non. I p. 50, 23) 6 Plin. III
11, 102 Serv. A. VIII 710 XI 247 Acro et Porph. Hor. c. I 3, 4
(schol. Luc. VI 339) 12 l. l. 20 l. l. Plin. XVII 24, 232
Quint. VIII 2, 13 22 Sen. n. q. V 10, 2 Plin. II 47, 123 sq.;
127 XVIII 28, 270 Isid. XIII 11, 15 CGL IV 233, 13

1 ex aliqua **RV** | acciderant ω acciverat al. *Hertz* || 4 ver-
tice *Apul.* | **IΑΠΥΓΙΑ** (-TIA P IdPIΓd ex IdCIIΓd R *lάπυγας*) ipsius
ore proficiscente (-sistentem **R**) quasi finibus apulia ω corr. *Hertz*
(qui etiam Apuliae Apuli) quasi finitimum *Heine*; *ulcus fortasse*
altius latet, vd. *Apul. de mundo* 14 || 8 ex (et **V**) aduersum **PV**
aduersus **R** || 11 appellatur ut est **A** || 15 se **A** | uocat **PRV** | si-
tum **PV** || 17 ΕδΥΤΩΝΩC ω | ωσπερ et ως δ pars testium || 20 ata-
pulus **A** ad (apud **R**) apulos ω || 21 ipsos] **A** ipse ω | fuit **PV** ||
22 et asie **PRV** | appellantur **AR**¹

caeli spirant, rationesque omnium vocabulorum, quoniam plus paulo adbibi, effutissem, nisi multa iam prosus omnibus vobis reticentibus verba fecisset, quasi fieret a me ἀχρόασις ἐπιδεικτική. In convivio autem frequenti 26 loqui solum unum neque honestum est' inquit 'neque commodum.'

Haec nobis Favorinus in eo, quo dixi, tempore 27 apud mensam suam summa cum elegantia verborum totiusque sermonis comitate atque gratia denarravit. 10 Sed, quod ait ventum, qui ex terra Gallia flaret, 'cir- 28 cium' appellari, M. Cato in libris originum (*fr. 93 P.*) eum ventum 'cercium' dicit, non 'circium'. Nam cum de 29 Hispanis scriberet, qui citra Hiberum colunt, verba haec posuit: Set in his regionibus ferrareae, argenti- 15 fodinae pulcherrimae, mons ex sale mero ma- gnus; quantum demas, tantum ad crescit. Ventus cercius, cum loquare, buccam implet, armatum hominem, plastrum oneratum percellit.

Quod supra autem dixi ἔτησις ex alia atque alia 30 caeli parte flare, haut scio an secutus opinionem mul- 20 torum temere dixerim. P. enim Nigidii in secundo 31 librorum, quos de vento composuit, verba haec sunt (*fr. 104 Sw.*): Et ἔτησιαι et austri anniversarii secundo sole flant. Considerandum igitur est, quid 25 sit secundo sole.

XXIII

Consultatio diiudicatioque locorum facta ex comoedia Menandri et Caecilii, quae Plocium inscripta est.

Comoedias lectitamus nostrorum poetarum 1 30 sumptas ac versas de Graecis Menandro aut Posi- dippo aut Apollodoro aut Alexide et quibusdam item aliis comicis. Neque, cum legimus eas, nimium 2

2 effus(s)issem ω corr. Gebhard effudissem σ || 3 quasi| σ qua R
quam PV || 4 ΕΠΙΔΙΚΤΙΔΙCTIKÀ PV corr. σ || 7 quod dix V ||
16 ador(r)escit PR || 19 dixit — dixerit Gr. || 20 an] R aut PV ||
28 plogium PV || 30 posidio PV possidonio R corr. edd. vett.

sane displicant, quin lepide quoque et venuste scriptae videntur, prorsus ut melius posse fieri nihil censeas.
 3 Sed enim si conferas et componas Graeca ipsa, unde illa venerunt, ac singula considerate atque apte iunctis et alternis lectionibus committas, oppido quam iacere 5 atque sordere incipiunt, quae Latina sunt; ita Graecarum, quas aemulari nequierunt, facetiis atque lumenibus obsolescunt.

4.5 Nuper adeo usus huius rei nobis venit. Caecili Plocium legebamus; hautquaquam mihi et, qui ade- 10
 6 rant, displicebat. Libitum est Menandri quoque Plocium legere, a quo istam comoediam verterat. Sed 7 enim postquam in manus Menander venit, a principio statim, di boni, quantum stupere atque frigere quantumque mutare a Menandro Caecilius visus est! 15
 Diomedis hercle arma et Glauci non dispari magis 8 pretio existimata sunt. Accesserat dehinc lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxore divite atque deformi querebatur, quod ancillam suam, non inscito puellam ministerio et facie haut inliberali, co- 20
 actus erat venundare suspectam uxori quasi paelicem. Nihil dicam ego, quantum differat; versus utrumque eximi iussi et aliis ad iudicium faciendum exponi.
 9 Menander sic (fr. 402 K.):

επ' ἀμφοτέρων δῖν' ἡπίκλησος ή καλή
 μέλλει καθευδήσειν. κατείργασται μέγα

25

16 Plin. ep. V 2, 2 25 cfr. Otto, Sprichw. p. 47 et Kock ad. l. l.

2 videantur ω corr. Sk. etiam propter clausulam; eidem verba ut — (nihilum) censeas versum efficere videntur, fortasse Caecilii ||
 3 Etenim ω corr. Hertz At enim σ|| 11 est] 5 et ω|| 12 uerteret ΠV ||
 14 quaecunque Π (?), quo servato mutuatur Gr. || 16 hercle amer-
 ca ω h. munera Lion || 17 aestimata Ald. || 22 utriusque 5 || 23 exi-
 mius si ω corr. Gr. || 25—125, 14 et 127, 3 sqq. 128, 9 sqq. in solo Β
 (et 5, inter quos Ή = Urb. 309) | ΑΝΦΟΤΕΡΑΝΙΝ Β corr. Weil (Leo,
 Plaut. Forsch. 333) -ρον ούς Cobet -ρα νῦν Scaliger | ΕΤΤΙΚΛΗΡΟΣ
 ΗΚ (sic) Β corr. Haupt || 26 ΜΕΜΕΙΝ ΚΑΘΕΥΔΕCEΙ Β | ΚΑΤΕΙΡ-
 ΓΑCACΑ Β corr. Dorvilius

καὶ περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας
 ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν, ἢν ἐβούλετο,
 ἵν' ἀποβλέψωσι πάντες εἰς τὸ Κρωβύλης
 πρόσωπον ἢ τ' εὑγνωστος οὖσ' ἐμὴ γυνὴ
 δέσποινα. καὶ τὴν ὅψιν, ἢν ἐκτήσατο
 ὄνος ἐν πιθήκοις τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον
 ἔστιν. σιωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τὴν
 πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν. οἷμοι Κρωβύλην
 λαβεῖν ἐμ' ἐκκαίδεκα τάλαντα ...
 10 τὴν διν' ἔχουσαν πηγέως· εἰτ' ἔστι τὸ
 φρύναγμά πως ὑπόστατον; *〈μὰ τὸν〉 Δία*
 τὸν Ὄλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδαμῶς.
 παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ καὶ λόγου
 † τάχιον ἀπαγέσθω δέ τις ἄρ' ἀντεισαγάγοι.

15 Caecilius autem sic (*v. 142 R³*):

10

is dénum miser est, qui aérumnam suam né-
 scit occultare
 † ferre: ita me uxor forma ét factis facit, si
 taceam, tamen índicium.
 20 quae nísi dotem, omnia, quaé nolis, habet:
 qui quási ad hostis captús liber servío salva
 urbe atque árce.

2 ΕΝ Β ὡς Cobet || 3 ΚΡΩΒΟΥΛΗΣ Β || 4 ΗΤΕΥΝΩΕΤΟΣ
 ΥCΛΕΜΕ Β corr. Haupt ΉΤΟ ΕΥΓΝΩСТОС ΕΙХЕ ΜΕ Σ ἡμὴ
 γ. Sk. || 5 ἢν Grot. ΩΝ Β || 6 ΤΟΙΤΟΔΕΤΟΛΕΓΟΜΕΝΟΝΕСТИΝ
 ΔКТОУТОΥ Β corr. Haupt || 9 ΕΜΕΚΑΙДЕΚΑΤΑΛΑΝΤΑГЕИНЕС
 (ГΥНАИКА Σ) ΟΥCAN Β corr. Koch in fine versus 9 φερομένην
 suppleto || 11 ΦРУАГМАЕИПОС(ЕИКТОС Β)ΑΝЫПОСТАТОН ΣΥ |
 μὰ τὸν add. Grot. || 13 καὶ] τοῦ Jacobi | ΛΟΓΟΙ Β δόμον Rabb. ||
 14 ΤИСАРАНТИС (АРААНТИС Σ) ΑГАГОИ ΣΥ θᾶττον ἀπάγοι τις
 ἢ τέρσαν ἀν εἰσάγοι Jacobi || 16 sqq. metra constituerunt Buecheler
 apud Rabb. et Sk. apud Pauly-Wiss. III p. 1191 | quia Ρ¹Β |
 nequit ω corr. 5 nesciat Rabb. | occulta re Lindsay || 18 foris Rabb.
 occultare. *〈Id ego experiar, cui maérorem non licet occulte〉*
 ferre. Ita *〈dέ〉* me sic anapaestos suppl. Seyffert || 22 captus
 libere ΡV libere captus R corr. 5

quae míhi, quidquid placet, éo † privatu vim
me servatum.
dum <ego> éius mortem inhio, égomēt vivo
mórtuus inter vivos.
éa me clam se cùm mea ancilla aít consue- 5
tum, id me árguit,
íta plorando, orándo, instando atque óbiur-
gando me óbtudit,
eam utí venderém; nunc credo ínter suás
aequális et cognátas sermoném serit: 10
'quís vestrarúm fuit íntegram aetátulā,
quae hóc idem a viro
ímpetrarít suo, quód ego anus modo
efféci, paelice út meum privarém virum?'
haéc erunt concília hodie, dífferor ser- 15
móne miser.

- 11 Praeter venustatem autem rerum atque verborum
in duobus libris nequaquam parem in hoc equidem
soleo animum attendere, quod, quae Menander pre-
clare et apposite et facete scripsit, ea Caecilius, ne 20
12 qua potuit quidem, conatus est enarrare, sed quasi
minime probanda praetermisit et alia nescio qua mi-
mica inculcavit et illud Menandri de vita hominum
media sumptum, simplex et verum et delectabile, ne-
scio quo pacto omisit. Idem enim ille maritus senex 25

1 sq. et 3 sq. transp. Ribb. | quae Ribb. | priuau R privatum
it me s. Thysius privat, tu vin (privatum it me Ribb.) servata-
tam velim? Hertz privatum me it eam velim servatam Sk.
privat invitum, <habet> nil servatum Seyffert || 3 ego Non. IX
p. 502, 12 om. ω || 7 pl. atque orando R || 9 illam, ut tetrameter
creticus fiat, Sk. | uti eam 5 | uenundarem 5 | credo <ut ést
morata móribus> | inter Seyffert, qui tum et ipse tetr. creticos
constituit || 10 et] atque R 'monosyllab. vid.' Sk. del. Ribb. |
sermones σ || 11 nostrarum 5 || 12 itidem σ || 15 glyconeи viden-
tur Buechelero, choriambi (haéc erunt cōncilia hodiē: dífferor
sermóne misér) Sk. | differar (s. misere) Ribb. || 22 quae σ ||
24 ueru R V

cum altero sene vicino colloquens et uxoris locupletis
superbiam deprecans haec ait (*fr. 403 K.*):

5 έχω δ' ἐπίκλησον Λάμιαν· οὐκ εἶρηκά σοι τοῦτ'; εἰτ' ἄρ' οὐχί; κυρίαν τῆς οἰκίας καὶ τῶν ἀγρῶν καὶ † πάντων ἀντ' ἔκεινης
ἔχομεν, "Απολλον, ώστα λεπτῶν λαλεπώτατον
ἄπασι δ' ἀργαλέα στίν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ,
υἱῷ πολὺ μᾶλλον, θυγατρί. — πρᾶγμα
χον λέγεις,
10 εὖ οἶδα.

Caecilius vero hoc in loco ridiculus magis, quam 13
personae isti, quam tractabat, aptus atque conveniens
videri maluit. Sic enim haec corrupit (v. 158 R.³):

20 Quid de illo quoque loco in utraque comoedia po- 14
sito existimari debeat, manifestum est, cuius loci haec
ferme sententia: Filia hominis pauperis in pervigilio 15
vitiata est. Ea res clam patrem fuit, et habebatur 16
pro virgine. Ex eo vitio gravida mensibus exactis 17
25 parturit. Servus bona frugi, cum pro foribus domus 18
staret et propinquare partum erili filiae atque omnino
vitium esse oblatum ignoraret, gemitum et ploratum

17 Non. IV p. 233, 11

3 ΕΛΩ ΤΙ 5 ΑΓΡΩΝΚΙ ΤΙ | ΕΚΕΙΝΕC ΤΙ | τῶν πατρῷών ἀντι-
κρδς *Spengel* (*ex parte ex 5*) πάντων τ' ἐκείνην κτήματων *Machly* ||
7 ECTIN ΤΙ 8 ΠΡΔΓΜΑ ΔΜΔΧΟ ΤΙ || 11 libro R¹ || 15 quam e(r)ro-
gas (me rogas R) ω Va! rogas? *Ribb.* || 16 quas qui R quid Sk. ||
17 ac sedi ω adsedit *Nonii H* || 18 ni(c)hil ω || 19 evomas *Cobet* ||
t(h)oris putaueris ω corr. 5 || 24 gr. <decem> s. mensibus <IX>
Hertz

audit puellae in puerperio enitentis: timet, irascitur,
 19 suspicatur, miseretur, dolet. Hi omnes motus eius
 affectionesque animi in Graeca quidem comoedia mira-
 biliter acres et illustres, apud Caecilium autem pigra
 istaec omnia et a rerum dignitate atque gratia vacua
 20 sunt. Post, ubi idem servus percontando, quod acci-
 derat, repperit, has apud Menandrum voces facit
 (*fr. 404 K.*):

10

ώ τρὶς κακοδαιίμων, ὅστις ὁν πένης γαμεῖ
 καὶ παιδοποιεῖ. ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνήρ,
 ὃς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει,
 μήτ', ἀν ἀτυχήσῃ εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου,
 ἐπαμφιέσαι δύνατο τοῦτο χρήμασιν,
 ἀλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ
 γειμαζόμενος ζῆται τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων
 15 τὸ μέρος ἀπάντων, <τῶν δέ> ἀγαθῶν οὐδὲν
 μέρος.

ὑπὲρ γὰρ ἐνὸς ἀλγῶν ἀπαντας νουθετῶ.

21 Ad horum autem sinceritatem veritatemque verborum
 an adspiraverit Caecilius, consideremus. Versus sunt 20
 hi Caecili trunca quaedam ex Menandro dicentis et
 consarcinantis verba tragicorum tumoris (*v. 169 R.³*):

25

is demum infortunatus est homo,
 pauper qui educit in egestatem liberos,
 cui fortuna et res ut est continuo patet.
 nam opulento famam facile occultat factio.

22 Amm. XXVIII 1, 4

26 Non. IV p. 304, 28

3 affectionisque ω || 5 ista h(a)ec ω || 9 γαμεῖ Stob. fl. LXVIII 4
 ANHP V || 10 παιδοποιεῖθ' Stob. || 12 ΜΗΤΑΝΑΤΙΧΗCH V ΕΙΜΗ-
 TOANATEIXHCH Σ μήτ' ἀν ἀτυχίσας Stob. | λοιπὰ Stob. || 13 ΕΠΑΜ-
 ΦΙΕΣΤΑΙΔΙΝΑΤΟ V corr. Meineke || 14 ΕΝΑΚΑΧΥΤΤΩ V || 16 τῶν
 δέ Stob. om. V | οὐδὲν μέρος Zedelius ΟΥΔΙΝΑΜΕΝΟC V Stob. (δυν.)
 οὐδέ δυάμενος Mdg. || 18 ΑΛΕΓΩΝ V λέγων Cobet || 20 adspira-
 verit] Α aspirauerat ω || 22 CONSARCIENTIS Α || 23 est inf. ω
 corr. σ infortunatust Spengel || 25 ut est] ω Seyffert utut est Rabb.¹
 nuda est Rabb.² ut sit Sk. || 26 famem R | facilem ω corr. σ

Itaque, ut supra dixi, cum haec Caecilii seorsum 22
lego, neutiquam videntur ingrata ignavaque, cum autem
Graeca comparo et contendeo, non puto Caecilium
sequi debuisse, quod assequi nequiret.

5

XXIV

De vetere parsimonia; deque antiquis legibus sumptuariis.

Parsimonia apud veteres Romanos et victus atque 1
cenarum tenuitas non domestica solum observatione
ac disciplina, sed publica quoque animadversione le-
10 gumque complurium sanctionibus custodita est. Legi 2
adeo nuper in Capitonis Atei coniectaneis (*fr. 5 H.*
6 Br.) senatus decretum vetus C. Fannio et M. Valerio
Messalla consulibus factum, in quo iubentur principes
civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutita-
15 rent, id est mutua inter sese dominia agitarent, iurare
apud consules verbis conceptis non amplius in singulas
cenas sumptus esse facturos, quam centenos vicenosque
aeris praeter olus et far et vinum, neque vino alieni-
gena, sed patriae usuros neque argenti in convivio
20 plus pondo quam libras centum inlaturos.

Sed post id senatus consultum lex Fannia lata 3
est, quae ludis Romanis, item ludis plebeis et Satur-
nalibus et aliis quibusdam diebus in singulos dies
centenos aeris insumi concessit decemque aliis diebus
25 in singulis mensibus tricenos, ceteris autem diebus
omnibus denos. Hanc Lucilius poeta legem signifi- 4
cat, cum dicit (*IV 12 M. 836 B.*):

Fanni centussis misellus.

7 ad totum caput cfr. *Macr. III 17* 14 *XVIII 2, 11 Ov.*
f. IV 353 sqq. *Fast. Praen. April. CIL I p. 316; 390* 21 sqq.
Athen. VI 108 p. 274^e *Tert. apol. 6*

4 assequiret ω *suppl. σ* || 13 ὅς principes **R** || 17 se esse *Hertz*
sese *Mms.* || 20 quam *del. Gr.* quam libras *del. Mms.* || 28 mi-
sellus] **A** -llos ω

5 In quo erraverunt quidam commentariorum in
Lucilium scriptores, quod putaverunt Fannia
lege perpetuos in omne dierum genus centenos aeris
6 statutos. Centum enim aeris Fannius constituit, sicuti
supra dixi, festis quibusdam diebus eosque ipsos dies 5
nominavit, aliorum autem dierum omnium in singulos
dies sumptum inclusit intra aeris alias tricenos, alias
denos.

7 Lex deinde Licinia rogata est, quae cum certis
diebus, sicuti Fannia, centenos aeris inpendi permi- 10
sisset, nuptiis ducentos indulxit ceterisque diebus statuit
aeris tricenos; cum et carnis aridae et salsa menti certa
pondera in singulos dies constituisse, quidquid esset
natum e terra, vite, arbore, promiseat atque indefinite
8 largita est. Huius legis Laevius poeta meminit in 15
9 Erotopaegniis. Verba Laevii haec sunt, quibus
significat haedum, qui ad epulas fuerat adlatus, dimis-
sum cenamque ita, ut lex Licinia sanxisset, pomis
oleribusque instructam (*fr. 23 B.*):

lex Licinia inquit introducitur,
lux liquida haedo redditur.

20

10 Lucilius quoque legis istius meminit in his verbis
(*IV 13 M. 837 B.*):

legem vitemus Licini.

11 Postea L. Sulla dictator, cum legibus istis situ 25
atque senio obliteratis plerique in patrimonii amplis
elluarentur et familiam pecuniamque suam prandiorum
<conviviorum> que gurgitibus proluissent, legem ad po-

9 sqq. Macr. l. l. Athen. l. l. Paul. p. 54, 2
XVI 5, 1 28 Amm. XXII 4, 5

25 sqq. Amm.

7 sumptum] A sum(p)tus ω || 10 SICVM A || 11 NVBTIS A
nuptus PR || 12 aridae] Σ Macr. autem ω || 13 constituisse] A con-
stitut sed ω || 14 natum] Σ Macr. tamen ω | promisceat qu(a)e
(-sceta q V) ω || 15 lelius ω corr. Scal. || 16 l(a)elii ω || 17 abla-
tus P || 26 plerisque ω || 28 conviviorum add. Hertz cenarum Salm.

pulum tulit, qua cautum est, ut Kalendis, Idibus, Nonis diebusque ludorum et feriis quibusdam sollemnibus sestertios trecenos in cenam insumere ius potestasque esset, ceteris autem diebus omnibus non amplius 5 tricenos.

Praeter has leges Aemiliam quoque legem in- 12 venimus, qua lege non sumptus cenarum, sed ciborum genus et modus praefinitus est.

Lex deinde Antia praeter sumptum aeris id etiam 13 sanxit, ut qui magistratus esset magistratumve capturus esset, ne quo ad cenam, nisi ad certas personas, itaret.

Postrema lex Iulia ad populum pervenit Caesare 14 Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur, Kalendis, Idibus, Nonis et aliis qui- 15 busdam festis trecenti, nuptiis autem et repotiiis se- stertii mille.

Esse etiam dicit Capito Ateius (*fr. 6 H. 7 Br.*) 15 edictum — divine Augusti an Tiberii Caesaris non satis commemini —, quo edicto per dierum varias sollemnita- 20 tes a trecentis sestertiis adusque duo sestertia sumptus cenarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuriae effervescentis aestus coerceretur.

XXV

Quid Graeci ἀναλογίαν, quid contra ἀνωμαλίαν vocent.

25 In Latino sermone, sicut in Graeco, alii ἀναλογίαν 1 sequendam putaverunt, alii ἀνωμαλίαν. Ἀναλογία 2

26 sqq. XV 9, 4 Varro 1. l. VIII 9, 23; 38, 67 X 1, 2; 3, 37; 4, 74 sqq. Cic. Tim. 4 Quint. I 6, 3 Mart. Cap. III 289 VII 794 GLK I 116, 30; 384, 15; 456, 5 IV 47, 22; 435, 15 V 47, 13; 197 22; 353, 19; 539, 22 VI 275, 16 VII 12, 7 Isid. I 27, 1 CGL II 162, 18; 339, 35 III 207, 14; 509, 54 IV 18, 37; 45 VII 146

3 tricenos ω corr. Hotomanus || 5 ternos σ || 9 ancia ω || 12 poste-
mo Β || 15 repotii (-tu Β) Ρ Β repni Β || 16 milies esse. Etiam ω
corr. Budaeus || 18 diuine Augusti] 5 diuine rue (rue Β) AVG.
(aue. Β) ω diuine nerue augusti 5 div. vero Sk. || 20 sestertia] ff ω

est similium similis declinatio, quam quidam Latine
 3 'proportionem' vocant. *Ἀνωμαλία* est inaequalitas
 4 declinationum consuetudinem sequens. Duo autem
 Graeci grammatici illustres Aristarchus et Crates
 summa ope, ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defensitavit. 5
 5 M. Varronis liber ad Ciceronem de lingua La-
 tina octavus (*p. LIV Sp.*) nullam esse observationem
 similium docet inque omnibus paene verbis consuetudi-
 nem dominari ostendit: Sicuti cum dicimus inquit
 'lupus lupi', 'probus probi' et 'lepus leporis', 10
 item 'paro paravi' et 'lavo lavi', 'pungo pupugi',
 7 'tundo tutudi' et 'pingo pinxi'. Cumque inquit
 a 'ceno' et 'prandeo' et 'poto' et 'cenatus sum'
 et 'pransus sum' et 'potus sum' dicamus, a 'de-
 stringor' tamen et 'extergeor' et 'lavor' 'de- 15
 strinxi' et 'extersi' et 'lavi' dicimus. Item cum
 dicamus ab 'Osco', 'Tusco', 'Graeco' 'Osce',
 'Tusce', 'Graece', a 'Gallo' tamen et 'Mauro'
 'Gallice' et 'Maurice' dicimus; item a 'probus'
 'probe', a 'doctus' 'docte', sed a 'rarus' non dici- 20
 tur 'rare', sed alii 'raro' dicunt, alii 'rarenter'.
 9 Inde M. Varro in eodem libro: 'Sentior' inquit
 nemo dicit et id per se nihil est, 'adsentior'
 tamen fere omnes dicunt. Sisenna unus 'ad-
 sentio' in senatu dicebat et eum postea multi 25
 secuti, neque tamen vincere consuetudinem
 10 potuerunt. Sed idem Varro in aliis libris multa

4 Varro I. l. VIII 34, 63 sqq. IX 1, 1 al. 9 sq. Varro
 l. l. VIII 38, 68 13 GLK I 262, 15; 402, 6 II 483, 23; 512, 15;
 565, 27; 573, 21 III 154, 12 V 72, 4 Anecd. H. 255, 23 15 Varro
 l. l. IX 61, 106 20 sq. GLK I 217, 14 V 517, 12 Anecd. H.
 54, 7 Non. II p. 164, 21 XI p. 515, 24 CGL VII 183 22 sqq.
 GLK I 381, 23 II 399, 12; 435, 10; 436, 3 IV 383, 19 V 233, 33;
 369, 14 24 Quint. I 5, 13 (IX 3, 7) Non. VI p. 469, 18

1 quidem R || 11 laui] R et laui PV || 15 labor ω || 20 a bis] 5
 om. ω || 21 rariter R || 22 Inde mauro ω EODEMVARRO A Idem
 M. Sk.

pro ἀναλογίᾳ tuenda scripsit. Sunt igitur ii tamquam 11 loci quidam communes contra ἀναλογίαν dicere et item rursum pro ἀναλογίᾳ.

XXVI

5 Sermones M. Frontonis et Favorini philosophi de generibus colorum vocabulisque eorum Graecis et Latinis; atque inibi color spadix cuiusmodi sit.

Favorinus philosophus, cum ad M. Frontonem 1 consularem pedibus aegrum visum iret, voluit me quo-
10 que ad eum secum ire. Ac deinde, cum ibi apud 2 Frontonem plerisque viris doctis praesentibus ser-
mones de coloribus vocabulisque eorum agitarentur,
quod multiplex colorum facies, appellationes autem
incertae et exiguae forent, 'plura' inquit 'sunt' Favo- 3
15 rinus 'in sensibus oculorum quam in verbis vocibus-
que colorum discrimina. Nam ut alias eorum incon- 4
cinnitates omittamus, simplices isti rufus et viridis
colores singula quidem vocabula, multas autem species
differentis habent. Atque eam vocum inopiam in 5
20 lingua magis Latina video, quam in Graeca. Quippe
qui 'rufus' color, a rubore quidem appellatus est, sed
cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum,
aliter crocum, <aliter aurum,> has singulas rufi varie-
25 tates Latina oratio singulis propriisque vocabulis non
demonstrat omniaque ista significat una 'ruboris' appella-
tione, cum ex ipsis rebus vocabula colorum mutuantur
et 'igneum' aliquid dicit et 'flammeum' et 'sanguineum'
et 'croceum' et 'ostrinum' et 'aureum'. 'Russus' enim 6
color et 'ruber' + nihil a vocabulo 'rufi' dicuntur neque

1 scribit PV | i RV om. P || 3 rursus PRV || 5 Sermonem ω ||
9 VISVNIRET A uisere ω || 12 que] A om. ω || 14 ptaq; R || 16 con-
cinnitates ω corr. Mms. || 17 rufi Σ [uiridis] TY uiridi ω || 23 suppl.
Gr. || 26 post cum lacunam ind. Hertz quin Mms. <nisi> cum Sk. ||
mutuetur σ || 28 russus Carrio rufus ω || 29 ruber] P (?) rubor ω ||
nihil corruptum puto, nimirum tentavi; ceteri in dicuntur (dicunt Σ)
offendunt, pro quo differunt σ didueunt Otho divertunt Baehrens
diversi dicuntur Hertz; sed vd. VI 9 lemm. VII 5, 4; 5

proprietates eius omnes declarant, ξανθὸς autem et ἐρυθρὸς et πυρός et κισσὸς et φοίνιξ habere quasdam distantias coloris rufi videntur vel augentes eum vel remittentes vel mixta quadam specie temperantes.⁵

Tum Fronto ad Favorinum: 'non infitias' inquit 'imus, quin lingua Graeca, quam tu videre elegisse, prolixior fusiorque sit quam nostra; sed in his tamen coloribus, quibus modo dixisti, denominandis non proinde 8 inopes sumus, ut tibi videmur. Non enim haec sunt sola vocabula rufum colorem demonstrantia, quae tu modo dixisti, 'russus' et 'ruber', sed alia quoque habemus plura, quam quae dicta abs te Graeca sunt: 'fulvus' enim et 'flavus' et 'rubidus' et 'poeniceus' et 'rutilus' et 'luteus' et 'spadix' appellationes sunt rufi 15 coloris aut acuentes eum quasi incendentes aut cum colore viridi miscentes aut nigro infuscantes aut vi- 9 renti sensim albo illuminantes. Nam 'poeniceus', quem tu Graece φοίνικα dixisti, et 'rutilus' et 'spadix' poenicei συνώνυμος, qui factus <e> Graeco noster 20 est, exuberantiam splendoremque significant ruboris, quales sunt fructus palmae arboris non admodum 10 sole incociti, unde spadici et poeniceo nomen est: σπάδικα enim Dorici vocant avulsum e palma termitem 11 cum fructu. 'Fulvus' autem videtur de rufo atque 25 viridi mixtus in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere. Sic poeta verborum diligentissimus (*Verg. A.*)

8 Amm. XXV 4, 17 23 III 9, 9 Prob. et Serv. g. III 81 sq.
Isid. XII 1, 49 Pollux I 244 VII 147 CGL VII 282 (Amm. XXIV
3, 12 Plut. q. symp. VIII 4, 3 p. 724 A) 25 CGL VI 475
27 GLK VII 125, 10; 272, 24

2 ΠΤΥΠΠΟC et ΠΤΥΠΠΟC ω corr. Gr. || 7 legisse ω corr. Mms. ||
12 rufus ω | rubor V rumber P || 13 quam edicta V¹ || 16 <et>
quasi Gr. | aut <minuentes aut> cum Lüssner || 19 ΦΟΙΝΙCΔ P V |
dix.] dix. noster est V || 20 e Graeco Gr. gr(a)ece ω || 21 exup. P ||
23 spadica ω || 24 δωριστή s. Δωριεῖς Hertz; fort. dorice, cfr. III 10, 1

XI 751) fulvam aquilam dicit et (*IV* 261) iaspidem,
 (*VII* 688) fulvos galeros et (*VII* 279 al.) fulvum
 aurum et (*V* 374 al.) arenam fulvam et (*II* 722 al.)
 fulvum leonem, sicque Ennius in annalibus¹²
 (fr. 495 *M.* 308 *B.*) aere fulvo dixit. 'Flavus' contra
 videtur e viridi et rufo et albo concretus: sic (*IV* 590)
 flaventes comae et, quod mirari quosdam video, fron-
 des olearum a Vergilio (*V* 309) flavae dicuntur,¹³
 sic multo ante Pacuvius (*v.* 244 *R.*³) aquam flavam
 10 dixit et fulvum pulverem. Cuius versus, quoniam
 sunt iucundissimi, libens commemini:

cédo tuum pedém <mi>, lymphis flávis fulvum
 ut púlverem
 mánibus isdem, quíbus Vlixí sáepe permulsi,
 15 ábluam
 lássitudinémque minuam mánuum mollitú-
 dine.

'Rubidus' autem est rufus atrior et nigrore multo¹⁴
 inustus, 'luteus' contra rufus color est dilutior; inde¹⁵
 ei nomen quoque esse factum videtur. Non igitur,¹⁶
 inquit 'mi Favorine, species rufi coloris plures apud
 Graecos, quam apud nos nominantur. Sed ne viridis¹⁷
 quidem color pluribus a vobis vocabulis dicitur, neque¹⁸
 non potuit Vergilius (*g. III* 82) colorem equi signi-
 ficare viridem volens caerulum magis dicere ecum quam
 25 glaucum, sed maluit verbo uti notiore Graeco, quam

5 CGL VI 456 (Serv. A. IV 261 V 309) 19 (Serv. A. VII 26
 Non. XVII p. 549, 18 Isid. XVIII 41, 2 XIX 28, 8 CGL VI 663)
 26 sqq. Serv. g. III 82 al. Cic. nat. d. I 30, 83 Donat. Ter. hec.
 III 4, 26 CGL VI 163; 164; 495

1 etiam spidem ω || 4 sic Q. σ || 5 fulva Gell. XIII 21, 14 ||
 6 ex Σ et Τ || 9 multos ω || 12 tuum Fleckeisen tum ω tamen Σ
 mi add. Peerlkamp | fuluum] Α fauum ω flauum Σ || 14 permul-
 sis ω || 16 manum ω || 18 est] Α et ω | atrore σ | nigriore Α ||
 19 iniustus Α immistus Otho | DELVTIOR Α dilucio (-tio R) ω
 indei Α unde ei ω || 25 caerulum] Α -leum ω

- 19 inusitato Latino. Nostris autem veteribus 'caesia' dicta est, quae a Graecis γλαυκῶπις, ut Nigidius (*fr. 72 Sw.*) ait, de colore caeli quasi caelia.'
- 20 Postquam haec Fronto dixit, tum Favorinus scientiam rerum uberem verborumque eius elegantiam exosculatus: 'absque te' inquit 'uno forsitan lingua profecto Graeca longe anteisset; sed tu, mi Fronto, quod in versu Homerico (*Il. XXIII 382*) est, id facis:
- 21 καί νύ κεν ἡ παρέλασσας ἡ ἀμφήριστον ἔθηκας. Sed cum omnia libens audivi, quae peritissime dixisti, tum maxime, quod varietatem flavi coloris enarrasti fecisti-que, ut intellegererem verba illa ex annali quarto decimo Ennii amoenissima, quae minime intellegebam (*409 M. 258 B.*):

verrunt extemplo placidum mare marmore 15
flavo,

caeruleum spumat mare conferta rate pulsum;

- 22 non enim videbatur caeruleum mare cum marmore
23 flavo convenire. Sed cum sit, ita ut dixisti, flavus color e viridi et albo mixtus, pulcherrime prorsus 20 spumas virentis maris 'flavom marmor' appellavit.'

XXVII

Quid T. Castricius existimarit super Sallustii verbis et Demosthenis, quibus alter Philippum descriptis, alter Sertorium.

- 1 Verba sunt haec gravia atque illustria de rege 25
Philippo Demosthenis (*de cor. 67*): 'Εώρων δ' αὐτὸν
<τὸν> Φίλιππον, πρὸς δὲ νῦν ἡμῖν δὲ γάρ, ὑπὲρ
ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν διφθαλμὸν ἐκκεκομ-
μένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος
πεπηρωμένον, πᾶν δὲ τι βουληθείη μέρος ἡ τύχη 30
τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο προτέμενον,

1 caetia (-cia **V**) **P R V** || 15 placide ω corr. *Parrhasius* || 17 mare]
sale *Prisc.* || 20 colore ω || 21 flauo ω || 25 rege atque ph. ω corr. **s** ||
27 τὸν *Dem. om. V qui OYTON* || 29 ΚΛΕΙΑΝ **V** || 31 ΠΡΟΕΙΜΕΝΟΝ **V**

ῶστε τῷ λοιπῷ μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν. Haec 2
 aemulari volens Sallustius de Sertorio duce in histo-
 riis ita scripsit (*fr. I 88 M.*): Magna gloria tri-
 bunus militum in Hispania T. Didio imperante,
 5 magno usui bello Marsico paratu militum
 et armorum fuit, multaque tum ductu eius
 <iussu>que patrata primo per ignobilitatem,
 deinde per invidiam scriptorum celata sunt,
 quae vivus facie sua ostentabat aliquot adver-
 10 sis cicatricibus et effosso oculo. Quin ille de-
 honestamento corporis maxime laetabatur
 neque illis anxius, quia reliqua gloriosius
 retinebat.

De utriusque his verbis T. Castricius cum iudi- 3
 15 caret, 'nonne' inquit 'ultra naturae humanae modum
 est dehonestamento corporis laetari? siquidem laetitia
 dicitur exultatio quaedam animi gaudio efferventior
 eventu rerum expetitarum. Quanto illud sinceriusque 4
 et humanis magis condicionibus conveniens: πᾶν ὁ τι
 20 ἄν βουληθεῖ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρε-
 λέσθαι, τοῦτο προτέμενον. Quibus verbis' inquit 5
 'ostenditur Philippus non, ut Sertorius, corporis deho-
 nestamento laetus, quod est' inquit 'insolens et inmo-
 dicum, sed p[re] studio laudis et honoris iacturarum

3 sqq. Plut. Sert. 4

10 Tac. h. IV 13

3 trib. mil.] **A** tribus milibus ω || 4 T. om. **A** || 5 usui] **A**
 usi ω || 7 iussu add. Hertz manu Linker | patrata Dietsch raptā ω
 parta Hertz eius peracta Maehly coerata Carrio || 8 celebrata ω
 corr. Ciacconiincelebrata JGr.; an obumbrata s. oblitterata? ||
 9 faciem suam ω corr. Carrio (qui eminus f.) || 10 quin Dietsch
 (illo) quid ω || 12 neque i. anxius ante quin posuit Mauren-
 brecher || 14 titus ω || 16 letari quid sit leticia (leticun//) **V**
 letari ex leticuri **B**? ω corr. σ || 18 euentum ω | an sincerius <sim-
 plicium>que s. <verius>que? cfr. 23, 21 III 19, 5 || 19 conditio-
 nibus Gr. communibus ω comm. <sensibus> Hertz rationibus
 Carrio || 24 sed] est **A**

damnorumque corporis contemptor, qui singulos artus suos fortunae prodigendos daret quaestu atque compendio gloriarum.'

XXVIII

Non esse compertum, cui deo rem divinam fieri oporteat, cum 5 terra movet.

- 1 Quaenam esse causa videatur, quamobrem terrae tremores fiant, non modo his communibus hominum sensibus opinionibusque compertum, sed ne inter physicas quidem philosophias satis constitut, ventorumne 10 vi accidunt specus hiatusque terrae subeuntium an aquarum subter in terrarum cavis undantium pulsibus fluctibusque, ita uti videntur existimasse antiquissimi Graecorum, qui Neptunum *σεισίχθονα* appellaverunt, an cuius aliae rei causa alteriusve dei vi ac numine, 15 nondum etiam, sicuti diximus, pro certo creditum.
 2 Propterea veteres Romani cum in omnibus aliis vitae officiis tum in constituendis religionibus atque in dis inmortalibus animadvertisendi castissimi cautissimique, ubi terram movisse senserant nuntiatumve erat, ferias 20 eius rei causa edicto imperabant, sed dei nomen, ita uti solet, cui servari ferias oporteret, statuere et edicere quiescebant, ne alium pro alio nominando falsa 3 religione populum alligarent. Eas ferias si quis polluisset piaculoque ob hanc rem opus esset, hostiam 25 'si deo, si deae' immolabant, idque ita ex decreto pontificum observatum esse M. Varro dicit (*fr. 1 p. CLIIIM.*),

7 sqq. Suet. fr. 159 R. Serv. g. II 479 Amm. XVII 7, 9
 14 Amm. l. l. 12 Sen. n. q. VI (5 sqq.;) 23, 4 26 (Cato r. r. 139
 Macr. III 9, 7 CIL I 194; 632; 1114)

2 prodig.] **A** producendos ω || 3 gl.] **A** atque gloriarum ω ||
 8 tremores] **A** mores ω || 9 incompl. Sk. || 10 ueniorumne **PV** uer-
 uorumne **R** || 11 accidunt] **A** accidat ω || 12 aq.] **A** aptarum ω |
 aq. subterranearum in c. *Veen* | pulsibusque ω || 21 cause dicto
 impetrabat ω corr. 5 || 25 remotus ω corr. *Lipsius*

quoniam, et qua vi et per quem deorum dearumve terra tremeret, incertum esset.

Sed de lunae solisque defectionibus non minus in 4 eius rei causa reperienda sese exercuerunt. Quippe 5 M. Cato, vir in cognoscendis rebus multi studii, incerta tamen et incuriose super ea re opinatus est. Verba Catonis ex originum quarto haec sunt 6 (*fr. 77 P.*): Non lubet scribere, quod in tabula apud pontificem maximum est, quotiens annona 10 cara, quotiens lunae aut solis lumine caligo aut quid obstiterit. Vsque adeo parvi fecit rationes 7 veras solis et lunae deficientium vel scire vel dicere.

XXIX

Apologus Aesopi Phrygis memoratu non inutilis.

15 Aesopus ille e Phrygia fabulator haut inmerito 1 sapiens existimatus est, cum, quae utilia monitu sua- suque erant, non severe neque imperiose praecipit et censuit, ut philosophis mos est, sed festivos delecta- bilesque apologos commentus res salubriter ac pro- 20 spicenter animadversas in mentes animosque hominum cum audiendi quadam inlecebra induit. Velut haec 2 eius fabula de aviculae nidulo lepide atque iucunde promonet spem fiduciamque rerum, quas efficere quis possit, haut umquam in alio, set in semetipso haben- 25 dam. 'Avicula' inquit 'est parva, nomen est cassita.³ Habitat nidulaturque in segetibus id ferme temporis,⁴ ut appetat messis pullis iam iam plumantibus. Ea 5 cassita in sementes forte congesserat tempestiviores; propterea frumentis flavescentibus pulli etiam tunc in-

15 sqq. Aesop. 210 H. = Babr. 88 Avian. 21

3 minus *<inprospere>* *Hertz* || 8 iubet **P** lubeis **V** || 11 *<aliut>* quid *Teuffel* || 19 commementus **PV** || 21 indit *Mms.* || 23 praemonet **σ** || 24 alios et (sed **B**) **ω** | semetipsos **V** || 28 concesserat **ω** corr. *Titius* || 29 flauentibus **P**

6 volucres erant. Dum igitur ipsa iret cibum pullis
 quaesitum, monet eos, ut, si quid ibi rei novae fieret
 diceretur, animadverterent idque uti sibi, ubi redisset,
 7 nuntiarent. Dominus postea segetum illarum filium
 adulescentem vocat et 'videsne' inquit 'haec ematuru- 5
 isse et manus iam postulare? idcirco die crastini, ubi
 primum diluculabit, fac amicos eas et roges, veniant
 operamque mutuam dent et messim hanc nobis ad-
 8 iuvent'. Haec ubi ille dixit, et discessit. Atque ubi
 redit cassita, pulli tremibundi, trepiduli circumstrepere 10
 orareque matrem, ut iam statim properet inque alium
 locum sese asportet: 'nam dominus' inquiunt 'misit,
 qui amicos roget, uti luce oriente veniant et metant'.
 9 Mater iubet eos otioso animo esse: 'si enim dominus'
 inquit 'messim ad amicos reicit, crastino seges non 15
 metetur neque necessum est, hodie uti vos auferam.'
 10 Die, inquit, postero mater in pabulum volat. Domi-
 nus, quos rogaverat, opperitur. Sol fervit, et fit nihil;
 11 it dies, et amici nulli eunt. Tum ille rursum ad filium:
 'amici isti magnam partem' inquit 'cessatores sunt. 20
 Quin potius imus et cognatos adfinesque nostros ora-
 mus, ut assint cras temperi ad metendum?' Itidem
 12 hoc pulli pavefacti matri nuntiant. Mater bortatur, ut
 tum quoque sine metu ac sine cura sint; cognatos
 adfinesque nulos ferme tam esse obsequibiles ait, ut 25
 ad laborem capessendum nihil cunctentur et statim
 dicto oboediant: 'vos modo' inquit 'adverte, si modo
 13 quid denuo dicetur'. Alia luce orta avis in pastum
 profecta est. Cognati et adfines operam, quam dare
 14 rogati sunt, supersederunt. Ad postremum igitur domi- 30

1 Cum **RV** | pusillis **V** || 3 cum rediret **R** || 6 crastina **P** ||
 7 adeas ς eas ut *Goldbacher* || 9 et om. ς || 10 trem.] **A** om. ω ||
 13 metiant **A** sic *saepius* || 14 ot. an.] **A** animo ot. **P** amotu
 ociosos **VR** || 16 necessum] **A** -esse ω || 17 inquit] **A** igitur ω ||
 19 it *Gr.* et ω || eunt] **A** erant ω || 21 adfines amicosque ω amicos
 del. *Hertz* adf. vicinosque ς || 27 modo alt. del. *LMueller* || 29 malim
 opera (s. -rae) cfr. X 14, 1

nus filio: 'valeant' inquit 'amici cum propinquis. Afferes primo luci falces duas; unam egomet mihi et tu tibi capies alteram, et frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metemus'. Id ubi ex pullis dixisse dominum mater 15 audavit: 'tempus' inquit 'est cedendi et abeundi; fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. In ipso enim iam vertitur, cuia res est, non in alio, unde petitur'. Atque ita cassita nidum migravit, seges a domino de-16 messa est.'

10 Haec quidem est Aesopi fabula de amicorum et 17 propinquorum levi plerumque et inani fiducia. Sed 18 quid aliud sanctiores libri philosophorum monent, quam ut in nobis tantum ipsis nitamur, alia autem 19 omnia, quae extra nos extraque nostrum animum sunt,

15 neque pro nostris neque pro nobis ducamus? Hunc 20 Aesopi apogorum Q. Ennius in satiris (*fr. 82 M.* 481 B.) scite admodum et venuste versibus quadratis composuit. Quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi et memoriae operae pretium esse hercule puto:

20 hōc erit tibi árgumentum sémper in promptú situm:

né quid expectés amicos, quód tute agere pōssies.

XXX

25 Quid observatum sit in undarum motibus, quae in mari alio atque alio modo fiunt austris flantibus aquilonibusque.

Hoc saepenumero in undarum motu, quas aquilones 1 venti quique ex eadem caeli regione aer fluit, faciunt *** in mari austri atque africi. Nam fluctus, qui flante 2

27 sqq. (Theophr. de vent. (V) 6, 35 Plin. II 47, 128)

2 primo luci] P prima luce ω || 7 non aliunde TY || 13 uti nobis Btl. || 15 pro bonis Vogel || 16 Q.] qu(a)e ω || 20 hec P¹V | promptu] T prom(p)tum ω || 22 neq; exsp. R | tu agere possis ω corr. Fruter. ag. tu quod possies LMueller || 29 hoc loco hiatum indicat Mms.

aquilone maximi et creberrimi excitantur, simul ac ventus posuit, sternuntur et conflaccescunt et mox fluctus esse desinunt. At non idem fit flante austro vel africo; quibus iam nihil spirantibus undae tamen factae diutius tument, et a vento quidem iamdudum 5 tranquilla sunt, sed mare est etiam atque etiam undabundum. Eius rei causa esse haec conjectatur, quod venti a septentrionibus ex altiore caeli parte in mare incidentes deorsum in aquarum profunda quasi precipites deferuntur undasque faciunt non prorsus in- 10 pulsas, sed imitus commotas, quae tantisper erutae volvuntur, dum illius infusi desuper spiritus vis manet. 5 Austri vero et africi ad meridianum orbis circulum et ad partem axis infimam depressi inferiores et humiles per supraea aequoris eentes protrudunt magis 15 fluctus quam eruunt, et idecirco non desuper laesae, sed propulsae in adversum aquae etiam desistente flatu 6 retinent aliquantisper de pristino pulsu impetum. Id autem ipsum, quod dicimus, ex illis quoque Homericis versibus, si quis non incuriose legat, adminicu- 20 7 lari potest. Nam de austri flatibus ita scripsit (*Od. III 295*):

ἐνθα νότος μέγα κῦμα ποτὶ σκαιὸν φίον ὀθεῖ,

8 contra autem de borea, quem 'aquilonem' nos appellamus, alio dicit modo (*Od. V 296*): 25

καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

9 Ab aquilonibus enim, qui alti supernique sunt, fluctus excitatos quasi per prona volvi dicit, ab austris autem, his qui humiliores sunt, maiore vi quadam propelli

2 sternunt R || 6 tranquillae *Beroald.* tr. unda mare *Mms.* ||
 11 initus P² | erutate R || 13 aut V || 15 euntis ω || 17 desistent efflato (et fl. P. R.) ω || 19 ex] et R || 23 METΔKYTTIONTICKΔY-
 ONPEIONΩCΘΕΙ V versus *Homericos praeter primas litteras om. P*
Ḡ ut solet R || 28 excitatus ω | autem] enim V || 29 iis, qui σ |
vi] σ ut ω

sursum atque subici. Id enim significat verbum ὥθετι, 10
sicut alio in loco (*Od. XI 596*):

λᾶαν ἄνω ὥθεσκε ποτὶ λόφον.

Id quoque a peritissimis rerum philosophis obser- 11
vatum est austris spirantibus mare fieri glaucum et
caeruleum, aquilonibus obscurius atriusque. Cuius rei
causam, cum Aristotelis libros problematorum
(*XXVI 37*) praecerperemus, notavi.

1 sursum σ rursum ω || 3 ΩΘΕΚΕ ΟΠΘΙ ΥΟΛΟΝ Τ || 8 prae-
cerperemus R

A. GELLII

NOCTIVM ATTICARVM LIBER TERTIVS

I

Quaesitum atque tractatum, quam ob causam Sallustius avaritiam dixerit non animum modo virilem, sed corpus quoque ipsum effeminare.

1 Hieme iam decedente apud balneas Titias in area 5
subcalido sole cum Favorino philosopho ambulabamus, atque ibi inter ambulandum legebatur Catilina
Sallustii, quem in manu amici conspectum legi ius-
2 serat. Cumque haec verba ex eo libro (*XI 3*) lecta
essent: Avaritia pecuniae studium habet, quam 10
nemo sapiens concupivit; ea quasi venenis
malis inbuta corpus animumque virilem effe-
minat, semper infinita et insatiabilis est, neque
3 copia neque inopia minuitur, tum Favorinus me
aspiciens 'quo' inquit 'pacto corpus hominis avaritia 15
effeminat? quid enim istuc sit, quod animum virilem ab
ea effeminari dixit, videor ferme assequi; set quonam
modo corpus quoque hominis effeminet, nondum re-
4 perio.' 'Et ego' inquam 'longe iamdiu in eo ipse

11 Non. XII p. 521, 16

5 stitias (-cias **PV**) ~~ω~~ corr. *Lipsius* || 10 & pecunia & **P** ||
13 et *om. codd. Sall.* || 17 set *om. R* || 19 Et *om. R* | longe diu
nec ipse q. fuit **R**

quaerendo fui ac, nisi tu occupasses, ultro te hoc
rogassem.'

Vix ego haec dixeram cunctabundus, atque inibi 5
quispiam de sectatoribus Favorini, qui videbatur esse
in litteris veterator, 'Valerium' inquit 'Probum
audivi haec dicere usum esse Sallustium circumlocu-
tione quadam poetica et, cum dicere vellet hominem
avaritia corrumpi, corpus et animum dixisse, quae
duae res hominem demonstrarent; namque homo ex
10 anima et corpore est.' 'Numquam,' inquit Favorinus 6
'quod equidem scio, tam importuna tamque audaci ar-
gutia fuit noster Probus, ut Sallustium, vel sub-
tilissimum brevitatis artificem, periphrasis poetarum
facere diceret.'

15 Erat tum nobiscum in eodem ambulacro homo 7
quispiam sane doctus. Is quoque a Favorino roga-
tus, ecquid haberet super ea re dicere, huiuscemodi 8
verbis usus est: 'Quorum' inquit 'avaritia mentem 9
tenuit et corrupit quique sese quaerundae undique
20 pecuniae dediderunt, eos plerosque tali genere vitae
occupatos videmus, ut sicuti alia in his omnia p[re]a-
pecunia, ita labor quoque virilis exercendique corporis
studium relictui sit. Negotiis enim se plerumque um- 10
braticis et sellulariis quaestibus intentos habent, in
25 quibus omnis eorum vigor animi corporisque elan-
guescit et, quod Sallustius ait, 'effeminatur'.'

Tum Favorinus legi denuo verba eadem Sallu- 11
stii iubet atque, ubi lecta sunt, 'quid igitur' inquit
'dicimus, quod multos videre est pecuniae cupidos et
30 eosdem tamen corpore esse vegeto ac valenti?' Tum 12
ille ita respondit: 'Respondes non hercle inscite. Quis-

11 Amm. XXIV 7, 1

19; 23 sq. Amm. XXX 4, 15; 20

1 nisi si V || 4 fauor iniqui ω || 17 eo quid haret ω corr. σ |
diceret ω corr. σ || 18 auaritiam tenuit (ienuit V -tia intenuit B) ω
suppl. Dziatko Quos . . minuit ξ iniuit Gebhard || 19 qu(a)erunda
und. (und. om. P) pec(c)unia ω corr. Hertz (Gr.) || 31 respondis ω

quis' inquit 'est pecuniae cupiens et corpore tamen est bene habito ac strenuo, aliarum quoque rerum vel studio vel exercitio eum teneri necessum est atque 13 in sese colendo non aequa esse parcum. Nam si avaritia sola summa omnes hominis partes affectionesque occupet et si ad incuriam usque corporis grassetur, ut per illam unam neque virtutis neque virium neque corporis neque animi cura adsit, tum denique id vere dici potest effeminando esse et animo et corpori, qui 14 neque sese neque aliud current, nisi pecuniam.' Tum 10 Favorinus: 'aut hoc,' inquit 'quod dixisti, probabile est, aut Sallustius odio avaritiae plus, quam potuit, eam criminatus est.'

II

Quemnam esse natalem diem M. Varro dicat, qui ante noctis 15 horam sextam postve eam nati sunt; atque inibi de temporibus terminisque dierum, qui civiles nominantur et usque-quaque gentium varie observantur; et praeterea quid Q. Mucius scripsiterit super ea muliere, quae a marito non iure se usurpavisset, quod rationem civilis anni non habuerit. 20

1 Quaeri solitum est, qui noctis hora tertia quartave sive qua alia nati sunt, uter dies natalis haberit appellarique debeat, isne, quem nox ea consecuta est, an qui 2 dies noctem consecutus est. M. Varro in libro rerum humanarum, quem de diebus scripsit (*XIII 25 fr. 2 Mi.*): homines, inquit qui inde a media nocte ad proximam mediam noctem in his horis viginti quattuor nati sunt, uno die nati di-

21 Totum caput transsumpsit Macr. I 3, 2

2 habuitο ω || 3 necesse R || 5 summas P² || 7 neque corp. n. an. del. Hertz || 9 effeminato R | corpore ω corr. Gr. | <si> qui HJMuller || 12 oportuit Scrivenerius, an par fuit? || 17 deorum ω || 19 quae a Erbius quia ω quam maritus (se om.) σ || 24 est om. R || 26 inde a Hertz in ω ex Macr. | nocte nascuntur ad R || 27 in om. Macr. || 28 una R

cuntur. Quibus verbis ita videtur dierum observatio- 3
nem divisisse, ut qui post solem occasum ante medium
noctem natus sit, is ei dies natalis sit, a quo die ea
nox cooperit; contra vero, qui in sex noctis horis
5 posterioribus nascatur, eo die videri natum, qui post
eam noctem diluxerit.

Athenienses autem aliter observare idem Varro in 4
eodem libro (*XIII fr. 3 Mi.*) scripsit eosque a sole
occaso ad solem iterum occidentem omne id medium
10 tempus unum diem esse dicere. Babylonios porro 5
aliter; a sole enim exorto ad exortum eiusdem incipien-
tem totum id spatium unius diei nomine appellare;
multos vero in terra Vmbria unum et eundem diem 6
esse dicere a meridie ad insequentem meridiem; quod
15 quidem inquit nimis absurdum est. Nam qui
Kalendis hora sexta apud Vmbros natus est,
dies eius natalis videri debebit et Kalendarum
dimidiarum et qui est post Kalendas dies ante
horam eius diei sextam.

20 Populum autem Romanum ita, uti Varro dixit, 7
dies singulos adnumerare a media nocte ad medium
proximam multis argumentis ostenditur. Sacra sunt 8
Romana partim diurna, alia nocturna; sed ea, quae
inter noctem fiunt, diebus addicuntur, non noctibus;
25 quae igitur sex posterioribus noctis horis fiunt, eo die 9
fieri dicuntur, qui proximus eam noctem inlucescit.
Ad hoc ritus quoque et mos auspicandi eandem esse 10
observationem docet: nam magistratus, quando uno
die eis auspicandum est et id, super quo auspicaverunt,

7 sqq. Serv. A. V 738 (Gellio nominato) Plin. II 77, 188 Suet.
fr. 113 R. Censorin. XXIII 3 sqq. Isid. V 30, 4 Lydus mens. II 1 (2)
Beda de die 3 (Mign. 90, 279; 313) 20 sqq. l. l. Serv. A. VI
255 X 216 (Plut. quaest. Rom. 84) Dig. II 12, 8

5 nascitur **R** *Macr.* | videatur natus *Macr.* | postea **PV** || 12 die
in homine **PV** || 18 dimidiatus *Macr.* dimidium *Sk.* || 19 eius-
dem σ || 24 abdicuntur **P** || 26 lucescit **R**

agendum, post medium noctem auspicantur et post meridiale solem agunt, auspicatique esse et egressus 11 eodem die dicuntur. Praeterea tribuni plebei, quos nullum diem abesse Roma licet, cum post medium noctem proficiscuntur et post primam facem ante 5 medium sequentem revertuntur, non videntur afuisse unum diem, quoniam ante horam noctis sextam regressi parte aliqua illius in urbe Roma sunt.

12 <Q.> quoque Mucium iureconsultum (*fr. 7 H. iur. civ. IV 2 Br.*) dicere solitum legi non esse usurpatam 10 mulierem, quae, cum Kalendis Ianuariis apud virum matrimonii causa esse coepisset, ante diem IV. Kalendas 13 Ianuarias sequentes usurpatum isset: non enim posse impleri trinoctium, quod abesse a viro usurpandi causa ex duodecim tabulis (*VI 4*) deberet, quoniam tertiae 15 noctis posterioris sex horae alterius anni essent, qui inciperet ex Kalendis.

14 Ista autem omnia de dierum temporibus et finibus ad observationem discipulinamque iuris antiqui pertinientia cum in libris veterum inveniremus, non dubitabamus, quin Vergilius quoque id ipsum ostenderit, non exposite atque aperte, sed, ut hominem decuit poeticas res agentem, recondita et quasi opera veteris ritus significatione (*A. V 738*):

15 torquet inquit medios nox umida cursus, 25
et me saevus equis oriens afflavit anhelis.

3 sqq. XIII 12, 9 Dion. Hal. VIII 87 Serv. A. V 738 al.
9 sqq. Gai. I 111 21 sqq. Serv. A. V 738

1 <cum> post *Puteanus* || 2 meridiale (medium *Otho*) solem agunt *Hertz* meridiem solem agnum (sole magnum **V**) ω exortum solem agunt *Macr.* solem magnum agunt (mer. del.) *Hagen* post primum solem *Sk.* || 3 et (*om. Macr.*) eodem ω || 4 diem integrum *Macr.* || 6 medium noctem seq. *Macr.* | affuisse **PR¹V** || 7 unum *om. Macr.* || 9 Q. add. 5 *Macr.* || 10 lege codd. *Macr.* legi: lege *Pontanus* | isse usurpatum fort. *Macr.* || 15 <non> deberet *Thysius* || 16 posteriores *Macr.* || 17 inciperent **VP** || 18 Iste **PR** istaec 5 || 19 ad *om. PR* | discipuli namque ω || 23 recondite **R** | aperta ω || 25 media ω

His enim versibus oblique, sicuti dixi, admonere voluit 16
diem, quem Romani 'civilem' appellaverunt, a sexta
noctis hora oriri.

III

5 De noscendis explorandisque Plauti comoediis, quoniam promisce
verae atque falsae nomine eius inscriptae feruntur; atque
inibi, quod Plautus et Naevius in carcere fabulas scriptitarint.

Verum esse comperior, quod quosdam bene litteratos 1
homines dicere audivi, qui plerasque Plauti comoedias
10 curiose atque contente lectitarunt, non indicibus Aelii
(*p. 36, 16 Me.*) nec Sedigit nec Claudi nec Aurelii
nec Accii nec Manilii super his fabulis, quae dicuntur
'ambiguae', crediturum, sed ipsi Plauto moribusque
ingenii atque linguae eius. Hac enim iudicii norma 2
15 Varronem quoque usum videmus. Nam praeter illas 3
unam et viginti, quae 'Varronianae' vocantur, quas
idecirco a ceteris segregavit, quoniam dubiosae non
erant, set consensu omnium Plauti esse censebantur,
quasdam item alias probavit adductus filo atque facetia
20 sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus
aliorum occupatas Plauto vindicavit, sicuti istam,
quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia. 4
Nam cum in illis una et viginti non sit et esse Aquili
dicatur, nihil tamen Varro dubitavit, quin Plauti
25 foret, neque aliis quisquam non infrequens Plauti
lector dubitaverit, si vel hos solos ex ea fabula versus
cognoverit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti more
dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et
ascrispsimus. Parasitus ibi esuriens haec dicit (*Plauti* 5
30 *fr. v. 21 G. Aquil. v. 1 R.³*):

15 sqq. Macr. II 1, 11

7 plautus in pistrinum (pistrino σ) 5 | scriptitarent Ρ ||
10 lectitarit Gr. || 11 sedigitii (-cii ΡV) ω || 13 creditorum ω
corr. Gr. credituros 5 || 19 probabit ω || 23 Atilii Popma || 26 siue
hos ω corr. σ || 27 ipsius Scioppius illis Mdg. | Plauti om. σ

ut illúm di perdant, prímus qui horas rép-
perit,
quiique ádeo primus státuit hic solárium!
qui míhi comminuit mísero articulatím diem.
nam † me pueró vénter erat solárium
multo ómnium istorum óptimum et veríssi-
mum:
ubivís monebat ésse, nisi cum níhil erat.
nunc étiam quod est, non éstur, nisi solí libet;
itaque ádeo oppletum est óppidum soláriis, ⁵
maiór pars populi *(iam)* áridi reptánt fame.

6 Favorinus quoque noster, cum Nervulariam Plauti legerem, quae inter incertas habita est, et audisset ex ea comoedia versum hunc (*v. 100 G.*):

scrattáe, scrupedae, stríttivillae sórdidae, ¹⁵

delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantum: 'vel unus hercle' inquit 'hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse'.

7 Nos quoque ipsi nuperrime, cum legeremus Fre- ²⁰ tum — nomen est id comoediae, quam Plauti esse quidam non putant —, haut quicquam dubitavimus, quin ea Plauti foret, et omnium quidem maxime

5 sqq. Amm. XXIII 6, 77
1. l. VII 3, 65

15 Non. II p. 169, 9 Varro

5 *<unum>* me Hertz *<olim>* me Ritschl puerulo *Btl.* | ueter erat **R** ueteterat **P** || 8 ubi iste ω corr. Ribb. ubi is te m. esses Leo ubiubi iste σ usque is Goetz iuste Buecheler, versum excidiisse putat CFWMueller | quom nil vulgo || 9 quid **R** quom Bothe | estur σ est ω || 10 iam oppl. ω vd. v. 11 iam oppl. opp. est Hermann || 11 popli pars Bothe | iam add. Hertz, ex v. 10 huc traxit Fleckeisen at add. Seyffert *<ut>* a. reptent Ritschl | arida Hertz ex Amm. XIX 8, 8 || 15 sacrate **V** | scrupipeda COMueller | tantulæ Varro || 16 facetia ω corr. 5 || 20 ipse ω | Feretrum Ritschl

genuina. Ex qua duo hos versus exscripsimus, ut 8
historiam quaereremus oraculi Arretini (*v. 76 G.*):

nunc illud est, quod † Arretini responsum
ludis magnis dicitur:

5 períbo, si non fécero, si fáxo, vapulábo.

M. tamen Varro in libro de comoediis Plau- 9
tinis primo (*fr. p. 193 Bip.*) Accii (*did. fr. inc. 3 M.*
fr. 20 B.) verba haec ponit: Nam nec Geminei
lenones nec Condalium nec Plauti Anus nec
10 Bis compressa nec Boeotia umquam fuit
neque adeo Agroecus neque Commorientes
Macci Titi.

In eodem libro Varronis id quoque scriptum 10
et Plautium fuisse quempiam poetam comoediarum.
15 Quoniam fabulae *⟨eae⟩* 'Plauti' inscriptae forent, ac-
ceptas esse quasi Plautinas, cum essent non a Plauto
Plautinae, sed a Plautio Plautianae.

Feruntur autem sub Plauti nomine comoediae 11
circiter centum atque triginta; sed homo eruditissimus 12
20 L. Aelius (*p. 36, 14 Me.*) quinque et viginti eius esse
solas existimavit. Neque tamen dubium est, quin istaec, 13
quae scriptae a Plauto non videntur et nomini eius
addicuntur, veterum poetarum fuerint et ab eo retrac-
tatae *⟨et⟩* expolitae sint ac propterea resipiant stilum
25 Plautinum. Sed enim Saturionem et Addictum 14
et tertiam quandam, cuius nunc mihi nomen non sub-
petit, in pistrino eum scripsisse Varro et plerique
alii memoriae tradiderunt, cum pecunia omni, quam in

18 Serv. vit. Verg. p. 4 Th.

27 sqq. Suet. fr. 7 R.

3 responsum Arreti *Leo Arretinis* quod resp. l. *Fleckensei*
quod dicitur resp. lud. m. (*Arr. om.*) *Sk. II 4* magis ω corr. σ
del. Goetz || 6 Marcus ω || 8 cfr. *Leo, Plaut. Forsch.* p. 32 *Vahlen*,
ind. lect. aest. Berol. 1901 || 9 leones ω | plauta anus *Baehrens* ||
12 in. accii (actii V) titi ω || 15 *⟨cuius⟩* quoniam σ | eae add.
Hertz | *⟨Plautii illius⟩* *Pl. Sk. (JGr.)* || 20 l(a)elius ω || 21 istae P
ista h' (ec ss.) R || 24 et add. *Carrio*

operis artificum scaenicorum pepererat, in mercatibus perdita inops Romam redisset et ob quaerendum vietum ad circumagendas molas, quae 'trusatiles' appellantur, operam pistori locasset.

- 15 Sicuti de Naevio quoque accepimus fabulas eum 5 in carcere duas scripsisse, Hariolum et Leontem, cum ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis de Graecorum poetarum more dicta in vincula Romae a triumviris coniectus esset. Vnde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his, quas supra 10 dixi, fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.

IV

Quod P. Africano et aliis tunc viris nobilibus ante aetatem senectam barbam et genas radere mos patrius fuit. 15

- 1 In libris, quos de vita P. Scipionis Africani compositos legimus, scriptum esse animadvertisimus P. Scipioni, Pauli filio, postquam de Poenis triumphaverat censorque fuerat, diem dictum esse ad populum a Claudio Asello tribuno plebis, cui equum in censura 20 ademerat, eumque, cum esset reus, neque barbam desisse radi neque candida veste uti neque fuisse cultu 2 solito reorum. Sed cum in eo tempore Scipionem minorem quadraginta annorum fuisse constaret, quod 3 de barba rasa ita scriptum esset, mirabamur. Comperi- 25 mus autem ceteros quoque in isdem temporibus nobiles viros barbam in eiusmodi aetate rasitavisse, idcircoque plerasque imagines veterum, non admodum senum, sed in medio aetatis, ita factas videmus.

2 Amm. XIV 11, 31 (Archiv f. Lex. I p. 169) 7 Amm.
XXX 4, 16 25 sqq. Varro r. r. II 11, 10 (Plin. VII 59, 211)

16 libros V¹ om. R || 18 scipionis ω || 20 cui] cum RV ||
21 cum] P² tum ω || 22 neque non cand. ω non del. Gr. | cultus ω ||
24 maiorem Perizonius minorem maiorem Hertz || 25 esse ω ||
27 que om. V

V

Deliciarum vitium et mollities oculorum et corporis ab Arcesila
philosopho cuidam obprobriata acerbe simul et festiviter.

Plutarchus (*sympos. VII 5, 3 de tuend. san. 7*) refert 1
5 Arcesilaum philosophum vehementi verbo usum esse
de quodam nimis delicato divite, qui incorruptus tamen
et a stupro integer dicebatur. Nam cum vocem eius 2
infractam capillumque arte compositum et oculos ludi-
bundos atque inlecebrae voluptatisque plenos videret:
10 'nihil interest,' inquit 'quibus membris cinaedi sitis,
posterioribus an prioribus'.

VI

De vi atque natura palmae arboris, quod lignum ex ea pon-
deribus positis renitatur.

15 Per hercle rem mirandam Aristoteles in sep-1
timo problematorum (*fr. 229 VR.*) et Plutarchus
in octavo symposiacorum (4, 5) dicit. 'Si super 2
palmae' inquiunt 'arboris lignum magna pondera in-
ponas ac tam graviter urgeas oneresque, ut magnitudo
20 oneris sustineri non queat, non deorsum palma cedit
nec intra flectitur, sed adversus pondus resurgit et
sursum nititur recurvaturque'; 'propterea' inquit Plu-3
tarchus 'in certaminibus palmam signum esse placuit
victoriae, quoniam ingenium ligni eiusmodi est, ut
25 urgentibus opprimentibusque non cedat.'

17 sqq. Xen. Cyrop. VII 5, 11 Theophr. h. pl. V 6, 1 Strab.
XV 3, 10 p. 731 Plin. XVI 42, 223

2 artesila ω -lao σ || 5 uerbo lusum ex uerbosum R || 7 uestem
R || 16 problematum R¹ || 19 tamen ω corr. ξ || 20 arboris oneris R ||
21 in terra TY introfl. Falster

VII

Historia ex annalibus sumpta de Q. Caedicio tribuno militum;
verbaque ex originibus M. Catonis apposita, quibus Caedici
virtutem cum Spartano Leonida aequiperat.

- 1 Pulcrum, dii boni, facinus Graecarumque facundiarum magniloquentia condignum M. Cato libris originum (*fr. 83 P.*) de Q. Caedicio tribuno militum scriptum reliquit.
- 2.3 Id profecto est ad hanc ferme sententiam: Imperator Poenus in terra Sicilia bello Carthaginiensi primo 10 obviam Romano exercitu progreditur, colles locosque 4 idoneos prior occupat. Milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant fraudi et pernicie obnoxium. 5 Tribunus ad consulem venit, ostendit exitium de loci 6 importunitate et hostium circumstantia maturum. 'Censo,' inquit 'si rem servare vis, faciendum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam' — sic enim Cato locum editum asperumque appellat — 'ire iubeas, eamque uti occupent, imperes horterisque; hostes profecto ubi id viderint, fortissimus quisque et promptissimus ad occursandum pugnandumque in eos praevertentur unoque illo negotio sese alligabunt, atque illi 7 omnes quadringenti procul dubio obtruncabuntur. Tunc interea occupatis in ea caede hostibus tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. Alia nisi haec 25 salutis via nulla est.' Consul tribuno respondit con-

5 sqq. Liv. epit. 17 XXII 60, 11 Sen. ep. 82, 22 Plin. XXII 6, 11 Frontin. I 5, 15 = IV 5, 10 Flor. I 18, 13 Ampel. XX 5 Oros. IV 8, 1 Zonar. VIII 12 Aur. Vict. v. ill. 39 15 sqq. Non. II p. 187, 20 24 sq. I 7, 9

6 maligniloq. R || 10 terram (*ex -ra*) siciliam P | bella RV || 11 exercitui P || 16 trecentos Liv. alii || 19 occupem R || 24 et ex. V || 26 cons. quidem istuc (q. ist. om. R) quidem atque RV consultum istuc q. atque Bergk

silium quidem istud aequa providens sibi viderier; 'sed istos' inquit 'milites quadringentos ad eum locum in hostium cuneos quisnam erit, qui ducat?' 'Si alium' 9
 inquit tribunus 'neminem reperis, me licet ad hoc
 5 periculum utare; ego hanc tibi et reipublicae animam
 do.' Consul tribuno gratias laudesque agit. Tribunus 10.11
 et quadringenti ad moriendum proficiscuntur. Hostes 12
 eorum audaciam demirantur; quorsum ire pergent, in
 expectando sunt. Sed ubi apparuit ad eam verrucam 13
 10 occupandam iter intendere, mittit adversum illos im-
 perator Carthaginiensis peditatum equitatumque, quos
 in exercitu viros habuit strenuissimos. Romani milites 14
 circumveniuntur, circumventi repugnant; fit proelium 15
 diu anceps. Tandem superat multitudo. Quadringenti 16
 15 omnes cum uno perfossi gladiis aut missilibus operi
 cadunt. Consul interim, dum ibi pugnatur, se in locos 17
 tutos atque editos subducit.

Sed quod illi tribuno, duci militum quadringento-18
 rum, divinitus in eo proelio usus venit, non iam nostris,
 20 sed ipsius Catonis verbis subiecimus: Dii inmortales 19
 tribuno militum fortunam ex virtute eius de-
 dere. Nam ita evenit: cum saucius multifariam
 ibi factus esset, tamen volnus capiti nullum
 evenit, eumque inter mortuos defetigatum vol-
 25 neribus atque, quod sanguen eius defluxerat,
 cognovere. Eum sustulere, isque convaluit,
 saepeque postilla operam reipublicae fortem
 atque strenuam perhibuit illoque facto, quod
 illos milites subduxit, exercitum ceterum ser-

4 tribunum **RV** || 9 ad eam *Gr.* eadem (*ex adem R*) **RV**
 eandem **P** || 14 Tamen **V** || 15 una **V** ad unum *Priceus* c. tribuno
Maehty || 16 interibi (inter ibidē **V**) dum ea pug(n)a se **RV**, unde
Bergk pugna <pugnatur> || 18 tribuni **RV** || 19 usu σ || 21 tri-
 buni **V** (**R**) -nus **P** || 22 ita euenit ita (uti **P**) **PV** || 23 esse **RV** |
 capitale *Mms.* || 24 eum **R** cumque .. cognovere, eum σ || 25 san-
 guineis eius **P** sanguen (is ss. **V³**) **RV** s. ei *Lion* || 27 post
 illam **P** || 28 praehibuit *Quicherat* || 29 seruauit huc usque **P**
cfr. I 8, 6

vavit. Sed idem benefactum quo in loco ponas, nimium interest. Leonides Laco, qui simile apud Thermopylas fecit, propter eius virtutes omnis Graecia gloriam atque gratiam pae-
cipuam claritudinis inclitissimae decoravere 5 monumentis: signis, statuis, elogiis, historiis aliisque rebus gratissimum id eius factum ha-
buere; at tribuno militum parva laus pro fac-
tis relicta, qui idem fecerat atque rem serva-
verat.

20 Hanc Q. Caedici tribuni virtutem M. Cato tali suo
21 testimonio decoravit. Claudius autem Quadrigarius annali tertio (*fr. 42 P.*) non Caedicio nomen fuisse ait, sed Laberio.

VIII

15

Litterae eximiae consulum C. Fabricii et Q. Aemilii ad regem Pyrrum a Q. Claudio scriptore historiarum in memoriam datae.

1 Cum Pyrrus rex in terra Italia esset et unam atque alteram pugnas prospere pugnasset satisque agerent Romani et pleraque Italia ad regem descivisset, tum 20 Ambraciensis quispiam Timochares, regis Pyrri amicus,

1 Vopisc. Prob. 1 'Certum est, quod Sallustius . . Cato et Gellius historici sententiae modo in litteras rettulerunt, omnes omnium virtutes tantas esse, quantas videri eas voluerint eorum ingenia, qui uniuscuiusque facta descripsierint' cfr. 2 et Hege-
sipp. b. Iud. p. 338 sqq. W. 18 sqq. Amm. XXX 1, 22 (ex Gellio) Cic. fin. V 22, 64 off. I 13, 40 III 22, 86 Liv. epit. 13 XXIV 45, 3 XXXIX 51, 11 XLII 47, 6 Val. Max. VI 5, 1 Sen. ep. 120, 6 (Frontin.) IV 4, 2 Plut. Pyrrh. 21 apophth. Fabr. 4; 5 Appian. Samn. 21 Flor. I 13, 21 Aelian. v. h. XII 33 Dio Cass. LXXVII 20 Aur. Vict. v. ill. 35 Eutr. II 14 Claud. b. Gild. 271 Hieron. ad Pamm. ep. 57, 3 Suid. s. v. Φαβρίκιος Zonar. VIII 5

2 lacu **P** V lacn **R** corr. *Gr.* | quid **P**² quia s. *Mms.* consimile *Gr.* || 3 hermopylas (-ilas **P**) ω | propterea e. virtutis *Mdg.* || 4 pae-
cipuam <rettulit> vel sim. *Bergk* || 7 grauissimum **V** || 8 Ad **R**¹
V A **P**¹ || 9 rem p. 5 || 11 hancque ω || 13 annalis ω corr. 5 || 14 la-
uerio ω || 21 Demochares *Amm.*

ad C. Fabricium consulem furtim venit ac praemium petivit et, si de praemio conveniret, promisit regem venenis necare idque facile esse factu dixit, quoniam filius suus pocula in convivio regi ministraret. Eam 2 rem Fabricius ad senatum scripsit. Senatus ad regem 3 legatos misit mandavitque, ut de Timochare nihil proderent, sed monerent, uti rex circumspectius ageret atque a proximorum insidiis salutem tutaretur. Hoc 4 ita, uti diximus, in Valeri Antiatii's historia (fr. 21 P.) 5 scriptum est. Quadrigarius autem in libro tertio (fr. 40 P.) non Timocharem, sed Niciam adisse ad consulem scripsit neque legatos a senatu missos, sed a consulibus, et <Pyrrum> populo Romano laudes atque gratias scripsisse captivosque omnes, quos tum habuit, 15 vestivisse et reddidisse.

Consules tum fuerunt C. Fabricius et Q. Aemilius. 6 Litteras, quas ad regem Pyrrum super ea causa mise- 7 runt, Claudius Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo:

20 Consules Romani salutem dicunt Pyrro regi. 8

Nos pro tuis iniuriis continuis animo tenus commoti inimiciter tecum bellare studemus. Sed communis exempli et fidei ergo visum, ut te salvum velimus, ut esset, quem armis vincere 25 possimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi praemium a nobis peteret, si te clam interfecisset. Id nos negavimus velle, neve ob eam rem quicquam commodi expectaret, et simul visum est, ut te certiorem faceremus, ne 30 quid eiusmodi, si accidisset, nostro consilio

2 et σ ut ω || 4 fil(i) sui RV | conu. reministrarent V || 7 circumspectacius R || 12 ad senatum (d ex t) R || 13 pyrrum add. Hertz regem σ || 21 continuo ω corr. Gr.; an intimo? | tenus Btl. Gr. tenui ω || 23 ut te] P uit(a)e RV || 25 possemus σ || 27 negamus ω corr. σ || 28 et del. Veen

civitates putarent factum, et quod nobis non placet pretio aut praemio aut dolis pugnare. Tu, nisi caves, iacebis.

IX

Quis et cuiusmodi fuerit, qui in proverbio fertur, equus Seianus; 5
et qualis color equorum sit, qui 'spadices' vocantur; deque
istius vocabuli ratione.

1 Gavius Bassus in commentariis suis (*fr. 8 L.*),
item Iulius Modestus in secundo quaestionum
confusarum (*p. 15 Bu.*) historiam de equo Seiano 10
2 tradunt dignam memoria atque admiratione: Gnaeum
Seium quempiam scribam fuisse eumque habuisse equum
natum Argis in terra Graecia, de quo fama constans
esset, tamquam de genere equorum progenitus foret,
qui Diomedis Thracis fuissent, quos Hercules Diomede 15
3 occiso e Thracia Argos perduxisset. Eum equum fuisse
dicunt magnitudine invisitata, cervice ardua, colore
poeniceo, flora et comanti iuba, omnibusque aliis
equorum laudibus quoque longe praestitisse; sed eun-
dem equum tali fuisse fato sive fortuna ferunt, ut, 20
quisquis haberet eum possideretque, ut is cum omni
domo, familia fortunisque omnibus suis ad internecio-
4 nem deperiret. Itaque primum illum Gnaeum Seium,
dominum eius, a. M. Antonio, qui postea triumvirum
republicae constituendae fuit, capitis damnatum mise- 25
rando supplicio affectum esse; eodem tempore Corne-
lium Dolabellam consulem in Syriam proficiscentem
fama istius equi adductum Argos devertisse cupidine-
que habendi eius exarsisse emisseque eum sestertiis
centum milibus; sed ipsum quoque Dolabellam in Syria 30
bello civili obsessum atque imperfectum esse; mox
eundem equum, qui Dolabellae fuerat, C. Cassium,

2 pretio del. L Mueller || 3 tacebis V¹ || 6 dequestius ω corr. P^s ||
11 memorari R || 12 scribant RV || 15 quod PV || 17 inusitata PR ||
23 deriperet P || 24 triumuir P || 28 famam RV

qui Dolabellam obsederat, abduxisse. Eum Cassium 5 postea satis notum est victis partibus fusoque exercitu suo miseram mortem oppetisse; deinde post Antonium post interitum Cassii parta victoria equum illum nobilis 5 Cassii requisisse et, cum eo potitus esset, ipsum quoque postea victimum atque desertum detestabili exitio interisse. Hinc proverbium de hominibus calamitosis 6 ortum dicique solitum: 'ille homo habet equum Seianum'.

Eadem sententia est illius quoque veteris proverbii, 7 10 quod ita dictum accepimus: 'aurum Tolosanum'. Nam cum oppidum Tolosanum in terra Gallia Quintus Caepio consul diripuisse multumque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periret.

Hunc equum Gavius Bassus vidisse Argis refert 8 haut credibili pulcritudine vigoreque et colore exuberantissimo.

Quem colorem nos, sicuti dixi, 'poeniceum' dici- 9 mus, Graeci partim *φοίνικα*, alii *σπάδικα* appellant, 20 quoniam palmae termes ex arbore cum fructu avulsus 'spadix' dicitur.

X

Quod est quaedam septenarii numeri vis et facultas in multis naturae rebus animadversa, de qua M. Varro in hebdomadi- 25 bus disserit copiose.

M. Varro in primo librorum, qui inscribuntur 1 hebdomades vel de imaginibus (*fr. p. 255 Bip.*),

7 cfr. Otto, Sprichw. p. 315 9 sqq. Iustin. XXXII 3, 9
Dio Cass. fr. 88 M. Strab. IV 1, 13 p. 188 Otto, Sprichw. p. 350
14 Amm. XIV 11, 24 XXIII 5, 17 18 sqq. II 26, 9 sq. 26 sqq.
ad totum caput cfr. Macr. somn. I 6 Mart. Cap. (II 108) VII 738 sq.
Serv. pl. ecl. VIII 75 Eulog. somn. p. 7 H.

2 parthis (p *ex ph*) R || 11 Gallia Erasmus italia (ait. R) RV
italica P | scipio P || 14 perit V || 15 uidisse se ε || 16 exub.] TY
exup. ω || 18 dicimus om. V dicimus hoc usque P

septenarii numeri, quem Graece ἑβδομάδα appellant,
 2 virtutes potestatesque multas variasque dicit. Is namque numerus inquit septentriones maiores
 minoresque in caelo facit, item vergilias, quas
 $\pi\lambda\varepsilonι\acute{\alpha}\delta\alpha\varsigma$ Graeci vocant, facit etiam stellas, 5
 quas alii 'erraticas', P. Nigidius (fr. 87 Sw.) 'er-
 3 rones' appellat. Circulos quoque ait in caelo circum
 longitudinem axis septem esse; ex quis duos minimos,
 qui axem extimum tangunt, πόλον appellari dicit;
 sed eos in sphaera, quae κρικωτὴ vocatur, propter 10
 4 brevitatem non inesse. Ac neque ipse zodiacus septen-
 nario numero caret; nam in septimo signo fit solstitium
 a bruma, in septimo bruma a solstitio, in septimo
 5 aequinoctium ab aequinoctio. Dies deinde illos, quibus
 6 alcyones hieme anni in aqua nidulantur, eos quoque 15
 septem esse dicit. Praeterea scribit lunae curriculum
 confici integris quater septenis diebus; nam die <duo>-
 detricesimo luna, inquit ex quo vestigio pro-
 fecta est, eodem redit, auctoremque opinionis huius
 Aristidem esse Samium; in qua re non id solum 20
 animadverti debere dicit, quod quater septenis, id est
 octo et viginti, diebus conficeret luna iter suum, sed
 quod is numerus septenarius, si ab uno profectus, dum
 ad semetipsum progreditur, omnes, per quos progressus

4 XIII 9, 6 Arist. metaph. XIII 6, 4 p. 1093, 14 Suet. fr. 142 R. Serv. g. I 138 Porph. et Acro Hor. c. IV 14, 21 Isid. III 70, 13 rer. n. XXVI 6 GLK VII 175, 4 schol. Luc. II 722 CGL VII 403

6 XIV 1, 11 Ampel. III 3 Lact. inst VII 14, 8 8 Cic. Arat. 24

10 Mart. Cap. VIII 815 12 Macr. I. l. 57 (Plin. XVIII 25, 221) 14 Non. II p. 145, 4 Arist. h. an. V 8 p. 542, 12 Plin. X 32, 90 (XVIII 26, 231) Serv. g. I 399 Isid. XII 7, 25 16 I 20, 6 Mart. Cap. VIII 865 Macr. I. l. 49

1 graeci R | (h)ebedoma ω || 4 item] sicuti R || 7 Circ.—161, 20 septenarios] verbis textus omissis ml'ta dimito dicta a Macrobio R || 8 quis] 5 quae ω || 13 sept. a bruma a ω || 15 anni om. vid. Non. | ante eos pauca excidisse putat Hertz || 17 duo suppl. Hertz (5) || 19 rediit. P || 20 immo Aristarchum || 21 animadvertere V

est, numeros comprehendat ipsumque se addat, facit numerum octo et viginti, quot dies sunt curriculi lunaris. Ad homines quoque nascendos vim numeri 7
 istius porrigi pertinereque ait: Nam cum in uterum 5 inquit mulieris genitale semen datum est, primis septem diebus conglobatur coagulaturque fitque ad capiendam figuram idoneum. Post deinde quarta hebdomade, quod eius virile secus futurum est, caput et spina, quae est in dorso, 10 informatur. Septima autem fere hebdomade, id est nono et quadragesimo die, totus inquit homo in utero absolvitur. Illam quoque vim 8 numeri huius observatam refert, quod ante mensem septimum neque mas neque femina salubriter ac secundum dum naturam nasci potest et quod hi, qui iustissime in utero sunt, post ducentos septuaginta tres dies, postquam sunt concepti, quadragesima denique hebdomade inita nascuntur. Pericula quoque vitae fortunarum 9 que omnium, quae 'climacteras' Chaldaeи appellant,
 20 gravissimos quosque fieri septenarios. Praeter hoc 10 modum esse dicit summum adolescendi humani corporis septem pedes. Quod esse magis verum arbitramur, 11 quam quod Herodotus, homo fabulator, in primo historiarum (*c.* 68) inventum esse sub terra scripsit
 25 Oresti corpus cubita longitudinis habens septem, quae faciunt pedes duodecim et quadrantem, nisi si, ut Homerus opinatus est (*Il. V 304 XII 383 al.*), vastiora prolixioraque fuerunt corpora hominum antiquiorum

4 sqq. Mart. Cap. II 108 VII 739 Macr. l. l. 62 Eulog. l. l. p. 9
 Censor. IX 2 XI 5 sqq. Lydus mens. II 11 (12) III 6 (9) IV 21 (26)
 18 sqq. Censor. XIV 9 Firmic. IV 20, 3 (Plin. VII 49, 161)
 25 sqq. Plin. VII 16, 74 Solin. I 90

2 quod ω || 15 hii P dii V | iustissimo ω || 17 quadragesime ω ||
 18 inita Sk. ita ω | periculi .. quos Salmas. || 20 gravissima quae-
 que f. septenariis σ | fieri affirmat s. V || 22 arbitror R || 25 ho-
 restis P || 26 si om. R || 27 arbitrabatur (*ex -tratur*) R || 28 fuerint P |
 antiquorum R

et nunc quasi iam mundo senescente rerum atque
 12 hominum decrementa sunt. Dentes quoque et in
 septem mensibus primis et septenos ex utraque parte
 gigni ait et cadere annis septimis et genuinos adnasci
 13 annis fere bis septenis. Venas etiam in hominibus 5
 vel potius arterias medicos musicos dicere ait numero
 moveri septenario, quod ipsi appellant $\tau\eta\nu \delta\iota\alpha \tau\varepsilon\sigma\sigma\acute{a}\rho\omega\nu \sigma\nu\mu\varphi\alpha\nu\tau\lambda\nu$, quae fit in collatione quaternarii
 14 numeri. Discrimina etiam periculorum in morbis maiore
 vi fieri putat in diebus, qui conficiuntur ex numero 10
 septenario, eosque dies omnium maxime, ita ut medici
 appellant, $\chi\varphi\iota\sigma\acute{a}\mu\nu\sigma\upsilon\omega\nu$ videri: primam hebdomadam et
 15 secundam et tertiam. Neque non id etiam sumit ad
 vim facultatesque eius numeri augendas, quod, quibus
 inedia mori consilium est, septimo demum die mortem 15
 oppetunt.

16 Haec Varro de numero septenario scripsit admo-
 dum conquisite. Sed alia quoque ibidem congerit
 frigidiuscula: veluti septem opera esse in orbe terrae
 miranda et sapientes item veteres septem fuisse et 20
 curricula ludorum circensium sollemnia septem esse
 17 et ad oppugnandas Thebas duces septem delectos. Tum
 ibi addit se quoque iam duodecimam annorum heb-
 domadam ingressum esse et ad eum diem septuaginta
 hebdomadas librorum conscripsisse, ex quibus aliquam- 25
 multos, cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis
 non comparuisse.

2 sqq. Arist. metaph. XIII 6, 4 h. an. VII 10, 64 Hippocr. I
 444 K. Solon. fr. 27 ibique Bergk Plin. VII 16, 68 (XI 37, 166)
 Mart. Cap. VII 739 Censor. VII 2; 4 XIV 7 Eulog. l. l. 7 Mart.
 Cap. IX 933 Censor. X 6 Macr. l. l. 43 Eulog. l. l. p. 10; 15 11 sqq.
 Censor. XI 6 XIV 9 Hieron. comm. in Amos II 5 (CGL VI 288)
 15 Hippocr. I 442 K. Plin. XI 54, 283 Macr. l. l. 78 22 Arist.
 metaph. XIII 6, 4 26 XIV 7, 3

1 mundum senescentem ω corr. 5 || 2 detrementa V | Den-
 tes—27 om. R || 12 $\chi\varphi\iota\sigma\acute{a}\mu\nu\sigma\upsilon\omega\nu$ 5 | cui uideri ω cui om. 5 || 13 sunt V ||
 19 terrarum V || 26 directis P

XI

Quibus et quam frivilis argumentis Accius in didascalicis utatur, quibus docere nititur Hesiodum esse quam Homerum natu antiquorem.

5 Super aetate Homeri atque Hesiodi non consen-¹
titur. Alii Homerum quam Hesiodum maiorem²
natu fuisse scripserunt, in quis Philochorus (*FHG I*
393) et Xenophanes (*fr. 13 D. poes. ludib. fr. 5 p. 191
CW.*), alii minorem, in quis L. Accius poeta et Epho-³
rus historiae scriptor (*FHG I 277 M.*). M. autem Varro⁴
in primo de imaginibus (*fr. p. 258 Bip.*), uter prior
sit natus, parum constare dicit, sed non esse dubium,
quin aliquo tempore eodem vixerint, idque ex epi-
grammate (*AP. VII 53*) ostendi, quod in tripode
15 scriptum est, qui in monte Helicone ab Hesiode po-
sus traditur. Accius autem in primo didascalico⁴
(*fr. 1 M. 7 B.*) levibus admodum argumentis utitur,
per quae ostendi putat Hesiodum natu priorem: quod
Homerus, inquit cum in principio carminis⁵
20 (*Il. I 1*) Achillem esse filium Pelei diceret, quis
esset Peleus, non addidit; quam rem procul in-
quit dubio dixisset, nisi ab Hesiode iam (*fr. 102
Rz.*) dictum videret. De Cyclope itidem, inquit
vel maxime quod unoculus fuit, rem tam in-
25 signem non praeterisset, nisi aeque prioris
Hesiodi carminibus (*θεογ. 142*) involgatum esset.
De patria quoque Homeri multo maxime dissen-⁶
sum est. Alii Colophonum, alii Smyrnaeum, sunt, qui
Atheniensem, sunt etiam, qui Aegyptium fuisse dicant,
30 Aristoteles (*fr. 76 VR*) tradidit ex insula Io. M. Varro⁷

5 sqq. XVII 21, 3 vit. Homeri, Suid. s. v. Clem. Alex. strom.
I 21, alii

4 natum ω || 11 originibus R¹ || 12 natus om. R natu Gr. ||
13 ex] et Ritschl || 16 didascalicon Osann || 23 uideretur R¹ ||
30 insulc(h)o ω corr. Gr.

in libro de imaginibus primo Homeri imagini epigramma hoc apposuit (*fr. 1 B.*):

capélla Homeri cándida haec tumulum índicat,
quod hác Ietae mórtuo faciúnt sacra.

5

XII

Largum atque avidum bibendi a P. Nigidio, doctissimo viro, nova et prope absurdā vocabuli figura 'bibosum' dictum.

- 1 Bibendi avidum P. Nigidius in commentariis grammaticis (*fr. 5 Sw.*) 'bibacem' et 'bibosum' dicit. 10
 2 'Bibacem' ego ut 'edacem' a plerisque aliis dictum lego;
 'bibosum' dictum nondum etiam usquam repperi nisi apud Laberium, neque aliud est, quod simili inclinatu 3 dicatur. Non enim simile est ut 'vinosus' aut 'vitiosus' ceteraque, quae hoc modo dicuntur, quoniam a 15
 4 vocabulis, non a verbo, inclinata sunt. Laberius in mimo, qui Salinator inscriptus est, verbo hoc ita utitur (*v. 80 R.³*):

nón mammosa, nón annosa, nón bibosa, nón
procax.

20

XIII

Quod Demosthenes etiamtum adulescens, cum Platonis philosophi discipulus foret, auditō forte Callistrato rhetore in contione populi destitit a Platone et sectatus Callistratum est.

- 1 Hermippus (*FHG III 49*) hoc scriptum reli- 25
 quit Demosthenen admodum adlescentem ventitare

26 sqq. Amm. XXX 4, 5 (ex Gellio) Plut. Dem. 5 Suid. s. v. Δῆμος Zosimus vit. Dem. p. 147 R. Pseudoplut. de X orat. VIII 1 p. 844 B

3 tumultum ω corr. 5 || 5 Quod aciete (acetem h ante a ss. R) ω corr. Salmas. || 7 uidendi ω corr. P³ || 8 absurdum P | uiuosum ω || 11 ego uedacem ω || 12 inueni R || 19 anosa Klotz pannosa Studemund || 23 gallistr. saepius ω

in Academiam Platonemque audire solitum. 'Atque 2
is' inquit 'Demosthenes domo egressus, ut ei mos
erat, cum ad Platonem pergeret complurisque populos
concurrentes videret, percontatur eius rei causam cognoscitque currere eos auditum Callistratum. Is Calli- 3
stratus Athenis orator in republica fuit, quos illi
 $\deltaημαγωγούς$ appellant. Visum est paulum devertere 4
experiri, an digna auditio tanto properantium studio
foret. Venit' inquit 'atque audit Callistratum no- 5
bilem illam. τὴν περὶ Ὡρωποῦ δίκην dicentem atque
ita motus et demultus et captus est, ut Callistratum
iam inde sectari cooperit, Academiam cum Platone
reliquerit.'

XIV

15 'Dimidium librum legi' aut 'dimidiā fabulam audīvi' aliaque
huiuscemodi qui dicat, vitiōse dicere; eiusque vitii causas
reddere M. Varronem; nec quemquam veterem hisce verbis
ita usum esse.

'Dimidium librum legi' aut 'dimidiā fabulam au- 1
20 divi' vel quid aliud huiuscemodi male ac vitiōse dici
existumat Varro (*fr. p. 349 Bip.*). Oportet enim 2
inquit dicere 'dimidiātū librum', non 'dimidiū', et 'dimidiātā fabulā', non 'dimidiā'.
Contra autem si *(ex)* sextario hemina fusa est,
25 non 'dimidiātū sextariū fusū' dicendum
est, et qui ex mille nummū, quod ei debebatur,
quingentos recepit, non 'dimidiātū' recepissee

1 l. 1. Cic. de or. I 20, 89 or. IV 35 Brut. XXXI 121 Quint.
XII 2, 22; 10, 24 Diog. L. III 31, 49 al. 19 sqq. GLK VII 116,
21; 269, 27 Anecl. H. 287, 21 Isid. diff. 146

3 e populo Stephanus, sed cfr. Cramer, *Archiv f. L.* VI 352 Sittl,
Burs. Jahresb. 68, 247 || 6 q. i.] QVODILLI A Illi ω (deest in R) ||
8 auditō t. properatū ω praeter A || 10 AIPHON P || 13 relinque-
ret P || 17 ueterū 5 || 22 et 23 non dim. om. R || 24 se R¹ | ex
add. 5 || 25 *(dimidium)*, non d. edd. vett. dim. *(sed dimidium)* Sk.

3 dicemus, sed 'dimidium'. At si scyphus inquit argenteus mihi cum alio communis in duas partis disiectus sit, 'dimidiatum' eum esse dicere scyphum debeo, non 'dimidium', argentum autem, quod in eo scypho inest, 'dimidium' 5
 4 meum esse, non 'dimidiatum', disseritque ac dividit subtilissime, quid 'dimidium' 'dimidiato' intersit, et
 5 Q. Ennium scienter hoc in annalibus dixisse ait (595 M. 407 B.):

10

sicuti si quis ferat vas vini dimidiatum,
 sicuti pars, quae deest ei vaso, non 'dimidiata' dicenda est, sed 'dimidia'.

6 Omnis autem disputationis eius, quam subtiliter quidem, sed subobscure explicat, summa haec est: 'dimidiatum' est quasi 'dismediatum' et in partis duas 15
 7 pares divisum, 'dimidiatum' ergo nisi ipsum, quod di-
 8 visum est, dici haut convenit; 'dimidium' vero est, non quod ipsum dimidiatum est, sed quae ex dimidiato
 9 pars altera est. Cum igitur partem dimidiata libri legisse volumus dicere aut partem dimidiata fabulae 20
 audisse, si 'dimidiata fabulam' aut 'dimidium librum'
 dicimus, peccamus; totum enim ipsum, quod dimidiatum atque divisum est, 'dimidium' dicis. Itaque Lu-
 10 cilius eadem secutus (VI 13 M. 790 B.):

25

uno oculo inquit pedibusque duobus dimi-
 diatus

ut porcus,

et alio loco (inc. 77 M. 791 B.):

30

quidni? et scruta quidem ut vendat, scrutarius laudat,
 prae fractam strigilem, soleam in probus dimidiata.

1 ac **PV** || 3 meum σ || 4 debebo **R** | argenti **RV** || 6 eum ω
 corr. σ || 7 quod **P** || 8 dixisset **PV** || 10 sicut σ || 11 dimidiato
P **RV** || 24 eandem **PV** || 25 dimiditus **RV** dimidius **P** || 29 quid-
 nei? scr. *LMueller* | ut uendat et ω corr. σ || 31 prae fractam **RV**

Iam in vicesimo manifestius 'dimidiā horām' dicere 11
studiose fugit, sed pro 'dimidia' dimidium ponit in
hisce versibus (*XX 13 M. 410 B.*):

tempestate sua atque eodem uno tempore et
5 horae

dimidio et tribus confectis dumtaxat eandem
ad quartam.

Nam cum obvium proximumque esset dicere: 'dimidia 12
et tribus confectis', vigilate atque attente verbum non
10 probum vitavit. Per quod satis apparet ne 'horam' 13
quidem 'dimidiā' recte dici, sed vel 'dimidiatam ho-
ram' vel 'dimidiā partem horae'. Propterea Plautus 14
quoque in Bacchidibus (*v. 1189*) dimidium auri
dicit, non 'dimidiatum aurum'; item in Aulularia 15
15 dimidium obsoni, non 'dimidiatum obsonium', in hoc
versu (*v. 291*):

ei ádeo obsoni hic iússiit dimidiúm dari;

in Menaechmis autem dimidiatum diem, non 'di- 16
midium', in hoc versu (*v. 157*):

20 díes quidem iam ad úmbilicum dímidiatus
mórtuust.

M. etiam Cato in libro, quem de agricultura con- 17
scripsit (*r. r. 151*): Semen cupressi serito crebrum,
ita uti linum seri solet. Eo cribro terram in-
25 cernito dimidiatum digitum. Iam id bene ta-
bula aut pedibus aut manibus complanato. Di- 18
mediatum inquit digitum, non 'dimidium'. Nam
'digitī' quidem 'dimidium', digitum autem ipsum
'dimidiatum' dici oportet. Item M. Cato de Cartha- 19

24 Plin. XVII 10, 73

5 horae] ς hora ω || 7 at ω et ς || 8 dimidiā ω dimidium ς
corr. Hertz (σ) || 10 mutauit V¹ || 11 dicit PR || 17 obsonii (*hoc et V*)
hinc codd. Plaut. || 21 mortuus est ω || 25 tabulam ω

giniensibus ita scripsit (*p. 56 fr. 3 J.*): Homines defoderunt in terram dimidiatos ignemque circum-
20 posuerunt, ita interfecerunt. Neque quisquam omnium, qui probe locuti sunt, his verbis sequius,
quam dixi, usus est. 5

XV

Extare in litteris perque hominum memorias traditum, quod repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatum interclusa anima et vim magni novique motus non sustinente.

- 1 Cognito repente insperato gaudio expirasse animam 10
refert Aristoteles philosophus (*fr. 559 VR.*) Poly-
2 critam, nobilem feminam Naxo insula. Philippides quoque, comoediarum poeta haut ignobilis, aetate iam edita, cum in certamine poetarum praeter spem viciisset et laetissime gauderet, inter illud gaudium repente 15
3 mortuus est. De Rodio etiam Diagora celebrata historia est. Is Diagoras tris filios adulescentes habuit, unum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. Eos omnis vidit vincere coronarie Olympiae eodem die et, cum ibi eum tres adulescentes amplexi coronis 20 suis in caput patris positis saviarentur, cum populus gratulabundus flores undique in eum iaceret, ibidem in stadio inspectante populo in osculis atque in manibus filiorum animam efflavit.
4 Praeterea in nostris annalibus scriptum legimus, 25
qua tempestate apud Cannas exercitus populi Romani caesus est, anum matrem nuntio de morte filii allato luctu atque maerore affectam esse; sed is nuntius non

11 Parthen. am. narr. 9 Plut. mul. virt. 17 Polyaen. VIII 36

13 Fronto p. 235, 1 N. Apul. de deo S. 16 p. 50 16 sqq.

Cic. Tusc. I 46, 111 Paus. VI 7, 3 cfr. Diog. L. I 3, 72 23 Amm.

XXIX 1, 26 25 sqq. Plin. VII 53, 180 Liv. XXII 7, 18 Val.

Max. IX 12, 2

2 igneque RV || 4 sequi usquam ω || 7 tradi σ || 21 populis
gratulabundis Ρ¹ || 23 oculis Ρ || 28 id Ρ

verus fuit, atque is adulescens non diu post ex ea pugna in urbem redit: anus repente filio viso copia atque turba et quasi ruina incidentis inopinati gaudii oppressa exanimataque est.

5

XVI

Temporis varietas in puerperis mulierum quaenam sit a medicis et a philosophis tradita; atque inibi poetarum quoque veterum super eadem re opiniones multaque alia auditu atque memoratu digna; verbaque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumpta, qui inscriptus est περὶ τροφῆς.

Et medici et philosophi inlustres de tempore humani partus quaesiverunt. Multa opinio est eaque iam pro vero recepta, postquam mulieris uterum semen conceperit, gigni hominem septimo rarenter, numquam 15 octavo, saepe nono, saepius numero decimo mense, eumque esse hominum gignendi summum finem: decem menses non inceptos, sed exactos. Idque Plautum, 2 veterem poetam, dicere videmus in comoedia Cistellaria his verbis (*v. 162*):

20 *tum illa, quam comprésserat,*
decumó post mense exácto hic peperit fíliam.
 Hoc idem tradit etiam Menander, poeta vetustior,³ humanarum opinionum vel peritissimus; versus eius super ea re de fabula Plocio posui (*fr. 413 K.*):
 25 *γυνὴ κνεῖ δέκα μῆνας ***;*
sed noster Caecilius, cum faceret eodem nomine et 4

³ Amm. XXIX 1, 26 11 sqq. ad totum caput cfr. Arist. h. an. VII 4, 4 al. Hippocr. I 442 sqq. K. Plin. VII 5, 38 Plut. plac. phil. V 18 p. 907 F Diog. L. VIII 1, 19 (29) Censor. 7 Macr. somn. I 6, 14 sqq. Dig. XXXVIII 16, 3, 9; 11; 12

1 utque *Petschenig* | his P¹R || 2 redit, *<ita> Eussner* || 4 que om. Y || 7 a om. V || 8 se P¹V | opinione V || 11 inlustre (ill. P) ω corr. 5 || 13 concepit V || 14 nonnumquam *Meursius* || 16 hominem ω corr. Gr. || 25 ΔΕΚΔΜΗΙΝΔC V corr. *Hertz* δεκάμηνος σ

eiusdem argumenti comoediam ac pleraque a Menandro sumeret, in mensibus tamen genitalibus nominandis non praetermisit octavum, quem praeterierat Menander. Caecilii versus hice sunt (*v. 164 R.*³):

sóletne mulier décimo mense párrere? — pol 5
nonó quoque,
étiā septimo átque octavo.

5 Eam rem Caecilium non inconsiderate dixisse neque temere a Menandro atque a multorum opinionibus 6 descivisse M. Varro uti credamus facit. Nam mense 10 nonnumquam octavo editum esse partum in libro quarto decimo rerum divinarum (*fr. 12^a Ag.*) scriptum reliquit; quo in libro etiam undecimo mense aliquando nasci posse hominem dicit, eiusque sententiae tam de octavo quam de undecimo mense Aristotelem 15 7 (*hist. an. VII 4*) auctorem laudat. Sed huius de mense octavo dissensionis causa cognosci potest in libro Hippocratis, qui inscriptus est περὶ τροφῆς, ex quo libro verba haec sunt (*II p. 23 K.*): "Εστιν δὲ καὶ οὐκ ἔστιν τὰ δικτάμηνα. Id tamen obscure 20 atque praecise tamquam adverse dictum Sabinus medicus, qui Hippocratem commodissime commentatus est, verbis *<his>* enarravit: "Εστιν μὲν φαινόμενα ώς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν οὐκ ἔστιν δέ, θνήσκοντα μετὰ ταῦτα καὶ ἔστιν οὖν καὶ οὐκ 25 ἔστιν φαντασίᾳ μὲν παραντίκα δυντα, δυνάμει δὲ οὐκέτι.

9 Antiquos autem Romanos Varro (*l. l.*) dicit non

15 sqq. Censor. VII 6 sq. 21 sqq. Galen. ad. Hipp. π. τροφ. 21 (XV p. 409 K.)

4 hisce ω corr. Carrio || 5 Insoletne ω corr. Hertz¹ insuetne Bothe || 6 nonoque ω corr. 5 || 11 non umquam ω || 20 τὰ δικτ. om. Hipp. | Id tam σ || 21 <et> tamquam Otho || 23 uerbis om. R | his hic add. Hertz, ante verbis σ || 24 EKTCWCIN V corr. σ ξηπτωσιν Hertz ed. maior. || 26 ΔιὸΝΜΕΙ V || 27 οὐκ ἔστι σ

recepisse huiuscemodi quasi monstruosas raritates, sed nono mense aut decimo neque praeter hos aliis partitionem mulieris secundum naturam fieri existimasse, idcircoque eos nomina Fatis tribus fecisse a pariendo et a nono atque decimo mense. Nam 'Parca' inquit¹⁰ inmutata una littera a partu nominata, item 'Nona' et 'Decima' a partus tempestivi tempore. Caesellius autem Vindex in lectionibus suis anti-¹¹ quis: tria inquit nomina Parcarum sunt: 'Nona', 'Decuma', 'Morta', et versum hunc Livii, antiquissimi poetae, ponit ex '*Oδυσσελα* (fr. 12 B.):

quando dies adveniet, quem profata Morta
est?

Sed homo minime ~~malus~~ Caesellius 'Mortam' quasi¹⁵ nomen accepit, cum accipere quasi Moeram deberet.

Praeterea ego de partu humano, praeterquam quae¹² scripta in libris legi, hoc quoque usu venisse Romae comperi: feminam bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia, in undecimo mense post mariti²⁰ mortem peperisse, factumque esse negotium propter rationem temporis, quasi marito mortuo postea concepisset, quoniam decemviri (*XII tabb. IV 4*) in decem mensibus gigni hominem, non in undecimo scripsissent; sed divum Hadrianum causa cognita²⁵ decrevisse in undecimo quoque mense partum edi posse; idque ipsum eius rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id statuere se dicit requisitis veterum philosophorum et medicorum sententiis.

Hodie quoque in satura forte M. Varronis legi-¹³
²⁰ mus, quae inscribitur Testamentum, verba haec

1 Amm. XXII 15, 24 5 sqq. Tertull. de an. 37 22 sqq.
Dig. XXXVIII 16, 3, 9; 11

2 *alios ω corr. Carrio alias σ* || 4 *que om. Β* || 5 *parga ω* ||
9 *inquit] sine quod (ne quo in ras.) Ρ* || 10 *orta hic ω* || 12 *morta Β* || 15 *numen Thomas*

- (fr. 543 B.): Si quis mihi filius unus pluresve in decem mensibus gignantur, ii, si erunt ὄνοι λύρας, exheredes sunto; quod si quis undecimo mense κατὰ Αριστοτέλην (*hist. an. VII 4*) natus est, Attio idem, quod Tettio, ius esto apud me. 5
- 14 Per hoc vetus proverbium Varro significat, sicuti vulgo dici solitum erat de rebus nihil inter sese distantibus: 'idem Atti, quod Tetti', ita pari eodemque iure esse in decem mensibus natos et in undecim.
- 15 Quod si ita neque ultra decimum mensem futura 10 mulierum protolli potest, quaeri oportet, cur Homerus scripserit Neptunum dixisse puellae a se recens compressae (*Od. XI 248*):
- χαῖρε γυνὴ φιλότητι περιπλομένου δ' ἐνι-
αυτοῦ 15
τέξεις ἀγλαὰ τέκν', ἐπεὶ οὐκ ἀποφάλιοι εὐναὶ¹⁵
ἀθανάτων.
- 16 Id cum ego ad complures grammaticos attulisset, partim eorum disputabant Homeri quoque aetate, sicuti Romuli, annum fuisse non duodecim mensium, 20 sed decem; alii convenisse Neptuno maiestatique eius dicebant, ut longiori tempore fetus ex eo grandesceret;
- 17 alii alia quaedam nugalia. Sed Favorinus mihi ait περιπλομένου ἐνιαυτοῦ non 'confecto' esse 'anno', sed 'adfecto'. 25
- 18 In qua re verbo usus est non vulgariae significa-
19 tionis. 'Adfecta' enim, sicuti Marcus Cicero et veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur,

20 Suet. fr. 119 R.

27 sqq. XV 5, 5 Non. II p. 160, 29

2 gignuntur PR || 3 ἀYPdC ω | sunt ω corr. σ || 5 atcio P accio V (*deest in R*) | tetio V tecio P corr. Gerlach *ad Non. I* p. 40, 1 || 6 praeter R || 8 item P | Accii σ | teti ω Titii σ || 14 XAI-
PEYNH V XEPENYN U || 19 disputant R || 22 longiore RV ||
24 confessos ω corr. σ | esse a. om. R | annos ω corr. σ || 25 af-
fecto PR adfectos V || 27 adfecte R

quae non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa deductave erant. Hoc verbum ad hanc sententiam Cicero in hac fecit, quam dixit de provinciis consularibus (*VIII* 19 *XII* 29).

5 Hippocrates autem in eo libro, de quo supra 20 scripsi, cum et numerum dierum, quibus conceptum in utero coagulum conformatur, et tempus ipsius partitionis nono aut decimo mense definisset neque id tamen semper eadem esse fini dixisset, sed alias ocius fieri, 10 alias serius, hisce ad postremum verbis usus est: *Γίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ πλεῖω καὶ ἐλάσσῳ καὶ δόλον καὶ κατὰ μέρος· οὐ πολλὸν δὲ καὶ πλεῖω πλεῖω καὶ ἐλάσσῳ ἐλάσσῳ.* Quibus verbis significat, quod aliquando ocius fieret, non multo tamen fieri 15 ocius, neque quod serius, multo serius.

Memini ego Romae accurate hoc atque sollicite 21 quaesitum negotio non rei tunc parvae postulante, an octavo mense infans ex utero vivus editus et statim mortuus ius trium liberorum supplevisset, cum abortio 20 quibusdam, non partus, videretur mensis octavi intempestivitas.

Sed quoniam de Homericō annuo partu ac de 22 undecimo mense diximus, quae cognoveramus, visum est non praetereundum, quod in Plinii Secundi libro 25 septimo naturalis historiae legimus. Id autem 23 quia extra fidem esse videri potest, verba ipsius Plinii (*VII* 5, 40) posuimus: *Masurius (fr. 24 H. memor. 21 iur. civ. 31 Br.)* auctor est L. Papirium praetorem secundo herede lege agente bonorum possessio- 30 nem contra eum dedisse, cum mater partum se tredecim mensibus tulisse diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi statutum ei

1 proximi effinem **V** proximye (pro *in ras.* **R**) finem **PR corr.** 5 ||
 3 hoc ω oratione σ | fuit **RV** || 6 numero **PV** || 9 alia cicius
 (so ss.) **R** || 10 setius **PV** || 11 ENTOYCOY **V** || 12 ΟΙΠΟΜΟΝΔΕ **V** ||
 15 sepius m. sepius ω corr. 5 || 22 Homeri **R** || 27 masirius **R** ||
 32 statum **PV** | ei om. *Plin.*

24 videretur. In eodem libro Plini Secundi verba haec scripta sunt (*VII 5, 42*): Oscitatio in nixu letalis est, sicut sternuisse a coitu abortivum.

XVII

Id quoque esse a gravissimis viris memoriae mandatum, quod 5 tris libros Plato Philolai Pythagorici et Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt pretiis fidem non capientibus.

1 Memoriae mandatum est Platонem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse atque eum 10 tamen tris Philolai Pythagorici libros decem milibus 2 denarium mercatum. Id ei pretium donasse quidam scripserunt amicum eius Dionem Syracosium.

3 Aristotelem quoque traditum libros pauculos Speusippi philosophi post mortem eius emisse talentis 15 Atticis tribus; ea summa fit nummi nostri sestertia duo et septuaginta milia.

4 *Tίμων* amarulentus librum maledicentissimum con-5 scripsit, qui σίλλος inscribitur. In eo libro Platонem philosophum contumeliose appellat, quod in penso pretio 20 librum Pythagoricae disciplinae emisset exque eo *Tίμων*, nobilem illum dialogum, concinnasset. Versus super ea re *Tίμωνος* hi sunt (*fr. 54 D. 26 p. 130 CW.*):

καὶ σύ, Πλάτων, καὶ γάρ σε μαθητεῖς πό-
θος ἔσχεν,
πολλῶν δ' ἀργυροίσιν δλίγην ἡλλάξαο βίβλον,
ἔνθεν ἀπαρχόμενος <τιμαιο>γραφεῖν ἐδι-
δάχθης.

9 sqq. Diog. L. III 11 (9) VIII 1, 15; 7, 1 (84) Iamblich. vit.
Pyth. 31 (199) 14 Diog. L. IV 1, 11 (5) 18 sqq. id. VIII
7, 4 (85) (ex Hermippo) Tzetzes Chil. X 790 sqq. XI 1 sqq.; 38 sqq.

3 accitu ω corr. 5 (*Plin.*) || 7 preter P || 11 philolai (-soii R) ω ||
12 merc.] emisse R || 14 paucos R || 17 mia R del. *Carrio* || 18 (23)
ΤΕΙΜΩΝ ω || 20 post philos. ex § 1 verba tenui adm. p. f. fuisse
repetunt ω || 26 ΒΙΒΛΟΘΕΝΤΑΡΧΟΜΕΝΟΣΓΡΑΦΕΙΝΕΔΙΔΑΧΘΗΝ
V (*Graeca om. r Ell.*)

XVIII

Quid sint 'pedari senatores' et quam ob causam ita appellati;
 quamque habeant originem verba haec ex edicto tralaticio
 consulum: 'senatores quibusque in senatu sententiam dicere
 licet'.
 5

Non pauci sunt, qui opinantur 'pedarios senatores'¹ appellatos, qui sententiam in senatu non verbis dicere, sed in alienam sententiam pedibus irent. Quid² igitur? cum senatusconsultum per discessionem fiebat,
 10 nonne universi senatores sententiam pedibus ferebant?
 Atque haec etiam vocabuli istius ratio dicitur, quam³ Gavius Bassus in commentariis suis (*fr. 2 L.*) scriptam reliquit. Senatores enim dicit in veterum⁴ aetate, qui curulem magistratum gessissent, curru solitos
 15 honoris gratia in curiam vehi, in quo curru sella esset, super quam considerent, quae ob eam causam 'curulis' appellaretur; sed eos senatores, qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus itavisse in curiam; prop-
 terea senatores nondum maioribus honoribus 'pedarios'
 20 nominatos. M. autem Varro in satira Menippea,⁵ quae '*Ιπποκύων*' inscripta est (*fr. 220 B.*), equites quosdam dicit 'pedarios' appellatos videturque eos significare, qui nondum a censoribus in senatum lecti
 25 senatores quidem non erant, sed, quia honoribus populi usi erant, in senatum veniebant et sententiae ius habe-
 bant. Nam et curulibus magistratibus functi, si non⁶ dum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant et, quia in postremis scripti erant, non

6 sqq. Fest. p. 210, 29 13 sqq. Paul. p. 49, 17 Serv. A.
 XI 334 Isid. XX 11, 11 CGL VI 299

8 Quod P || 11 hacque *ex acque* (haec *om.*) R || 12 Gavius]
 G. ω || 15 euehi R || 16 consideret ω corr. 5 | currulis ω (sic sae-
 pius) || 18 ita uis se V ita iuisse R intrauisse P || 19 hon. functos 5
 usos *marvult Hertz* || 24 senatores] erant P || 25 sententia (-ciam P)
 eius ω || 26 functi si *Scioppius* functis ω functi qui 5 || 28 qui in 5

rogabantur sententias, sed, quas principes dixerant, in
 7 eas discedebant. Hoc significabat edictum, quo nunc
 quoque consules, cum senatores in curiam vocant, ser-
 8 vandae consuetudinis causa tralaticio utuntur. Verba
 edicti haec sunt: Senatores quibusque in senatu 5
 sententiam dicere licet.

9 Versum quoque Laberii, in quo id vocabulum
 positum est, notari iussimus, quem legimus in mimo,
 qui Stricturae inscriptus est (*v. 88 R.³*):

caput sine lingua pedari sententia est.

10

10 Hoc vocabulum a plerisque barbare dici animadvertis-
 mus; nam pro 'pedariis' 'pedaneos' appellant.

XIX

Qua ratione Gavius Bassus scripsit 'parcum' hominem appel-
 latum et quam esse eius vocabuli causam putarit; et contra, 15
 quem in modum quibusque verbis Favorinus hanc traditionem
 eius eluserit.

1 Apud cenam Favorini philosophi cum discubitum
 fuerat coepitusque erat apponi cibus, servus assistens
 mensae eius legere incepatabat aut Graecarum quid 20
 litterarum aut nostratum; velut eo die, quo ego affui,
 legebatur Gavii Bassi, erudit viri, liber de origine
 2 verborum et vocabulorum. In quo ita scriptum
 fuit (*fr. 5 L.*): 'Parcus' composito vocabulo est
 dictus quasi 'par arcae', quando, sicut in arca 25
 omnia reconduntur eiusque custodia servantur
 et continentur, ita homo tenax parvoque con-
 tentus omnia custodita et recondita habet

5 Liv. XXIII 32, 3 XXXVI 3, 3 Fest. p. 339, 15
 et schol. Bern. g. I 47 III 403)

26 (Serv.

3 consules qu(a)e cum ω consules usque cum Mms. || 4 mu-
 tantur ω corr. 5 || 8 notarius simus ω || 10 pedani ω metrum non
 agnoscitur, cfr. Ribb. || 20 incepatabat voluisse vid. R² tentabat
 (tempt. P) PR attemptabat V coeptabat Gr. || 21 nostratum R

sicuti arca. Quam ob causam 'parcus' quasi 'pararcus' est nominatus.

Tum Favorinus, ubi haec audivit: 'superstitiose' 3 inquit 'et nimis moleste atque odiose confabricatus 5 commolitusque magis est originem vocabuli Gavius iste Bassus, quam enarravit. Nam si licet res dicere 4 commenticias, cur non probabilius videatur, ut accipiamus 'parcum' ob eam causam dictum, quod pecuniam consumi atque impendi arceat et prohibeat quasi 10 'pecuniarcus'? Quin potius,' inquit 'quod simplicius 5 veriusque est, id dicimus? 'Parcus' enim neque ab arca neque ab arcendo, sed ab eo, quod est 'parum' et 'parvum', denominatus est.'

2 pararcus] P pararce *ex parce* RV || 6 quem (q; R) nar-
rauit ω | scilicet P || 7 commentaticias (-taticas R -daticia ss. s P) ω
corr. 5 || 9 probet R || 11 uenusque P¹V¹ || 12 qui est R

A. GELLII

NOCTIVM ATTICARVM LIBER QVARTVS

I

Sermo quidam Favorini philosophi cum grammatico iactantiore factus in Socraticum modum; atque ibi in sermone dictum, quibus verbis 'penus' a Q. Scaevela definita sit; quodque eadem definitio culpata reprehensaque est.

5

1 In vestibulo aedium Palatinarum omnium fere ordinum multitudo opperientes salutationem Caesaris constiterant; atque ibi in circulo doctorum hominum Favorino philosopho praesente ostentabat quispiam grammaticae rei ditior scholica quaedam nugalia de generibus et casibus vocabulorum disserens cum arduis superciliis vocisque et vultus gravitate composita tamquam interpres et arbiter Sibyllae oraculorum. Tum aspiciens ad Favorinum, quamquam ei nondum etiam satis notus esset: 'penus quoque' inquit 'variis gene- 15 ribus dictum et varie declinatum est. Nam et 'hoc

8 Amm. XXX 4, 17 10 Amm. XXII 16, 16 11 Amm.
XVI 12, 4 XXIX 2, 12 12 sqq. Amm. XXVIII 4, 21 XXX 4, 11
15 sqq. GLK I 74, 28; 140, 11 II 163, 11; 170, 13; 192, 11; 260,
17 III 445, 10 IV 375, 32 adn. V 40, 8; 427, 28 Anecl. H. 102, 16;
20; 103, 7 sqq. Donat. Ter. Eun. II 3, 18 Serv. A. I 703 Non. I
p. 51, 3 III p. 219, 31 CGL VII 66

10 doct(i)or & scitior *Gr.* eruditior, peritior *al.* || 11 differ-
rens **V** || 12 uultus] & uultibus **PV** uocibus **R** || 16 est *om.* **V**

penus' et 'haec penus' et 'huius peni' et 'penoris'
veteres dictaverunt; mundum quoque muliebrem Lu-³
cilius in satirarum XVI. non virili genere, ut ceteri,
sed neutro appellavit his verbis (*XVI 3 M. 374 B.*):

5 legavit quidam uxori mundum omne penum-
que.

atqui quid mundum, quid non? quis dividet
istuc?

Atque horum omnium et testimoniis et exemplis con-⁴
10 strepebat; cumque nimis odiose blatiret, intercessit
placide Favorinus et 'amabo,' inquit 'magister, quic-
quid est nomen tibi, abunde multa docuisti, quae qui-
dem ignorabamus et scire haud sane postulabamus.
Quid enim refert mea eiusque, quicum loquor, quo⁵
15 genere 'penum' dicam aut in quas extremas litteras
declinem, si nemo id non nimis barbare fecerimus?
sed hoc plane indigeo discere, quid sit 'penus' et qua⁶
fini id vocabulum dicitur, ne rem cotidiani usus, tam-
quam qui in venalibus Latine loqui coeptant, alia, quam
20 oportet, voce appellem.'

'Quaeris' inquit 'rem minime obscuram. Quis adeo⁷
ignorat 'penum' esse vinum et triticum et oleum et
lentim et fabam atque huiuscemodi cetera?' 'Etiamne'⁸
inquit Favorinus 'milium et panicum et glans et
25 hordeum 'penus' est? sunt enim propemodum haec
quoque eiusdemmodi'; cumque ille reticens haereret,⁹
'nolo' inquit 'hoc iam labores, an ista, quae dixi, 'penus'

2 sqq. Non. III p. 214, 15 CGL VI 716

1 penuris **PV** || 3 XVII pars codd. Non. | ceteris ω || 5 m.
omnem uxori sue **R** | p. a. quid Hertz atque penumqu(a)e quid ω ||
7 quod non **P** || 9 cum strepebat **P** || 10 blatiret scripsi plateret
RV placeret **P** unde sibi pl. σ blateraret **Btl.** || 11 ambo ω corr.
JGr. (5) || 14 me **P** || 16 nemo ⟨non⟩ . . fecerit *Mms.* si modo
Lion fecerim **RV** || 17 quo fani ω corr. *Gr.* || 19 in cunabilis
Falster || 23 lentem **A** lentam **P** || 24 glans] ut vid. **A** glan-
dem ω || 26 eiusmodi **PV** huiusmodi **R** | heberet **R**

appelletur. Sed potesne mihi non speciem aliquam de
penu dicere, sed definire genere proposito et differentiis
adpositis, quid sit 'penus'? 'Quod' inquit 'genus et
10 quas differentias dicas, non hercle intellego.' 'Rem'
inquit Favorinus 'plane dictam postulas, quod diffi- 5
cillimum est, dici planius; nam hoc quidem pervolgatum
est definitionem omnem ex genere et differentia con-
11 sistere. Sed si me tibi praemandere, quod aiunt, po-
stulas, faciam sane id quoque honoris tui habendi
gratia.'

12 Ac deinde ita exorsus est: 'Si' inquit 'ego te nunc
rogem, uti mihi dicas et quasi circumscribas verbis,
cuiusmodi 'homo' sit, non, opinor, respondeas hominem
esse te atque me. Hoc enim, quis homo sit, ostendere
est, non, quid homo sit, dicere. Sed si, inquam, pete- 15
rem, ut ipsum illud, quod homo est, definires, tu pro-
fecto mihi dices hominem esse animal mortale ra-
tionis et scientiae capiens vel quo alio modo dices,
ut eum a ceteris omnibus separares. Proinde igitur
nunc te rogo, uti, quid sit 'penus', dicas, non ut ali- 20
13 quid ex penu nomines.' Tum ille ostentator voce iam
molli atque demissa: 'philosophias' inquit 'ego non
didici neque discere adpetivi et, si ignoro, an hordeum

7 Quint. V 10, 55 VII 3, 3 Isid. II 25, 2 sqq.; 29, 1 Rhet. lat.
min. 398, 18 H. Speusipp. fr. 104 (III p. 79 Mull.) 8 Otto,
Sprichw. p. 247 17 Quint. VII 3, 15 Mart. Cap. IV 349 Rhet.
lat. min. 182, 18 H. (GLK V 137, 36; 317, 23 VI 188, 26 VII 324, 3
Anecd. H. XXXIV; CCLII 6)

1 appelle] *ut vid.* A apellentur ω | non] om. A nos ω ||
2 dices PRV || 3 qui PRV | inquit] A sint PV sit R || 5 dicam
A | postulans PRV | que A | difficile non Gr. || 6 fer puolg. R
feruolg. V fere uolig. ex feroelig. P || 8 si me tibi] A siste mihi P
si tent hi V si temi h | R | praemandare (-dadare R) ARV ||
11 Atque ita R || 12 ut A || 13 cuiusmodi] A quid (i ex o P) ω |
homo] homin V1 // P1 || 15 discere A || 16 illutq. h. A | tum V ||
17 animal] A om. ω || 20 ut A | quit A qui P*RV quis P | ali-
quod P || 23 dicere RV

ex 'penu' sit aut quibus verbis 'penus' definiatur, non ea re litteras quoque alias nescio.'

'Scire,' inquit ridens iam Favorinus 'quid 'penus' sit, non ex nostra magis est philosophia quam ex grammatica tua. Meministi enim, credo, quaeri solitum, quid Vergilius dixerit (*A. I* 703), penum struere vel longam vel longo ordine; utrumque enim profecto scis legi solitum. Sed ut faciam te aequiore animo ut sis, ne illi quidem veteres iuris magistri, qui 'sapientes' appellati sunt, definisse satis recte existimantur, quid sit 'penus'. Nam Quintum Scaevolam (*iur. civ. fr. 1 H. II* 5^a *Br.*) ad demonstrandam penum his verbis usum audio: Penus est, inquit quod esculentum aut poculentum est, quod ipsius patrisfamilias *<aut matris familias>* aut liberum patrisfamilias *<aut familiae>* eius, quae circum eum aut liberos eius est et opus non facit, causa paratum est. ***, ut Mucius ait, 'penus' videri debet. Nam quae ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut cenae causa parantur, 'penus' non sunt; sed ea potius, quae huiusc generis longae unctionis gratia contrahuntur et reconduntur, ex eo, quod non in promptu est, sed intus et penitus habeatur, 'penus' dicta est. 'Haec ego,' inquit 'cum philosophiae me dedissem, non insuper tamen habui discere; quoniam civibus Romanis Latine loquentibus rem non

6 Serv. A. I 703 CGL VII 66 13 Cic. nat. d. II 27, 68
Dig. XXXIII 9, 3 21 sqq. Non. I p. 51, 3 Serv. pl. A. II 508
(III 12)

3 quod P fere semper || 6 instruere ω || 9 ueteris PV || 12 penu ω || 14 poculentum ex postul. P | est. Quod ω, unde est *<et>* et in v 18 est. *<Id>* ut *Hertz prius* || 15 aut m. f. et aut f. add. *Hertz* (σ) || 16 quam ω || 17 eum σ eos ω | non] eorum *Lambecius* || 18 lacunam indicavit *Mms.* || 24 est] sint σ | habeatur] R -antur ω || 25 est] R sunt ω

< suo > vocabulo demonstrare non minus turpe est, quam hominem non suo nomine appellare.'

- 19 Sic Favorinus sermones id genus communes a rebus parvis et frigidis abducebat ad ea, quae magis utile esset audire ac discere, non allata extrinsecus, non per ostentationem, sed indidem nata acceptaque.
- 20 Praeterea de penu adscribendum hoc etiam putavi Servium Sulpicium in reprehensis Scaevolae capitibus (*fr. 4 H. 3 Br.*) scripsisse Cato Aelio (*fr. 1 H. et Br.*) placuisse, non quae esui et potui forent, sed ¹⁰ thus quoque et cereos in penu esse, quod esset eius ferme rei causa comparatum. Masurius autem Sabinius in iuris civilis secundo (*fr. 1 H. 38 Br.*) etiam, quod iumentorum causa apparatum esset, quibus dominus uteretur, penori attributum dicit. Ligna quoque ¹⁵ et virgas et carbones, quibus conficeretur penus, quibusdam (*Rufi resp. 1^b p. 44 Mucii iur. civ. fr. 7^a Br.*) ait videri esse in penu. Ex his autem, quae promercalia et usaria isdem in locis *< essent >*, esse ea sola penoris putat, quae satis sint usu annuo. 20

II

Morbus et vitium quid differat; et quam vim habeant vocabula ista in edicto aedilium; et an eunuchus et steriles mulieres redhiberi possint; diversaeque super ea re sententiae.

- 1 In edicto aedilium curulum, qua parte de ²⁵ mancipiis vendundis cautum est, scriptum sic fuit

9 sqq. Dig. XXXIII 9, 3, 7 sqq. 18 sqq. Dig. l. l. 4, 2
XXXII 60, 2 25 sqq. ad totum caput cfr. Dig. XXI 1, 1 sqq.
(Cic. Tusc. IV 13, 28 sq.), ad § 1 Cic. off. III 17, 71 Varro r. r. II
10, 5 Dig. XXI 1, 17, 17 FIR p. 256

1 suo add. σ vero Hertz || 3 in g. commune ω corr. Mercerus || 9 sato (ο ex e R) ω corr. 5 Sexto Thysius || 11 quodque Beroaldus | esset] P non esset R esset non V | eius familiae Cannegieter || 15 Signa ω corr. σ || 16 quibus (dam om.) R || essent esse Mms. (σ) esse ω || 23 an] 5 ne V om. P

(*FIR p. 214*): *Titulus servorum singulorum scriptus sit curato ita, ut intellegi recte possit, quid morbi vitiive cuique sit, quis fugitivus errove sit noxave solutus non sit.*

5 Propterea quaesierunt iureconsulti veteres² (*III p. 510 Br.*), quod 'mancipium morbosum' quodve 'vitiosum' recte diceretur quantumque 'morbus' a 'vitio' differret. Caelius Sabinus in libro, quem de edicto³ aedilium curulum composuit (*fr. 1 H. fr. 2 Br.*),
 10 Labeonem (*ad ed. aedil. fr. 27 H. 1 Br.*) refert, quid esset 'morbus', hisce verbis definisse: *Morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam, qui usum eius facit deteriorem. Sed 'morbum' alias⁴ in toto corpore accidere dicit, alias in parte corporis.*
 15 Totius corporis 'morbum' esse, veluti sit phthisis aut febris, partis autem, veluti sit caecitas aut pedis debilitas. Balbus autem inquit et atypus vitiosi⁵ magis quam morbosi sunt, et equus mordax aut calcitro vitiosus, non morbosus est. Sed
 20 cui morbus est, idem etiam vitiosus est. Neque id tamen contra fit; potest enim, qui vitiosus est, non morbosus esse. Quamobrem, cum de homine morboso agetur, aequo inquit ita dicetur: 'quanto ob id vitium minoris
 25 erit'.

De eunicho quidem quaesitum est, an contra edic-⁶ tum aedilium videretur venundatus, si ignorasset emptor eum eunuchum esse. Labeonem (*ad ed. aedil. fr. 28 H. 7 12 Br.*) respondisse aiunt redhiberi posse quasi morbosum; sues etiam feminae si sterilae essent et venum⁸ issent, ex edicto aedilium posse agi Labeonem scrip-

1 seruorum] 5 scriptorum ω del. *Hertz* || 5 iuris cons. R || 11 est] et P¹V || 12 huiusque R quisque *Huschke* || 15 sit om. 5 phisis ω corr. P²(phth.) || 16 pedi R || 17 atypus (atiph. R) ω || 21 sit P || 23 aequo *Huschke* neque ω || 24 quando ω corr. 5 quanti *Carrio* || 27 ignoraret R || 30 feminas ω corr. *Huschke* | sterile ω -les P² | et meminissent P

9 sissee. De sterila autem muliere, si nativa sterilitate
 sit, Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt.
 10 Nam cum redhiberi eam Labeo (*fr. 28 H. 3 Br.*) quasi
 minus sanam putasset, negasse aiunt Trebatium
(fr. 10 H. resp. 24 Br.) ex edicto agi posse, si ea mulier
 a principio genitali sterilitate esset. At si valitudo
 eius offendisset exque ea vitium factum esset, ut con-
 cipere fetus non posset, tum sanam non videri et esse
 11 in causa redhibitionis. De myope quoque, qui 'lusci-
 tiosus' Latine appellatur, dissensum est; alii enim
 redhiberi omnimodo debere, alii contra, nisi id vitium
 12 morbo contractum esset. Eum vero, cui dens deesset,
 Servius (*fr. 17 H. resp. 108 B.*) redhiberi posse respon-
 dit, Labeo (*l. l. fr. 29 H. 2 Br.*) in causa esse redhibendi
 negavit: nam et magna inquit pars dente aliquo
 15 carent, neque eo magis plerique homines mor-
 bosi sunt, et absurdum admodum est dicere non
 sanos nasci homines, quoniam cum infantibus
 non simul dentes gignuntur.

13 Non praetereundum est id quoque in libris vete-
 rum iurisperitorum (*Cael. Sab. ad ed. fr. 1 sqq. Br.*)
 scriptum esse 'morbum' et 'vitium' distare, quod
 'vitium' perpetuum, 'morbus' cum accessu decessuque
 14 sit. Sed hoc si ita est, neque caecus neque eunuchus
 morbosus est contra Labeonis, quam supra dixi, sen-
 tentiam.

15 Verba Masuri Sabini apposui ex libro iuris
 civilis secundo (*fr. 5 H. 173 sq. Br.*): Furiosus mu-
 tusve cuive quod membrum lacerum laesumque

1 Dig. XXI 1, 14, 3
 ant. p. 561 M. CGL VI 662
 L 16, 101, 2

9 Non. II p. 135, 10 Fulgent. serm.
 22 sqq. Non. V p. 440, 31 Dig.

1 sterili (ter. R) PR || 4 necesse aiunt (n. esset R) tr. ex ed.
 aposse(s)i (aposasi R) ea ω corr. JGr. || 9 demum (enum P)
 ope ω corr. Beroaldus || 12 Eum σ Cum ω

est aut obest, quo ipse minus aptus sit, morbos i
sunt. Qui natura longe minus videt, tam sanus
est, quam qui tardius currit.

III

5 Quod nullae fuerunt rei uxoriae actiones in urbe Roma ante
Carvillianum divertium; atque inibi, quid sit proprie paelex,
quaequae eius vocabuli ratio sit.

Memoriae traditum est quingentis fere annis post 1
Romam conditam nullas rei uxoriae neque actiones
10 neque cautiones in urbe Roma aut in Latio fuisse,
quoniam profecto nihil desiderabatur nullis etiamtunc
matrimonii divertentibus. Servius quoque Sulpicius 2
in libro, quem composuit de dotibus (*fr. 1 H. p. 227
Br.*), tum primum cautiones rei uxoriae necessarias
15 esse viisas scripsit, cum Spurius Carvilius, cui Ruga
cognomentum fuit, vir nobilis, divertium cum uxore
fecit, quia liberi ex ea corporis vitio non gignerentur,
anno urbis conditae quingentesimo vicesimo tertio
M. Atilio P. Valerio consulibus. Atque is Carvilius
20 traditur uxorem, quam dimisit, egregie dilexisse carissi-
mamque morum eius gratia habuisse, set iurisiurandi
religionem animo atque amori praevirtuisse, quod iurare
a censoribus coactus erat uxorem se liberum quaerun-
dum gratia habiturum.

25 'Paelicem' autem appellatam probrossamque habitam, 3
quaes iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu

8 sqq. XVII 21, 44 Dion. Hal. II 25, 7 Val. Max. II 1, 4 Plut.
comp. Thes. et Rom. VI 6 Num. et Lyc. III 11 quaest. R. 14; 59
Tert. apol. 6 de monog. 9 25 sqq. Paul. p. 222, 3 Gran. Lic.
fr. 6 Dig. L 16, 144 CGL V 130, 39 VII 62

1 quod R | ipsi ω, unde possis aptum || 2 Qui] P² Cui ω ||
3 tardus R || 7 eis ω || 10 romana R || 11 desiderabantur s ||
15 uisa P¹V || 18 DXXVII s || 19 consule ω corr. s || 20 carissima-
que ω || 21 sed Carrio et ω || 25 probosam ω corr. s || 26 ee P¹V ||
manum P¹V

mancipioque alia matrimonii causa foret, hac anti-quissima lege ostenditur, quam Numae regis fuisse accepimus (*FIR p. 8 fr. 2 I p. 135 Br.*): Paelex aedem Iunonis ne tangito; si tangit, Iunoni crinibus demissis agnum feminam caedito. 5

'Paelex' autem quasi πάλλαξ, id est quasi παλλακτός. Vt pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Graeco flexum est.

IV

Quid Servius Sulpicius in libro, qui est de dotibus, scripsert 10
de iure atque more veterum sponsaliorum.

1 Sponsalia in ea parte Italiae, quae Latium appellatur, hoc more atque iure solita fieri scripsit Servius Sulpicius in libro, quem scripsit de dotibus (*fr. 2 H. 2 p. 226 Br.*): Qui uxorem inquit ducturus erat, ab 15 eo, unde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium datum iri. Qui ducturus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationum sponzionumque dicebatur 'sponsalia'. Tunc, quae promissa erat, 'sponsa' appellabatur, qui 20 spoponderat ducturum, 'sponsus'. Sed si post eas stipulationis uxor non dabatur aut non ducebatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat. Iudices cognoscebant. Iudex, quamobrem data acceptave non esset uxor, quaerebat. Si nihil 25 iustae causae videbatur, litem pecunia aesti-

6 sqq. Non. I p. 6, 18 12 sqq. Varro 1. 1. VI 7, 69 sqq.
Serv. A. X 79 20 l. 1 Non. V p. 439, 9 Dig. XXIII 1, 2
(Arnob. IV 20)

3 aram *Paulus* || 14 inscripsit *Huschke* || 16 eum R || 17 ducturum iri. Cui o corr. *Otho*, qui tum daturus; *plura supplevit et id eidem (malim <id> itidem) in v. 18* scripsit *Mms.* daturum; ductum iri, qui *Hertz*, alii aliter || 19 Nunc R || 21 sponderat (-ra R) ω || 22 ea ω || 23 stipulatus fuerat <aut qui spoponderat>
Gr. || 24 Iud. c. del. *Mms.* || 25 fuisset R || 26 uidebantur PV

mabat, quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum, qui spoponderat, *<aut>* qui stipulatus erat, condemnabat.

Hoc ius sponsaliorum observatum dicit Servius ³
ad id tempus, quo civitas universo Latio lege Iulia
data est. Haec eadem Neratius scripsit in libro, ⁴
quem de nuptiis compositus (*fr. 1 Br.*).

V

Historia narrata de perfidia aruspicum Etruscorum; quodque
¹⁰ ob eam rem versus hic a pueris Romae urbe tota cantatus
est: 'Malum consilium consultori pessimum est'.

Statua Romae in comitio posita Horatii Coclitis, ¹
fortissimi viri, de caelo tacta est. Ob id fulgor pia- ²
culis luendum aruspices ex Etruria acciti inimico atque
¹⁵ hostili in populum Romanum animo instituerant eam
rem contrariis religionibus procurare atque illam sta- ³
tuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi,
quem sol oppositu circum undique altarum aedium
numquam illustraret. Quod cum ita fieri persuasissent, ⁴
²⁰ delati ad populum proditique sunt et, cum de perfidia
confessi essent, necati sunt, constitutque eam statuam,
proinde ut verae rationes post compertae monebant,
in locum editum subducendam atque ita in area Vol-
cani sublimiore loco statuendam; ex quo res bene ac
²⁵ prospere populo Romano cessit. Tum igitur, quod in ⁵
Etruscos aruspices male consulentis animadversum vin-

2 aut add. σ ei Cramer || 4 occius V octius P¹ Doctius R ||
5 uniuersa RV ui uersa P || 6 ueracius (-tius P) ω corr. σ ||
12 oratio RV || 16 contractis (contrat' R) regionibus ω corr. σ ||
statuam] PR² stiiam V tuam R || 18 undique] montis P Monetae
Mms. | altarum Jahn aliarum RV -umque P (Mms.) || 21 con-
fessent V confesserant R || 24 sublimiori R | quo] P q RV ea-
que σ || 25 P. R. ω || 26 anim (sic RV om. P) uindicatumque (que
om. P) ω corr. σ

dicatumque fuerat, versus hic scite factus cantatusque esse a pueris urbe tota fertur (*p. 37 B.*):

malūm cōsiliūm cōsultori pēssimum est.

- 6 Ea historia de aruspicibus ac de versu isto senario scripta est in annalibus maximis, libro undecimo 5 (*fr. 3 P.*), et in Verri Flacci libro primo rerum 7 memoria dignarum (*p. XIII M.*). Videtur autem versus hic de Graeco illo Hesiodi versu expressus (*Ἐργ. 266*):

$\dot{\eta} \delta\acute{e} \kappa\alpha\kappa\eta \beta\omega\upsilon\lambda\eta \tau\bar{\omega} \beta\omega\upsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\alpha\eta\tau\iota \kappa\alpha\kappa\iota\sigma\tau\eta$. 10

VI

Verba veteris senatusconsulti posita, quo decretum est hostiis maioribus expiandum, quod in sacrario hastae Martiae movissent; atque ibi enarratum, quid sint 'hostiae succidaneae', quid item 'porca praecidanea'; et quod Capito Ateius ferias 15 'praecidaneas' appellavit.

- 1 Vt terram movisse nuntiari solet eaque res procuratur, ita in veteribus memoriis scriptum legimus nuntiatum esse senatui in sacrario in regia hastas 2 Martias movisse. Eius rei causa senatusconsultum 20 factum est M. Antonio A. Postumio consulibus, eiusque exemplum hoc est: Quod C. Iulius L. filius pontifex nuntiavit in sacrario *(in)* regia hastas Martias movisse, de ea re ita censuerunt, uti M. Antonius consul hostiis maioribus Iovi et 25 Marti procuraret et ceteris dis, quibus videtur, lactantibus. *(Ibus)* uti procurasset, satis

³ cfr. Otto, Sprichw. p. 90

18 Amm. XXXI 4, 7

⁵ anilibus **RV** || ⁷ dignarum hucusque **P** cfr. *I* 8, 6 || ¹² ue-
teri **PV** | senatusconsulti sit a (-tis ita **P**) quo ω corr. *Lion*
¹³ *Hertz* || ¹³ hostie marti (arti **P**) ω | mouisset **V** || ¹⁵ item
apracidanea ω corr. *Gr.* | ad eius ω | ²⁰ consilium **V** ||
²³ in add. σ || ²⁶ Marti σ **M.** ω || ²⁷ plantantibus ω
hke et Hertz placandis σ | *Ibus* add. *Scioppius*

habendum censuerunt. Si quid succidaneis opus esset, robiis succideret.

Quod 'succidaneas' hostias senatus appellavit, quae-
ri solet, quid verbum id significet. In Plauti quoque
5 comoedia, quae Epidicus inscripta est, super eodem
ipso verbo requiri audio in his versibus (*v. 139*):

mén piaculárem oportet fíeri ob stultitiám
tuam,

út meum tergum tuaé stultitiae súbdas suc-
cidáneum?

10 'Succidaneae' autem 'hostiae' dicuntur ae littera 5 per morem compositi vocabuli in *< i >* litteram mutata quasi 'succedaneae', appellatae, quoniam, si primis 6 hostiis litatum non erat, aliae post easdem ductae 15 hostiae caedebantur; quae quia prioribus iam caesis luendi piaculi gratia subdeabantur et succidebantur, 'succidaneae' nominatae littera *< i >* scilicet tractim pronuntiata; audio enim quosdam eam litteram in hac voce barbare corripere.

20 Eadem autem ratione verbi 'praecidaneae' quoque 7 hostiae dicuntur, quae ante sacrificia sollemnia pridie caeduntur. 'Porca' etiam 'praecidanea' appellata, quam 8 piaculi gratia ante fruges novas captas immolare Cererim mos fuit, si qui familiam funestam aut non purgaverant 25 aut aliter eam rem, quam oportuerat, procuraverant.

Sed porcam et hostias quasdam 'praecidaneas', 9 sicuti dixi, appellari volgo notum est, ferias 'praecidaneas' dici id, opinor, a volgo remotum est. Prop- 10

11 sqq. Fest. p. 302, 23 Serv. pl. A. II 140 (VIII 641) 20 sqq.
Cato r. r. 134 Fest. p. 218, 17 Paul. p. 223, 19 GLK VI 25, 16
(Non. II p. 163, 17)

1 su(c)cendaneis ω || 2 robus P | succederet V¹ || 4 id ex
hoc R || 9 stult. tuae Plaut. || 11 ae littera JGr. aliter ω || 12 i
add. σ | tramutata Mms. (σ) nam ω; cogitabam de <ex> ae littera
.. i littera nata || 13 succedaniae ω || 15 quae quia Otho
Due qua (quas R) ω || 17 i add. σ || 23 carptas Gr. | immolari R ||
24 quid ω | funesta R | purgati erant V || 25 oporteat R¹

terea verba Atei Capitonis ex quinto librorum,
quos de pontificio iure (*fr. 8 H. 1 Br.*) composuit,
scripsi: Tib. Coruncanio pontifici maximo feriae
praecidaneae in atrum diem inaugurate sunt.
Collegium decrevit non habendum religioni, 5
quin eo die feriae praecidaneae essent.

VII

De epistula Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta
super accentu nominum quorundam Poenicorum.

- 1 Valerius Probus grammaticus inter suam aeta- 10
2 tem praestanti scientia fuit. Is 'Hannibalem' et' Has-
drubalem' et 'Hamilcarem' ita pronuntiabat, ut paenultimam
circumfleteret, et est epistula eius scripta
ad Marcellum, in qua Plautum (*fr. f. inc. XLII G.*)
et Ennium multosque alios veteres eo modo pronun- 15
3 tiasse affirmat, solius tamen Ennii versum unum ponit
ex libro, qui Scipio inscribitur.
4 Eum versum quadrato numero factum subiecimus,
in quo, nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine cir-
5 cumflexe promatur, numerus clausurus est. Versus 20
Ennii, quem dixit, ita est (*sat. 13 M. 465 B.*):
qua propter Hannibalis cōpias cōsiderat.

VIII

Quid C. Fabricius de Cornelio Rufino homine avaro dixerit,
quem cum odisset inimicusque esset, designandum tamen 25
consulem curavit.

- 1 Fabricius Luscinus magna gloria vir magnisque
2 rebus gestis fuit. P. Cornelius Rufinus manu quidem

¹⁰ sqq. Probus (GLK IV) 127, 3 (Varro l. l. VIII 38, 72 X 3,
⁷⁰ Quint. I 5, 60 GLK III 523, 8) Schoell acta soc. ph. Lips. VI
p. 200 27 Cic. de or. II 66, 268 Quint. XII 1, 43 Dio fr. 34, 1 M.

1 adei ω || 2 qd' ω || 3 scripsit ibi coruncanio (-rio PV) ω || 9 su-
pra (sup̄ V) centum ω corr. s || 13 et est Lion ut est ω teste Gr. ||
20 ponatur s || 22 <si> qua Buecheler quaque Hertz | considerant V

strenuus et bellator bonus militarisque disciplinae peritus admodum fuit, sed furax homo et avaritia acri erat. Hunc Fabricius non probabat neque amico ute-³
 batur osusque eum morum causa fuit. Sed cum in ⁴
⁵ temporibus rei difficillimis consules creandi forent et is Rufinus peteret consulatum competitoresque eius essent inbelles quidam et futilles, summa ope adnixus est Fabricius, uti Rufino consulatus deferretur. Eam ⁵
¹⁰ rem plerisque admirantibus, quod hominem avarum, cui esset inimicissimus, creari <consulem vellet, 'malo,' inquit 'civis me' compilet, quam hostis vendat'.⁶

Hunc Rufinum postea bis consulatu et dictatura ⁷
¹⁵ functum censor Fabricius senatu movit ob luxuriae notam, quod decem pondo libras argenti facti haberet. Id autem, quod supra scripsi Fabricium de Cornelio ⁸
 Rufino ita, uti in pleraque historia scriptum est, dixisse, M. Cicero non aliis a Fabricio, sed ipsi Rufino gratias agenti, quod <ope> eius designatus esset, dictum esse refert in libro secundo de oratore (66, 268).

20

IX

Quid significet proprie 'religiosus'; et in quae deverticula significatio istius vocabuli flexa sit; et verba Nigidii Figuli ex commentariis eius super ea re sumpta.

Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, iuxta ¹
²⁵ M. Varronem doctissimus, in undecimo commentariorum grammaticorum (*fr. 4 Sw.*) versum ex an-

¹² sqq. XVII 21, 39 Liv. epit. 14 Dion. Hal. XX 13 Val. Max. II 9, 4 Plin. XVIII 6, 39 XXXIII 11, 142; 12, 153 Plut. Sull. 1 Dio fr. 35 M. Flor. I 13, 22 Tert. apol. 6 August. civ. dei V 18 Ampel. XVIII 9 Zonar. VIII 6 schol. Iuv. IX 142

¹ disciplina **R** ^V | praeditus **R** || ⁴ ususque **ω** corr. **P** ² || ⁵ rei p. **σ** || ⁷ imbecilles **R** | subtiles **V** ¹ || ⁸ est] & **ω** || ¹⁰ consulem — me vel sim. add. multi || ¹⁴ facti haberet *Scioppius* factitaret **ω** iactaret *JGr.* || ¹⁶ ut in **V** uti pl. **P** || ¹⁷ alias **ω** || ¹⁸ ope add. hic *Hertz* | dedignatus **ω** || ¹⁹ esset **PV** || ²⁶ uersu **ω**

tiquo carmine refert memoria hercle dignum (*p. 36 B. trag. fr. p. 297 R.*³):

religentem esse oportet, religiosus ne fuas,
 2 cuius autem id carmen sit, non scribit. Atque in eodem
 loco Nigidius: Hoc inquit inclinamentum semper 5
 huiuscemodi verborum, ut 'vinosus', 'mulieros-
 sus', 'religiosus', significat copiam quandam
 inmodicam rei, super qua dicitur. Quocirca
 'religiosus' is appellabatur, qui nimia et super-
 stitiosa religione sese alligaverat, eaque res 10
 vitio assignabatur.

3 Sed praeter ista, quae Nigidius dicit, alio quodam
 deverticulo significationis 'religiosus' pro casto atque
 observanti cohibentique sese certis legibus finibusque
 4 dici coepitus. Simili autem modo illa quoque vocabula 15
 ab eadem profecta origine diversum significare viden-
 tur: 'religiōsi dies' et 'religiōsa delubra'. 'Religiōsi'
 enim 'dies' dicuntur tristi omne infames inpeditive,
 in quibus et res divinas facere et rem quamquam no-
 vam exordiri temperandum est, quos multitudo impe- 20
 6 ritorum prave et perperam 'nefastos' appellat. Itaque
 M. Cicero in libro epistularum nono ad Atticum
 (5, 2): maiores inquit nostri funestiorum diem
 esse voluerunt Aliensis pugnae quam urbis
 captae, quod hoc malum ex illo. Itaque alter 25
 religiosus etiamnunc dies, alter in volgus igno-
 7 tus. Idem tamen M. Tullius in oratione de accu-

9 Non. V p. 432, 4 Serv. A. VIII 349 13 Fest. p. 289, 15
 (Macr. III 8, 10) 17 Fest. p. 278, 12 Non. IV p. 379, 1 Serv.
 pl. g. I 269 CIL I p. 373 20 sq. V 17, 1

3 <ted> esse *Fleckeisen* | ne fuas *idem* nefas ω sed religio-
 sumst nefas *LMueller* || 4 non refert R || 9 appellatur R || 10 alli-
 gauerit neque R || 11 assignatur R¹ || 17 del.] templ a R | § 5
 om. R || 18 homine (homines VP²) infame inpenditeque ω corr. 5 ||
 19 diuina ω || 24 alienis ω | quod orbis *Nonii codd.* || 25 aliter —
 'iter Non.'

satore constituendo (*div. in Caec. I 3*) religiosa delubra dicit non ominosa nec tristia, sed maiestatis ⁸ venerationisque plena. Masurius autem Sabinus in ⁵ commentariis, quos de indigenis compositus (*fr. 13 H. p. 366 Br.*): 'religiosum' inquit est, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepo-⁹ situm a nobis est; verbum a 'relinquendo' dic-¹⁰ tum, tamquam 'caerimoniae' a 'carendo'. Se-¹¹cundum hanc Sabini interpretationem templa quidem ac delubra — quia horum cumulus in vituperationem non cadit, ut illorum, quorum laus in modo extat —, quae non volgo ac temere, sed cum castitate caerimo-¹⁵niaque adeundum, et reverenda et reformidanda sunt magis quam involganda: sed dies 'religiosi' dicti, quos ex contraria causa propter ominis diritatem relinquimus. Et Terentius (*haut. 228*):

11
tum, quod dem, recte est. nam nihil esse
mihi religio est dicere.

Quod si, ut ait Nigidius, omnia istiusmodi in-¹²
²⁰ clinamenta nimium ac praeter modum significant et
idecirco in culpas cadunt, ut 'vinosus', 'mulierosus',
'morosus', 'verbosus', 'famosus', cur 'ingeniosus' et
'formosus' et 'officiosus' et 'speciosus', quae pariter
ab ingenio et forma et officio inclinata sunt, cur etiam
²⁵ 'disciplinosus', 'consiliosus', 'victoriosus', quae M. Cato
(*fr. inc. 42 J.*) ita affiguravit, cur item 'facundiosa', quod
Sempronius Asellio XIII. rerum gestarum (*fr.
10 P.*) ita scripsit: facta sua spectare oportere,

3 Serv. pl. A. II 365 4 sqq. Macr. III 3, 8 (Ser. Sulpicius)
Non. V p. 432, 4 Grom. lat. I p. 23, 22 Lachm. 8 August.
retr. II 37 Isid. VI 19, 36 CGL VI 163 15 Amm. XXVIII 4, 8
25 Non. VI p. 463, 3

2 ignominiosa P || 10 quia — extat *del. Mdg.* | horum] & P ||
13 ad eundem R¹ adeuntur *Mdg.* || 14 diuolganda R || 17 quod-
dam P quod ēē R quod dem ei plur. *codd. Ter.* | nam *Ter.* an ω |
esse om. R || 24 et specie desidero || 26 afiguravit V figurauit P

non dicta, si minus facundiosa essent, cur, inquam, ista omnia numquam in culpam, sed in laudem dicuntur, quamquam haec item incrementum sui nimium demonstrent? an propterea, quia illis quidem, quae supra posui, adhibendus est modus quidam necessarius? 5
 13 Nam et gratia, si nimia atque inmodica, et mores, si multi atque varii, et verba, si perpetua atque infinita et obtundentia, et fama, si magna et inquieta et in-
 14 vidiosa sit, neque laudabilia neque utilia sunt; ingenium autem et officium et forma et disciplina et consilium 10 et victoria et facundia sicut ipsae virtutum amplitudines nullis finibus cohibentur, sed quanto maiora auctioraque sunt, multo etiam tanto laudatoria sunt.

X

Quid observatum de ordine rogandarum in senatu sententiarum; 15 iurgiumque in senatu C. Caesaris consulis et M. Catonis diem dicendo eximentis.

1 Ante legem, quae nunc de senatu habendo obser-
 2 vatur, ordo rogandi sententias varius fuit. Alias primus
 3 rogabatur, qui princeps a censoribus in senatum lectus 20
 fuerat, alias, qui designati consules erant; quidam e
 4 consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti, quem
 is visum erat, honoris gratia extra ordinem sententiam
 5 primum rogabant. Observatum tamen est, cum extra
 ordinem fieret, ne quis quemquam ex alio quam ex 25
 6 consulari loco sententiam primum rogaret. C. Caesar
 in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quattuor
 solos extra ordinem rogasse sententiam dicitur. Ex
 his quattuor principem rogabat M. Crassum; sed post-

18 sqq. XIV 7, 9

29 Suet. Caes. 21

3 item *scripti* cum ω q. aecum Hertz || 5 posuit ω || 8 invi-
 diosast Mdg. || 13 multo Gr. mito (inito P) ω || 16 iurgiorum qui ω
 corr. Boot iurgiaque Hertz || 19 sentencia P¹ || 22 quam ω corr. σ||
 23 sin sumerat R

quam filiam Cn. Pompeio desponderat, primum coep-
erat Pompeium rogare.

Eius rei rationem reddidisse eum senatui Tiro⁶
Tullius, M. Ciceronis libertus, refert (*fr. 1 P. p. 6 L.*),
5 itaque se ex patrono suo audisse scribit. Id ipsum⁷
Capito Ateius in libro, quem de officio senatorio
composuit, scriptum reliquit (*fr. 18 H. 1 Br.*).

In eodem libro Capitonis (*fr. 18 H. 2 Br.*) id⁸
quoque scriptum est: C. inquit Caesar consul M.
10 Catonem sententiam rogavit. Cato rem, quae
consulebatur, quoniam non e republica vide-
batur, perfici solebat. Eius rei ducendae gratia
longa oratione utebatur eximebatque dicendo
diem. Erat enim ius senatori, ut sententiam
15 rogatus diceret ante, quicquid vellet aliae rei
et quoad vellet. Caesar consul viatorem vo-
cavit eumque, cum finem non faceret, prendi
loquentem et in carcerem duci iussit. Senatus
20 consurrexit et prosequebatur Catonem in car-
cerem. Hac inquit invidia facta Caesar destitit
et mitti Catonem iussit.

XI

Quae qualiaque sint, quae Aristoxenus quasi magis comperta
de Pythagora memoriae mandavit; et quae item Plutarchus
25 in eundem modum de eodem Pythagora scripserit.

Opinio vetus falsa occupavit et convaluit Pytha-¹
goram philosophum non esitavisse ex animalibus, item

9 sqq. Val. Max. II 10, 7 Plut. Caes. 14 Cat. min. 33 Suet.
Caes. 20 Dio XXXVIII 3

3 reddisse. ω || 14 Orat PR || 27 item] uitem uel fabam P
uitam V uiam R

2 abstinuisse fabulo, quem Graeci κύαμον appellant. Ex
hac opinione Callimachus poeta scripsit (fr. 128 Schn.):

καὶ κυάμων ἄπο χειρας ἔχειν ἀνιῶντος ἐδε-
στοῦ

κάγω, Πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε, λέγω. 5

3 Ex eadem item opinione M. Cicero in libro de di-
vinatione primo (30, 62) haec verba posuit: Iubet
igitur Plato sic ad somnum proficisci corpori-
bus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis
perturbationemque afferat. Ex quo etiam 10 Pythagoreis interdictum putatur, ne faba
vescerentur, quae res habet inflationem magnam
tranquillitatem mentis quaerentibus contra-
riam.

4 Haec quidem M. Cicero. Sed Aristoxenus musi- 15
cus, vir litterarum veterum diligentissimus, Aristoteli
philosophi auditor, in libro, quem de Pythagora
reliquit, nullo saepius legumento Pythagoram dicit
usum quam fabis, quoniam is cibus et subducere sen-

5 sim alvum et levigaret. Verba ipsa Aristoxeni sub- 20
scripsi (FHG II 273): *Πυθαγόρας δὲ τῶν δσπρῶν μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασεν· λειάντικόν τε γὰρ εἶναι καὶ διαχωρητικόν· διὸ καὶ μάλιστα μέχρηται αὐτῷ.*

6 Poreulis quoque minusculis et haedis tenerioribus 25
7 vicitasse idem Aristoxenus refert. Quam rem vide-
tur cognovisse e Xenophilo Pythagorico, familiari

11 Cic. de div. II 58, 119 (Porph. Hor. s. II 6, 63)
X 13 p. 418¹ Diog. L. VIII 1, 18 (20)

25 Athen.

1 faba R pabulo P² | KYMON ω || 2 poete P V || 3 XEIPiAC-
EXEN V | EΔECTOYC V || 10 etiam] eum a P || 11 pythagori-
cis Cic. || 12 magnam is cibus tranq. m. quaerentibus constat
esse contrariam ω corr. Gr. quod habet infl. m. is cibus tran-
quillitati mentis quaerenti(s) vera contrariam Cic. || 16 aristoti-
li P -elis RV || 20 subscrapsit P || 21 δὲ τῶν] ΛΕΓΩΝ V || 22 ΑΙ-
ΔΑΝΚΥΤΥΚΟΝ V corr. Cobet || 25 munuseulis PV

suo, et ex quibusdam aliis natu maioribus, qui ab aetate Pythagorae <minus diu aberant>. Ac de animalibus Alexis etiam poeta in comoedia, quae *Πυθαγορίζουσα* inscribitur, docet (fr. 199 K.). Videtur autem de κνάμῳ non esitato causam erroris fuisse, quia in Empedocli carmine, qui disciplinas Pythagorae secutus est, versus hic invenitur (fr. 141 D.):

δειλοί, πάνδειλοι, κνάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι.

10 Opinati enim sunt plerique κνάμους legumentum dici, ut a vulgo dicitur. Sed qui diligentius scitiusque carmina Empedocli arbitrati sunt, κνάμους hoc in loco testiculos significare dicunt, eosque more Pythagorae operte atque symbolice κνάμους appellatos, quod sint 15 αἴτιοι τοῦ κνεῖν et geniturae humanae vim praebeant; idcircoque Empedoclen versu isto non a fabulo edendo, sed a rei veneriae prolubio voluisse homines deducere.

Plutarchus quoque, homo in disciplinis gravi 11 auctoritate, in primo librorum, quos de Homero composuit, Aristotelem philosophum scripsit eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse (fr. 194 VR.), quod non abstinuerint edundis animalibus, nisi pauca carne quadam. Verba ipsa Plutarchi, quoniam res inopinata 12 est, subscrispsi (VII p. 100 Bern.): Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλήφης καὶ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἀπέχεσθαι φησιν τὸν δὲ Πυθαγορικούς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. Ἀκαλήφη autem 13

24 sqq. Diog. L. VIII 1, 18 (19) Porph. vit. Pyth. 45 28 CGL
VII 385

2 m. d. ab. add. Hertz (σ) || 3 pytagori (pit. V) uia ΡΥ pytagoruua Β corr. Reinesius || 4 indocet ΡΥ || 5 causa e. f., qui in sic invenitur Mms. || 8 ΕΛΕCOAI Υ ἔχεσθε Didymus || 10 dici ut Salmas. dicitur ω || 11 a. u. dic. om. Β || 16 in emp. ω in del. σ et emp. Gr. || 17 proluvio ω Hertz || 25 subscrispit ω

est animal marinum, quod 'urtica' appellatur. Sed et piscibus nullis abstinere Pythagoricos Plutarchus in Symposiacis (*VIII* 8) dicit.

14 Pythagoram vero ipsum sicuti celebre est Euphorbum primo fuisse dictasse, ita haec remotiora sunt his, 5 quae Clearchus (*FHG II* 317) et Dicaearchus (*FHG II* 244) memoriae tradiderunt, fuisse eum postea Pyrrum, deinde Aethaliden, deinde feminam pulcra facie meretricem, cui nomen fuerat Alco.

XII

10

Notae et animadversiones censoriae in veteribus monumentis repartae memoria dignae.

1 Si quis agrum suum passus fuerat sordescere eumque indiligenter curabat ac neque araverat neque purgaverat, sive quis arborem suam vineamque habuerat 15 derelictui, non id sine poena fuit, sed erat opus cens-2 sorium, censoresque aerarium faciebant. Item, quis eques Romanus equum habere gracilem aut parum nitidum visus erat, 'inpolitiae' notabatur; id verbum 3 significat, quasi tu dicas 'incuriae'. Cuius rei utrius- 20 que auctoritates sunt, et M. Cato id saepenumero (*fr. 2 p. 52 J.*) adtestatus est.

1 sqq. Diog. L. VIII 1, 18 (19); 19 (33 sq.) Porph. l. l. 4 sqq.
 Diog. L. VIII 1, 4 (4 sq.) Porph. l. l. Iamblich. 63 Tertull. de an. 28; 31 schol. Apoll. Rh. I 645 Suid. s. v. *ηδη* (Porph. et Acro Hor. c. I 28, 10) 13 sqq. Plin. XVIII 3, 11 (6, 32) 19 Paul. p. 108, 4

2 nullis del. Hertz multis *Mms.* || 5 <se> dictasse Hertz (σ) | dictasse. Ita *dist.* ω | haec vel his del. *Mms.* iis Vahlen; an his rem. s. haec? || 6 que archus Ρ || 7 pirrandum (pyrr. Ρ) ω Pyrandrum σ Pyrrum Pyranthium Hertz || 8 deinde thalidena (-da et hal. Ρ talideria Ρ) ω || 9 Alce σ || 12 reper Ρ¹V | memorie ω || 14 curarat Petschenig || 16 pen(a)e ΡΡ²V || 17 qui Vogel si quis σ quisquis CFW Mueller || 20 quasi si Ρ || 21 auctoritate Ρ

XIII

Quod incentiones quaedam tibiarum certo modo factae ischiacis mederi possunt.

Creditum hoc a plerisque esse et memoriae manus
5 datum, ischia cum maxime doleant, tum, si modulis
lenibus tibicen incinat, minui dolores, ego nuperrime
in libro Theophrasti (*fr. 87 Wi.*) scriptum inveni.
Viperarum morsibus tibicinium scite modulateque ad-
hibitum mederi refert etiam Democriti liber, qui
10 inscribitur *⟨περὶ λοιμῶν⟩*, in quo docet plurimis
hominum morbidis medicinae fuisse incentiones tibia-
rum. Tanta prosus adfinitas est corporibus hominum
mentibusque et propterea vitiis quoque aut medellis
animorum et corporum.

15

XIV

Narratur historia de Hostilio Mancino aedilium et Manilia
meretrice; verbaque decreti tribunorum, ad quos a Manilia
provocatum est.

Cum librum IX. Atei Capitonis coniecta-
20 neorum legeremus, qui inscriptus est de iudiciis
publicis (*fr. 1 H. 1 Br.*), decretum tribunorum visum
est gravitatis antiquae plenum. Propterea id memi-
nimus, idque ob hanc causam et in hanc sententiam
scriptum est: Aulus Hostilius Mancinus aedilis curulis

5 sqq. Plin. XXVIII 2, 21 Athen. XIV 18 p. 624^a Apollon.
hist. mir. 49 Mart. Cap. IX 926; 928 Eustath. p. 1078, 41

2 certe ω | fact(a)e sciacis ω corr. σ || 4 hos PR | esse Hertz
est ω cfr. adn. seq. || 6 dolores. Ego — inueni, uip. — mederi.
Refert interp. ω corr. Gr. || 7 Theophrasti *⟨περὶ ἐνθουσιασμοῦ⟩*
supplendum censeo, ut in v. 10 περὶ λοιμῶν add. Hertz, om. ω
(GR. ibi R) *περὶ λοιμῶν ἡ λογικῶν (λοιμικῶν Muret.) κανών (κακῶν*
Carrio) σ, cfr. et Birt apud Natorp, *Erkenntnisproblem im Alt.*
p. 180 adn. 1 || 16 narratu ω | (a)edulium ω aediliς; fort. aedili
cur. | mamilia ω || 19 VIII Scioppius | catonis ω || 20 uiciis R ||
22 Praeterea PV || 23 hac sententia (-ciam V) ω || 24 curilis ω

3 fuit. Is Maniliae meretrici diem ad populum dixit,
quod e tabulato eius noctu lapide ictus esset, vulnus-
4 que ex eo lapide ostendebat. Manilia ad tribunos
5 plebi provocavit. Apud eos dixit comessatorem Man-
cinum ad aedes suas venisse; eum sibi recipere non 5
fuisse e re sua, sed cum vi intrumperet, lapidibus de-
6 pulsum. Tribuni decreverunt aedilem ex eo loco iure
deiectum, quo eum .venire cum corollario non de-
cuisset; propterea, ne cum populo aedilis ageret, inter-
cesserunt.

10

XV

Defensa a culpa sententia ex historia Sallustii, quam iniqui
eius cum insectatione maligni reprehenderint.

1 Elegantia orationis Sallustii verborumque fingendi
et novandi studium cum multa prorsus invidia fuit,¹⁵
multique non mediocri ingenio viri conati sunt reprehendere pleraque et obtrectare. In quibus plura in-
scite aut maligne vellicant. Nonnulla tamen videri
possunt non indigna reprehensione; quale illud in
Catilinae historia repertum est, quod habeat eam ²⁰
speciem quasi parum adtente dictum. Verba Sallustii
2 haec sunt (*Cat. III 2*): Ac mihi quidem, tametsi
hautquam par gloria sequitur scriptorem
et auctorem rerum, tamen in primis arduum
videtur res gestas scribere: primum, quod facta ²⁵
dictis exaequanda sunt; dein, quia plerique,
quae delicta reprehenderis, malivolentia et in-
vidia dicta putant. Vbi de magna virtute at-

24 sqq. Thuc. II 35, 2

2 et quod ω eo q. *Gr.* | et ambulato (-tu P) ω corr. *Salmas.* ||
3 Maniliā ω || 6 e re *Btl.* ede ω || 8 coronario ω corr. *Thysius* ||
9 ne cum σ neū ω || 12 a om. P | culpe ω || 13 insectationem ω |
maligne 5 || 14 orationi ω | findi ω corr. *Gr.* || 15 inuidiae **PV** ||
24 actorem **RV** || 26 exequenda ω corr. *V* || 27 repr.] *Sall.* de-
prehenderis (-etis **V** -istis **R**) ω

que gloria bonorum memores, quae sibi quisque
facilia factu putat, aequo animo accipit; supra,
veluti ficta, pro falsis dicit. 'Proposuit' inquiunt³
'dicturum causas, quamobrem videatur esse arduum
res gestas scribere; atque ibi cum primam causam
<dixerit, dein non alteram causam>, sed querellas dicit.
Non enim causa videri debet, cur historiae opus ar-⁴
duum sit, quod hi, qui legunt, aut inique interpre-
tantur, quae scripta sunt, aut vera esse non credunt.'
¹⁰ Obnoxiam quippe et obiectam falsis existimationibus
eam rem dicendam aiunt quam 'arduam'; quia, quod
est arduum, sui operis difficultate est arduum, non
opinionis alienae erroribus.

Haec illi malivoli reprehensores dicunt. Sed 'ar-⁶
¹⁵ duum' Sallustius non pro difficiili tantum, sed pro
eo quoque ponit, quod Graeci $\chi\alpha\lambda\epsilon\pi\tau\circ\nu$ appellant, quod
est cum difficile, tum molestum quoque et incommo-
dum et intractabile. Quorum verborum significatio a
sententia Sallustii supra scripta non abhorret.

20

XVI

De vocabulis quibusdam a Varrone et Nigidio contra cotidiani
sermonis consuetudinem declinatis; atque inibi id genus quae-
dam cum exemplis veterum relata.

M. Varronem et P. Nigidium (*fr. 63 Sw.*), viros 1
²⁵ Romani generis doctissimos, comperimus non aliter
elocutos esse et scripsisse, quam 'senatus' et 'domuis'
et 'fluctus', qui est patrius casus ab eo, quod est
'senatus', 'domus' < 'fluctus' >; huic 'senatui', < 'domui' >

26 Non. VIII p. 484, 14; 491, 20 GLK I 130, 12; 143, 12
VI 9, 2 adn.

2 supra ea *Sall.* || 5 prima R || 6 *Hertzii additamentum fere
adoptavi*, qui primum causam aliquam d. || 10 Obnoxi autem
q. P || 11 magis dic. 5 || 14 mali maliu. P mali R || 22 id] P in
id V || 26 locutos P²V¹ || 27 patritius P || 28 sen. et R | et (sic)
fluctus et domui add. σ | senatu PRV²

² 'fluctui' ceteraque is consimilia pariter dixisse. Terentii quoque comici versus in libris veteribus itidem scriptus est (*haut. 287*):

eius ánuis causa, opínor, quae est emórtua.

³ Hanc eorum auctoritatem quidam e veteribus grammaticis ratione etiam firmare voluerunt, quod omnis dativus singularis i littera finitus, si non similis est genetivi singularis, s littera addita genetivum singularem facit, ut 'patri patris', 'duci ducis', 'caëdi caedis'.
⁴ ⁵ 'Cum igitur' inquiunt 'in casu dandi 'huic senatui' dicamus, genetivus ex eo singularis 'senatus' est, non 'senatus'.'

⁵ Set non omnes concedunt in casu dativo 'senatui'
⁶ magis dicendum quam 'senatu'. Sicuti Lucilius in
 eodem casu victu et anu dicit, non 'victui' nec 'anui',
 in hisce versibus (*IV 8 M. 123 B.*):

quod sumptum atque epulas victu praeponis
 honesto

et alio in loco (*IV 7 M. 209, 2 B.*):

'anu noceo' inquit.

20

⁷ Vergilius quoque in casu dandi aspectu dicit, non 'aspectui' (*A. VI 465*):

teque aspectu ne subtrahe nostro
 et in georgicis (*IV 198*):

quod nec concubitu indulgent.

25

⁴ Non. VIII p. 494, 18 GLK I 54, 31 II 268, 15; 363, 5 IV 25, 33
 V 555, 7 VI 476, 21; 27 15 Non. IX p. 501, 24 GLK II 363,
 13 Serv. et schol. Bern. g. IV 158 23 Non. IX p. 501, 26
 25 GLK II 363, 15 Serv. et schol. Bern. g. IV 198 (ecl. V 29 A. I
 257 III 292; 541 IX 602 XII 521)

⁴ opinor causaqu(a)e ω | est] eius V erat mortua *Ter.* ||

⁷ i] R om. PV || 13 Sed σ et ω || 17 sumptu V || 21 causa ω

C. etiam Caesar, gravis auctor linguae Latinae, in 8
 Anticatone (*II p. 136 Di.*): unius inquit arrogan-
 tiae, superbiae dominatuque. Item in Dolabel-
 lam actionis I. lib. I. (*II p. 121 Di. ORF² p. 410*): Isti,
⁶ quorum in aedibus fanisque posita et honori-
 erant et ornatu. In libris quoque analogicis⁹
 (*II p. 129 Di.*) omnia istiusmodi sine i littera dicenda
 censet.

XVII

10 De natura quarundam particularum, quae praepositae verbis
 intendi atque produci barbare et inscite videntur, exemplis
 rationibusque plusculis disceptatum.

Lucilii ex XI. versus sunt (*XI 14 M. 294 B.*): 1

15 Scipiadae magno improbus obiciebat Asellus
 lustrum illo censore malum infelixque fuisse.

Obiciebat o littera producta multos legere audio, id-
 que eo facere dicunt, ut ratio numeri salva sit. Idem 2
 infra (*XI 10 M. 313 B.*):

20 conicere in versus dictum praeconis volebam
 Grani.

In hac quoque primi verbi praepositione <o> ob ean-
 dem causam producunt. Item XV. (*XV 37 M. 370 B.*): 3

subicit huic humilem et suffercitus poste-
 riorem,

25 subicit u littera longa legunt, quia primam syllabam
 brevem esse in versu heroico non convenit. Item apud 4

13 sqq. Quint. I 4, 11 Serv. A. IV 549 V 522 GLK IV 450, 12
 (VI 35, 25) VII 54, 20; 72, 4; 235, 3 Anecd. H. 227, 31

3 dominatuque dñatu **PV** unde dom. mandatus *Baehrens* |
 dolabella ω || 4 I. lib. I. (s. II.): Isti *Hertz* inlibusti (-buisti **P**) ω
 III libro. Isti *H Meyer* || 7 i] ς om. ω || 8 censem ω || 11 uide-
 tur ω || 13 e. eXXI. **R** || 21 o add. *Mms.* || 23 suffercit *Mdg.*

Plautum in Epidico 'con' syllabam productam pronuntiant (*v. 194*):

age nūnciam orna te, 'Epidice, et pallíum in
collum cónice.

5 Apud Vergilium quoque subicit verbum produci a 5
plerisque audio (*g. II 18*):

etiam Parnasia laurus
parva sub ingenti matris se subicit umbra.

6 Sed neque 'ob' neque 'sub' praepositio producendi
habet naturam, neque item <'con'>, nisi cum eam litterae secundum eam primae sunt, vel cum eliditur <ex> ea n littera, sicut Sallustius (*hist. fr. IV 52 M.*): faeno-
7 ribus inquit copertus. In his autem, quae supra
posui, et metrum esse integrum potest et praepositiones 15
istiae possunt non barbare protendi; secunda enim littera in his verbis per duo i, non per unum scribenda est.

8 Nam verbum ipsum, cui supradictae particulae praepositae sunt, non est 'icio', sed 'iacio', et praeteritum non 'icit' facit, sed 'iecit'. Id ubi compositum est, 20
a littera in <i> mutatur, sicuti fit in verbis 'insilio'
et 'incipio', atque ita vim consonantis capit, et idcirco ea syllaba productius latiusque paulo pronuntiata priorem syllabam brevem esse non patitur, sed reddit eam positu longam, proptereaque et numerus in versu 25
et ratio in pronuntiati manet.

9 Haec, quae diximus, eo etiam conducunt, ut, <quod>
apud Vergilium in sexto positum invenimus (*A. VI 365*):

9 sqq. II 17, 2; 7

3 palliolum *Plaut.* || 9 supra positio ω || 10 con add. σ || 12 ex ea n σ ea non ω || 16 pr(a)etendi ω | secunde **V**¹ -det **R** | littere **V**¹ syllaba *Claussen* || 17 i] 5 om. ω || 18 istud **R** | proposito **RV** || 21 a *Lion* ex a ω | i add. σ || 22 <i> ita *Hertz* alterumque <i>
ita *Dziatzko* || 25 prositu ω || 26 in] 5 et ω || 27 quod add. σ

eripe me his, invicte, malis aut tu mihi terram
inice,

sic esse 'iniice', ut supra dixi, et scribendum et legen-
dum sciamus, nisi quis tam indocilis est, <ut> in hoc
5 quoque verbo 'in' praepositionem metri gratia protendat.

Quaerimus igitur, in 'obicibus' o littera qua ratione 10
intendatur, cum id vocabulum factum sit a verbo 'obii-
cio' et nequaquam simile sit, quod a verbo 'moveo'
'motus' o littera longa dicitur. Evidem memini Sul- 11
10 picium Apollinarem, virum praestanti litterarum
scientia, 'obices' et 'obicibus' o littera correpta dicere,
in Vergilio quoque sic eum legere (*g. II 479*):

qua vi maria alta tumescant
obicibus ruptis;

15 sed ita, ut diximus, i litteram, quae in vocabulo 12
quoque gemina esse debet, paulo uberius largiusque
pronuntiabant.

Congruens igitur est, ut 'subices' etiam, quod pro- 13
inde ut 'obices' compositum est, u littera brevi dici
20 oporteat. Ennius in tragœdia, quae Achilles in- 14
scribitur, subices pro aere alto ponit, qui caelo sub-
iectus est, in his versibus (*v. 2 R.³*):

per ego déum sublimas súbices
húmidas, unde óritur imber sónitu saevo et
25 spíritu;

plerosque omnes tamen legere audias u littera producta.
Id ipsum autem verbum M. Cato sub alia praeposi- 15
tione dicit in oratione, quam de consulatu suo
habuit (*I 9 J.*): ita hos inquit fert ventus ad pri-

10 Amm. XXIX 1, 9

23 Fest. p. 305, 23 Non. II p. 169, 3

³ inice ω || 4 ut add. σ || 7 obicio (-tio Ρ) ω || 15 in <hoc> Hertz |
uocalo Ρ || 19 breuis ω || 25 spiritu Festus strepitu ω || 26 pro-
ductam Ρ || 29 nos HMeyer Italos Falster | priorem ω corr. Mms.

morem Pyrenaeum, quo proicit in altum. Et Pacuvius item in Chryse (v. 94 R.³):

'Idae promuntúrium, cuius língua in altum
próicit.

XVIII

5

De P. Africano superiore sumpta quaedam ex annalibus memo-
ratu dignissima.

- 1 Scipio Africanus antiquior quanta virtutum gloria
praestiterit et quam fuerit altus animi atque magnificus
et qua sui conscientia subnixus, plurimis rebus, quae 10
2 dixit quaeque fecit, declaratum est. Ex quibus sunt
haec duo exempla eius fiduciae atque exuperantiae
ingentis:
- 3 Cum M. Naevius tribunus plebis accusaret eum ad
populum diceretque accepisse a rege Antiocho pecu- 15
niam, ut condicionibus gratiosis et mollibus pax cum
eo populi Romani nomine fieret et quaedam item alia
crimini daret indigna tali viro, tum Scipio pauca pre-
fatus, quae dignitas vitae suae atque gloria postulabat:
'memoria,' inquit 'Quirites, repeto diem esse hodiernum, 20
quo Hannibalem Poenum imperio vestro inimicissimum
magno proelio vici in terra Africa pacemque et victo-
riam vobis peperi inspectabilem. Non igitur simus
adversum deos ingrati et, censeo, relinquamus nebulo-
nem hunc, eamus hinc protinus Iovi optimo maximo 25
4 gratulatum.' Id cum dixisset, avertit et ire ad Capi-
5 tolium coepit. Tum contio universa, quae ad senten-

14 sqq. Liv. XXXVIII 50 sq. Val. Max. III 7, 1 Plut. apophth.
Scip. 10 Appian. Syr. 40 Aur. Viet. v. ill. 49 (Polyb. XXIII 14, 1 sqq.
Diod. XXIX 21)

1 quos σ | proiicit σ (etiam in v. 4) || 3 Idae Vossius id ω
Ida Heinsius | linguam ω corr. σ || 18 criminis ω corr. σ iaceret
Gr. || 19 glorie ΡΡ || 22 pacem Β¹ || 23 spectabilem Scioppius in-
sperabilem σ || 24 eccenseo Ρ en, censeo Hertz || 26 ad] Ρ in ΡV

tiam de Scipione ferendam convenerat, relicto tribuno
Scipionem in Capitolium comitata atque inde ad aedes
eius cum laetitia et gratulatione sollemni prosecuta est.
Fertur etiam oratio, quae videtur habita eo die a 6
5 Scipione (*ORF² p. 6*), et qui dicunt eam non veram,
non eunt inficias, quin haec quidem verba fuerint, quae
dixi, Scipionis.

Item aliud est factum eius praecellarum. Petilii 7
quidam tribuni plebis a M., ut aiunt, Catone, inimico
10 Scipionis, comparati in eum atque inmissi desidera-
bant in senatu instantissime, ut pecuniae Antiochiae
praedaeque in eo bello captae rationem redderet; fuerat 8
enim L. Scipioni Asiatico, fratri suo, imperatori in ea
provincia legatus. Ibi Scipio exurgit et prolato e sinu 9
15 togae libro rationes in eo scriptas esse dixit omnis
pecuniae omnisque praedae; illatum, ut palam recitare- 10
tur et ad aerarium deferretur. 'Sed enim id iam non 11
faciam' inquit 'nec me ipse afficiam contumelia' eum- 12
que librum statim coram discidit suis manibus et
20 concerpsit aegre passus, quod, cui salus imperii ac rei-
publicae accepta ferri deberet, rationem pecuniae praec-
diciae posceretur.

XIX

Quid M. Varro in logistorico scripserit de moderando victu
25 puerorum inpubium.

Pueros inpubes conpertum est, si plurimo cibo 1
nimioque somno uterentur, hebetiores fieri ad veterni
usque aut eluci tarditatem, corporaque eorum inprocera

8 sq. l. l. Plut. Cat. maior. 15

2 in Cap. *om.* **P** | sedes **P** || 9 quaedam **R** quidem **V¹** ||
12 capta erat ω , *unde* praedaeque quae ς ; corr. *JGr.* || 13 L.]
lelio **R** | asiaco ω Asiageno *Mms.* || 16 allatum *Carrio* pr. illa-
tae *Sk.* || 21 ratione **PV** | praedaceae **R** predate **P** predacte **V**
corr. *Ald.* || 24 longi historia ω corr. σ logistoria *Hertz*

2 fieri minusque adolescere. Idem plerique alii medico-
rum philosophorumque et M. Varro in logistorico
scripsit, qui inscriptus est Catus aut de liberis
educandis (*fr. 17 R.*).

XX

5

Notati a censoribus, qui audientibus iis dixerant ioca quaedam
intempestiviter; ac de eius quoque nota deliberatum, qui
steterat forte apud eos oscitabundus.

1 Inter censorum severitates tria haec exempla in
2 litteris sunt castigatissimae disciplinae. Vnum est hu- 10
3 iuscemodi: Censor agebat de uxoribus sollemne iusiu-
randum; verba erant ita concepta: *Vt tu ex animi*
tui sententia uxorem habes? Qui iurabat, cavil-
lator quidam et canicula et nimis ridicularius fuit.
4 Is locum esse sibi ioci dicundi ratus, cum ita, uti mos 15
erat, censor dixisset ‘*ut tu ex animi tui sententia*
5 *uxorem habes?*’, ‘*habeo euidem*’ inquit ‘*uxorem, sed*
6 *non hercle ex animi mei sententia.*’ Tum censor eum,
quod intempestive lascivisset, in aerarios rettulit cau-
samque hanc ioci scurrilis apud se dicti subscriptis. 20
7 Altera severitas eiusdem sectae disciplinaeque est.
8 Deliberatum est de nota eius, qui ad censores ab amico
advocatus est et in iure stans clare nimis et sonore
oscitavit atque inibi ut plecteretur fuit, tamquam illud
indictum esset vagi animi et alucinantis et fluxae at- 25
9 que apertae securitatis. Sed cum ille deiurasset in-
vitissimum sese ac repugnantem oscitatione victimum

11 sqq. Cic. de or. II 64, 260

1 Idem] **R**² Idem deest **R** dē **V** dest **P** (*uterque spatio ante d
rel.*) || 2 longa (*h*)istoria s., quae inscripta ω *vd. p. 207, 24* || 3 Catus
Mercerus capis ω || 7 accede ω *corr.* 5 atque de *Lion*, an ac
quod de? || 9 Intercessorum ω || 10 castissime **P** | *huiusmodi R* ||
11 acebat ω || 14 canalicola *Lips.* || 15 sibioci dicunt iratus
(ratus **R**) ω *corr. Gr.* || 16 ut] et 5 || 17 & quidem **R** **V** || 19 quod
ut **V** || 20 iocis currilis apud se dictis ω || 22 cessores **V** cepso-
res **R** | amicos (ab *om.*, *tum ss.*) **R**¹

tenerique eo vitio, quod 'oscedo' appellatur, tum notae iam destinatae exemptus est. Publius Scipio Afri-¹⁰ canus, Pauli filius, utramque historiam posuit in oratione, quam dixit in censura, cum ad maiorum mores populum hortaretur (*ORF²* p. 179).

Item aliud refert Sabinus Masurius in septimo ¹¹ memoriali severe factum (*fr. 16 H. 3 Br.*): Censores inquit Publius Scipio Nasica et Marcus Popilius cum equitum censum agerent, equum nimis ¹⁰ strigosum et male habitum, sed equitem eius uberrimum et habitissimum viderunt et 'cur' inquiunt 'ita est, ut tu sis quam equus curatior?' 'Quoniam' inquit 'ego me curo, equum Statius nihili servos.' Visum est parum esse ¹⁵ reverens responsum, relatusque in aerarios, ut mos est.

'Statius' autem servile nomen fuit. Plerique apud ¹² veteres servi eo nomine fuerunt. Caecilius quoque ¹³ ille comoediarum poeta inclutus servus fuit et prop-²⁰ terea nomen habuit 'Statius'. Sed postea versum est quasi in cognomentum, appellatusque est 'Caecilius Statius'.

6—11 (viderunt) Non. II p. 168, 18

¹ nota **P** noctae **R¹** notelam **V** || 6 masurius scabrius lib. XVII *Non.* || 7 memor (memorum **P**) memoriali **ω** || 10 strig. equitum *Non.* || 11 habilissimum *Non.* || 14 nihili *Gr.* nichil **ω** | seruo **P²** || 19 ille *om. P*

A. GELLII

NOCTIVM ATTICARVM LIBER QVINTVS

I

Quod Musonius philosophus reprehendit inprobavitque laudari philosophum disserentem a vociferantibus et in laudando gestientibus.

1 * * * Musonium philosophum (*p. 269 Pe.*) solitum 5
accepimus. 'Cum philosophus' inquit 'hortatur, monet,
suadet, obiurgat aliudve quid disciplinarum disserit,
tum, qui audiunt, si de summo et soluto pectore ob-
vias vulgatasque laudes effutiunt, si clamitant etiam,
si gestiunt, si vocum eius festivitatibus, si modulis 10
verborum, si quibusdam quasi frequentamentis oratio-
nis moventur, exagitantur et gestiunt, tum scias et qui
dicit et qui audiunt frustra esse neque illi philosophum
2 loqui, sed tibicinem canere. Animus' inquit 'audientis
philosophum, *< dum >*, quae dicuntur, utilia ac salubria 15
sunt et errorum atque vitiorum medicinas ferunt, laxa-
mentum atque otium prolixo profuseque laudandi non
3 habet. Quisquis ille est, qui audit, nisi ille est plane

5 *Lacunam statuit Hertz, cfr. XVI 1, 1 | solitum dicere σ ||*
10 *si g. om. Carrio, aut hic aut in v. 12 exsiliunt Gr. aestuant JGr. || 11 fretamentis ω corr. 5 irritamentis Salmas.; cogitavi de fermentis vel fricamentis | orationibus ω || 13 dicunt R | phil. sed tib. loqui et cantare R || 15 dum add. Hertz si Carrio, malim <quoad> vel <a quo> || 16 fuerunt ω corr. 5*

deperditus, inter ipsam philosophi orationem et perhorrescat necesse est et pudeat tacitus et paeniteat et gaudeat et admiretur, varios adeo vultus disparilesque 4 sensus gerat, proinde ut eum conscientiamque eius 5 adfecerit utrarumque animi partium aut sincerarum aut aeclararum philosophi pertractatio.'

Praeterea dicebat magnam laudem non abesse ab 5 admiratione, admirationem autem, quae maxima est, non verba parere, sed silentium. 'Idcirco' inquit 'poe- 6 tarum sapientissimus auditores illos Vlxi labores suos inlustrissime narrantis, ubi loquendi finis factus, non exultare nec strepere nec vociferari facit, sed consi- luisse universos dicit quasi attonitos et obstupidos delenimentis aurium ad origines usque vocis perma- 15 nantibus (*Od. XIII 1*):

ῳς φάτο· τοὶ δ’ ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο
σιωπῆ,
κηληθμῷ δ’ ἔσχοντο κατὰ μέγαρα σκιδεντα·'

II

²⁰ Super equo Alexandri regis, qui Bucephalus appellatus est.

Equus Alexandri regis et capite et nomine 'Buce- 1 phalus' fuit. Emptum Chares (*fr. 14 p. 117 M.*) scrip- 2 sit talentis tredecim et regi Philippo donatum; hoc autem aeris nostri summa est sestertia trecenta du- 25 decim. Super hoc equo dignum memoria visum, quod, 3 ubi ornatus erat armatusque ad proelium, haud um- quam inscendi sese ab alio nisi ab rege passus sit. Id etiam de isto equo memoratum est, quod, cum in- 4

9 sqq. Amm. XVIII 5, 7 14 Symm. III 11, 2 21 sqq.
Diod. XVII 76, 6; 95, 5 Curt. VI 5, 18 IX 3, 23 Plin. VIII 42, 154
Plut. Alex. 6; 61 Arr. V 14, 4 (19, 4 Strab. XV 1, 29 p. 698) al.

9 parare **V¹** || 11 narranti **P²** || 22 cares **R** **V** ikares **P** || 23 da-
tum **P** | hoc autem] **R** om. **P** et spatio relicto **V**

sidens in eo Alexander bello Indico et facinora faciens fortia in hostium cuneum non satis sibi providens inmisisset coniectisque undique in Alexandrum telis vulneribus altis in cervice atque in latere equus perfossus esset, moribundus tamen ac prope iam exanguis e 5 mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit atque, ubi eum extra tela extulerat, illico concidit et domini iam superstitis securus quasi cum sensus humani so 5 lacio animam exspiravit. Tum rex Alexander parta eius belli victoria oppidum in isdem locis condidit id- 10 que ob equi honores 'Bucephalon' appellavit.

III

Quae causa quodque initium fuisse dicatur Protagorae ad philosophiae litteras adeundi.

1 Protagoram, virum in studiis doctrinarum egre- 15 gium, cuius nomen Plato libro suo illi incluto inscripsit, adulescentem aiunt victus quaerendi gratia in mercedem missum vecturasque onerum corpore suo 2 factitavisse, quod genus Graeci ἀχθοφόρους vocant, 3 Latine 'baiulos' appellamus. Is de proximo rure Ab- 20 dera in oppidum, cuius popularis fuit, caudices ligni 4 plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Tum forte Democritus, civitatis eiusdem civis, homo ante alios virtutis et philosophiae gratia venerandus, cum egrederetur extra urbem, videt eum cum illo genere 25 oneris tam impedito ac tam incohibili facile atque expedite incidentem et prope accedit et iuncturam

1 Fronto p. 68, 7 N. Amm. XXII 8, 34 6 Amm. XXVI
7, 2 15 sqq. Diog. L. IX 8, 4 (53) X 4 (8) Athen. VIII 50
p. 354^e (= Epicur. fr. 172 Us.) 19 CGL II 254, 26 sq.

2 cum eum P cuneum <eum> Hertz, qui etiam <se> inm. ||
5 esset Hertz est ω, unde supra coniectis σ || 6 regem] alexan-
drum R || 8 sospitis Eussner || 13 dictator ω || 16 scripsit ω corr. σ ||
18 mercede ω

posituramque ligni scite periteque factam considerat petitque, ut paululum adquiescat. Quod ubi Protagoras, ut erat petitum, fecit atque itidem Democritus acervum illum et quasi orbem caudicum brevi 5 vinculo comprehensum ratione quadam quasi geometrica librari continerique animadvertisit, interrogavit, quis id lignum ita composuisset, et, cum ille a se compositum dixisset, desideravit, uti solveret ac denuo in modum eundem collocaret. At postquam ille solvit ac simi- 6 10 liter composuit, tum Democritus animi aciem sollertiaque hominis non docti demiratus: 'mi adulescens,' inquit 'cum ingenium bene faciendi habeas, sunt maiora melioraque, quae facere mecum possis', abduxitque eum statim secumque habuit et sumptum ministravit 15 et philosophias docuit et esse eum fecit, quantus postea fuit.

Is tamen Protagoras insincerus quidem philo- 7 sophus, sed acerrimus sophistarum fuit; pecuniam quippe ingentem cum a discipulis acciperet annuam, 20 pollicebatur se id docere, quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior, quam rem Graece ita dicebat: *τὸν ἥπτω λόγον κρείττω ποιεῖν.*

IV

De verbo duovicesimo, quod volgo incognitum est, a viris doctis 25 multifariam in libris scriptum est.

Apud Sigillaria forte in libraria ego et Iulius 1 Paulus poeta, vir memoria nostra doctissimus, consideramus; atque ibi expositi erant Fabii annales, bonae atque sincerae vetustatis libri, quos vendor 20 sine mendis esse contendebat. Grammaticus autem 2 quispiam de nobilioribus ab emptore ad spectandos

3 uti R || 6 interrogauitque P || 9 Ac PR || 24 duodeuicesimo ω corr. Quicherat duo et uicesimo σ | est aut del. aut set scr. Hertz

libros adhibitus repperisse unum in libro mendum dicebat; sed contra librarius in quodvis pignus vocabat, si in una uspiam littera delictum esset. Ostendebat grammaticus ita scriptum in libro quarto (*fr. 6 P.*): Quapropter tum primum ex plebe alter ⁵ consul factus est duovicesimo anno, postquam ⁴ Romam Galli ceperunt. 'Non' inquit 'duovicesimo, ⁵ sed 'duodevicesimo' scribi oportuit. Quid enim est duovicesimo?' <*** Varro humanarum rerum lib. XVI (*fr. 1 Mi.*);> hic ita scripsit: Mortuus ¹⁰ est anno duovicesimo; rex fuit annos XXI ***

V

Cuiusmodi ioco incavillatus sit Antiochum regem Poenus Hannibal.

1 In libris veterum memoriarum scriptum est ¹⁵ Hannibalem Carthaginensem apud regem Antiochum facetissime cavillatum esse. Ea cavillatio huiuscemodi 2 fuit: Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentis, quas bellum populo Romano facturus comparaverat, convertebatque exercitum insignibus argenteis et aureis ²⁰ 3 florentem; inducebat etiam currus cum falcibus et elephantes cum turribus equitatumque frenis, ephippiis, ⁴ monilibus, phaleris praefulgentem. Atque ibi rex contemplatione tanti ac tam ornati exercitus gloriabundus Hannibalem aspicit et 'putasne' inquit 'conferri posse ²⁵

8 sqq. Non. II p. 100, 9 'Duovicesimo (Duodevic.' codd.) ita ut duodecimo. Varro humanarum rerum lib. XVI: mortuus est anno duovicesimo ('duodevic.' codd.); rex fuit annos XXI. Cato in quarto originum: Deinde duovicesimo ('duodevicesimo' codd.) anno post dimissum bellum eqs.' 16 sqq. Macr. II 2, 1 sqq.

1 repp. <se> Hertz | uno Birt, sed vd. Landwehr, Archiv f. Lex. VI 226 || 6, 7, 9, 11 duo et vicesimo & corr. Quicherat || 8 duo et vicesimo Hertz || 9 Lacunam parva ex parte expleri posse ex Nonio (vd. supra) intellexerunt Thysius al. || 11 anno V || 20 contuebaturque Mdg. || 21 inducebatque P

ac satis esse Romanis haec omnia?' Tum Poenus 5
eludens ignaviam inbelliamque militum eius pretiose
armatorum: 'Satis, plane satis esse credo Romanis haec
omnia, etiamsi avarissimi sunt.' Nihil prorsum neque 6
5 tam lepide neque tam acerbe dici potest: rex de numero 7
exercitus sui ac de aestimanda aequiperatione quaesi-
verat, respondit Hannibal de praeda.

VI

De coronis militaribus; quae sit earum triumphalis, quae ob-
10 sidionalis, quae civica, quae muralis, quae castrensis, quae
navalis, quae ovalis, quae oleaginea.

Militares coronae multae, variae sunt. Quarum quae 1.2
nobilissimae sunt, has ferme esse accepimus: 'trium-
phalem, obsidionalem, civicam, muralem, castrensem,
15 navalem'; est ea quoque corona, quae 'ovalis' dicitur, 3
est item postrema 'oleaginea', qua uti solent, qui in 4
proelio non fuerunt, sed triumphum procurant.

'Triumphales' coronae sunt aureae, quae imperato- 5
ribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur 6
20 'aurum coronarium'. Haec antiquitus e lauru erant, 7
post fieri ex auro coeptae.

'Obsidionalis' est, quam ii, qui liberati obsidione 8
sunt, dant ei duci, qui liberavit. Ea corona graminea 9
est, observarique solitum, ut fieret e gramine, quod
25 in eo loco gnatum esset, intra quem clausi erant, qui
obsidebantur. Hanc coronam gramineam senatus po- 10
pulusque Romanus Q. Fabio Maximo dedit bello Poe-

12 sqq. = Varro ant. hum. XXII fr. 16 Mi. cfr. Plin. XVI 4,
7 sqq. XXII 3, 6 sqq. 16 Paul. p. 192, 4 18 Paul. p.
367, 12 22 Fest. p. 190, 21 (Paul. p. 97, 8) 26 Plin.
XXII 5, 10

1 esse *Macr.* esse credo (credam P) ω esse credis σ || 12 multi-
fariae σ m. et v. *Lion* || 20 Hae σ || 22 hii V hi P om. R || 25 ge-
neratum σ || 26 senatusque ω

norum secundo, quod urbem Romam obsidione hostium liberasset.

11 'Civica' corona appellatur, quam civis civi, a quo
in proelio servatus est, testem vitae salutisque per-
12 ceptae dat. Ea fit e fronde quernea, quoniam cibus 5
victusque antiquissimus quercus capi solitus; fuit etiam
ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti
scriptum est in quadam comoedia Caecilii (v.
269 R.³):

† advehuntur inquit cum ilignea corona et 10
chlamyde: di vestram fidem!

13 Masurius autem Sabinus in undecimo librorum memorialium (*fr. 17 H. 8 Br.*) civicam coronam tum dari solitam dicit, cum is, qui civem servaverat, eodem tempore etiam hostem occiderat neque locum in ea 15 pugna reliquerat; aliter ius civicae coronae negat con-
14 cessum. Tiberium tamen Caesarem consultum, an civicam coronam capere posset, qui civem in proelio ser-
vasset et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnabat, non retinuissest eoque loco hostes 20 potiti essent, rescriptsse dicit eum quoque civica dignum videri, quod appareret e tam iniquo loco civem ab eo servatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri 15 non quiverit. Hac corona civica L. Gellius, vir cen-
sorius, in senatu Ciceronem consulem donari a repu- 25 blica censuit, quod eius opera esset atrocissima illa Catilinae coniuratio detecta vindicataque.

³ Paul. p. 42, 15 Val. Max. II 8, 7 Plut. quaest. R. 92 Serv. A. VI 772 schol. Luc. I 356; 357; 358 CGL V 278, 47 14 sqq.
Plin. XVI 4, 12 24 Cic. in Pison. III 6

1 hurbem romanam R || 6 antiquis solitus fuit capi R |
querceus s. quern(e)us coniciebant | sol. sit. Fit σ || 10 aduehi-
tūr cum ligna Fleckeisen advehunt | Eum CFWMueller || 18 me-
morialium PR || 17 cēs. (sic) ω || 21 positi ω || 22 et tam PV itā R ||
23 ut] aut ω || 24 Hac] ac PR² a RV || 25 a] e Carrio

'Muralis' est corona, qua donatur ab imperatore,¹⁶
qui primus murum subiit inque oppidum hostium per
vim ascendit; idcirco quasi muri pinnis decorata est.

'Castrensis' est corona, qua donat imperator eum,¹⁷
⁵ qui primus hostium castra pugnans introivit; ea corona
insigne valli habet.

'Navalis' est, qua donari solet, maritimo proelio¹⁸
qui primus in hostium navem vi armatus transiluit;
ea quasi navium rostris insignita est. Et 'muralis'¹⁹
¹⁰ autem et 'castrensis' et 'navalis' fieri ex auro solent.

'Ovalis' corona murtea est; ea utebantur impera-^{20.21}
tores, qui ovantes urbem introibant. Ovandi ac non
triumphandi causa est, cum aut bella non rite indicta
neque cum iusto hoste gesta sunt aut hostium nomen
¹⁵ humile et non idoneum est, ut servorum piratarum-
que, aut deditio repente facta inpulvere, ut dici
solet, incruentaque victoria obvenit. Cui facilitati²²
aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non
Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret.
²⁰ Ac murteam coronam M. Crassus, cum bello fugiti-²³
vorum confecto ovans rediret, insolenter aspernatus est
senatusque consultum faciendum per gratiam curavit,
ut lauro, non murto, coronaretur.

Marcus Cato obicit M. Fulvio Nobiliori, quod²⁴
²⁵ milites per ambitum coronis de levissimis causis
donasset. De qua re verba ipsa apposui Catonis²⁵
(XIV 1 J.): Iam principio quis vidit corona

1 Polyb. VI 39, 5 Liv. XXVI 48, 5 Serv. A. VI 772 CGL V
276, 37 4 Paul. p. 57, 7 7 Fest. p. 162, 2 Dio XLIX
14, 3 11 sqq. Paul. p. 195, 7 (144, 13) Suet. rell. p. 283, 5 R.
Plut. Marcell. 22 16 cfr. Otto, Sprichw. p. 290 20 sqq.
Cic. in Pison. XXIV 58 Plin. XV 29, 125

7 quo ω corr. P² | ornari P || 8 transiliuit V || 13 indigna (ex
īgdigna R) ω || 16 in puluere aut ω corr. Carrio || 19 marcium
(-tium P) ω || 23 coronarentur R || 25 ambitium (-cium V) P V ||
27 Nam V Iam ex ā P | coronari quemquam R

- donari quemquam, cum oppidum captum non
esset aut castra hostium non incensa essent?
26 Fulvius autem, in quem hoc a Catone dictum est,
coronis donaverat milites, quia vallum curaverant, aut
qui puteum strenue foderant.
27 Praetereundum non est, quod ad ovationes attinet,
super quo dissensisse veteres scriptores accipio.
Partim enim scripserunt, qui ovaret, introire solitum
equo vehentem; set Sabinus Masurius (*fr. 26 H.*
memor. 15 Br.) pedibus ingredi ovantis dicit sequenti-
bus eos non militibus, sed universo senatu.⁵

VII

'Personae' vocabulum quam lepide interpretatus sit quamque
esse vocis originem dixerit Gavius Bassus.

- 1 Lepide mi hercules et scite Gavius Bassus in 15
libris, quos de origine vocabulorum composuit, unde
appellata 'persona' sit, interpretatur; a personando enim
2 id vocabulum factum esse coniectat. Nam caput in-
quit (*fr. 6 L.*) et os coperimento personae tectum
undique unaque tantum vocis emittendae via 20
pervium, quoniam non vaga neque diffusa
est, in unum tantummodo exitum collectam
coactamque vocem ciet, magis claros canoros-
que sonitus facit. Quoniam igitur indumentum
illud oris clarescere et resonare vocem facit, 25
ob eam causam 'persona' dicta est o littera
propter vocabuli formam productiore.

9 Dion. Hal. V 47 VIII 67 IX 36 Plut. Marc. 22 Serv. A. IV 543
(Lydus mens. IV 3) 18 sqq. Aneid. H. 202, 2; 248, 33

1 fuisse non **V** || 4 qui *Lion* || 5 qui *om.* **R** || 7 *scipio* ω ||
8 ouarent i. solitos ς || 9 uehentes (uehehñtes **V**) et ω corr.
Hertz (σ) || 11 milibus ω || 15 me hercules σ | et site ω corr. **P**² ||
20 *an* voci? || 21 diffusest **V** difu est **R** diff. est, <set> *Mms.* ||
23 ciet <et> σ

VIII

Defensus error a Vergilii versibus, quos arguerat Iulius Hyginus grammaticus; et ibidem, quid sit lituus; deque ἐρυμολογίᾳ vocis eius.

5 Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat 1
subcinctus trabea laevaque ancile gerebat.

In his versibus (*A. VII 187*) errasse Hyginus (*fr. 2 p. 22 Bu.*) Vergilium scripsit, tamquam non animadverterit deesse aliquid hisce verbis:

10 ipse Quirinali lituo.

Nam si nihil inquit deesse animadverterimus, 2
videtur ita dictum, ut fiat 'lituo et trabea sub-
cinctus', quod est inquit absurdissimum; quippe
cum lituus sit virga brevis in parte, qua ro-
15 bustior est, incurva, qua augures utuntur, quo-
nam modo 'subcinctus lituo' videri potest?

Immo ipse Hyginus parum animadvertisit sic hoc 3
esse dictum, ut pleraque dici per defectionem solent.
Veluti cum dicitur 'M. Cicero homo magna eloquentia'
20 et 'Q. Roscius histrio summa venustate', non plenum
hoc utrumque neque perfectum est, sed enim pro pleno
atque perfecto auditur. Vt Vergilius alio in loco 5
(*A. V 372*):

victorem Buten inmani corpore,

25 id est corpus inmane habentem, et item alibi (*A. V 401*):

in medium geminos inmani pondere caestus
proiecit

⁵ sqq. Macr. VI 8, 1 sqq. (Serv. A. I 75) . . . 14 l. l. Serv.
A. VII 187 Cic. div. I 17, 30 Plut. Romul. 22 CGL VI 651

3 ΕΤΥΜΩΓΙΔ ω || 18 defensionem ω corr. σ || 19 magnelo-
quencia Μ magne loquentie Ρ || 20 uetustate Ρ Β

ac similiter (*A. III* 618):

domus sanie dapibusque cruentis,
intus opaca, ingens.

6 Sic igitur id quoque videri dictum debet: 'Picus Quirinali lituo erat', sicuti dicimus: 'statua grandi capite 5
7 erat'. Et 'est' autem et 'erat' et 'fuit' plerumque absunt cum elegantia sine detimento sententiae.

8 Et quoniam facta litui mentio est, non praetermittendum est, quod posse quaeri animadvertisimus, utrum lituus auguralis a tuba, quae lituus appellatur, 10
9 an tuba a lituo augurum lituus dicta sit; utrumque enim pari forma et pariter incurvum est. Sed si, ut quidam putant, tuba a sonitu lituus appellata est ex illo Homerico verbo (*Il. IV* 125):

λιγξε βιός,

15

11 necesse est ita accipi, ut virga auguralis a tubae similitudine lituus vocetur. Vtitur autem vocabulo isto Vergilius et pro tuba (*A. VI* 167):

et lituo pugnas insignis obibat et hasta.

IX

20

Historia de Croesi filio muto ex Herodoti libris.

1 Filius Croesi regis, cum iam fari per aetatem posset, infans erat et, cum iam multum adolevisset, item nihil fari quibat. Mutus adeo et elinguis diu 2 habitus est. Cum in patrem eius bello magno victum et urbe, in qua erat, capta hostis gladio deducto regem esse ignorans invaderet, diduxit adulescens os clamare

10 Cic. div. I 17, 30

22 sqq. Cic. div. I 53, 121

5 statua] *V Macr.* Fatua **P R** || 8 praemitt. **P** || 11 tubam **P V** ||
21 filio muto *Hertz* filium tam ω filio sumpta ς || 25 in *om.* **P** ||
26 urbem **R V** | educto *Gr.* destricto *Lion*

nitens eoque nisu atque impetu spiritus vitium nodumque linguae rupit planeque et articulate elocutus est clamans in hostem, ne rex Croesus occideretur. Tum 3 et hostis gladium reduxit, et rex vita donatus est, et 5 adulescens loqui prorsum deinceps incepit. Herodo-4 tus in historiis (*I 85*) huius memoriae scriptor est, eiusque verba sunt, quae prima dixisse filium Croesi refert: "Ανθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον.

Sed et quispiam Samius athleta, — nomen illi fuit 5 10 'Εχεκλοῦς — cum antea non loquens fuisset, ob similem dicitur causam loqui coepisse. Nam cum in sacro 6 certamine sortitio inter ipsos et adversarios non bona fide fieret et sortem nominis falsam subici animad-vertisset, repente in eum, qui id faciebat, videre sese, 15 quid faceret, magnum inclamavit. Atque is oris vinculo solutus per omne inde vitae tempus non turbide neque adhaese locutus est.

X

De argumentis, quae Graece ἀντιστρέφονται appellantur, a nobis 20 'reciproca' dici possunt.

Inter vitia argumentorum longe maximum esse vi-1 tium videtur, quae ἀντιστρέφονται Graeci dicunt. Ea 2 quidam e nostris non hercle nimis absurde 'reciproca' 3 appellaverunt. Id autem vitium accidit hoc modo, cum 25 argumentum propositum referri contra convertique in eum potest, a quo dictum est, et utrumque pariter valet; quale est pervolgatum illud, quo Protagoram,

9 sqq. Val. Max. I 8 ext. 4 22 Rhet. lat. min. 83, 14 H.

27 sqq. Diog. L. IX 8, 5 (54); 8 (56) Apul. flor. 18 (Quint. III 1, 10) Rhet. gr. IV p. 180 adn. W. (Sext. Empir. adv. Math. II 96 Rhet. gr. IV p. 13 VI p. 13 W. Zenob. IV 82 ibique Leutsch-Schneid. FPG II p. LXX Mu.)

1 vinclum Cornelissen || 5 incepit hoc usque P cfr. I 8, 6 ||
10 ΕχαδΟΥC P ΕΧΑΔΟΙC V 7ΙΔΟΥC R corr. Kempf | similitudi-
nem P || 12 ipsum 5 || 26 utrumque V

sophistarum acerrimum, usum esse ferunt adversus Euathlum, discipulum suum.

4 Lis namque inter eos et controversia super pacta
5 mercede haec fuit. Euathlus, adulescens dives, elo-
quentiae descendae causarumque orandi cupiens fuit. 5
6 Is in disciplinam Protagorae sese dedit daturumque
promisit mercedem grandem pecuniam, quantam Pro-
tagoras petiverat, dimidiumque eius dedit iam tunc
statim, priusquam disceret, pepigitque, ut relium
dimidium daret, quo primo die causam apud iudices 10
7 orasset et viciisset. Postea cum diutule auditor adsec-
tatorque Protagorae fuissest <et> in studio quidem
facundiae abunde promovisset, causas tamen non reci-
peret tempusque iam longum transcurseret et facere
id videretur, ne relium mercedis daret, capit consilium 15
8 Protagoras, ut tum existimabat, astutum: petere in-
stitit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo con-
testatur.

9 Et cum ad iudices coniciendae consistendaeque
causae gratia venissent, tum Protagoras sic exorsus 20
est: 'Disce,' inquit 'stultissime adulescens, utroque id
modo fore, uti reddas, quod peto, sive contra te pro-
10 nuntiatum erit sive pro te. Nam si contra te lis data
erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego
vicero; sin vero secundum te iudicatum erit, merces 25
mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris.'

11 Ad ea respondit Euathlus: 'Potui' inquit 'huic
tuae tam ancipiti captioni isse obviam, si verba non
12 ipse facerem atque alio patrono uterer. Sed maius
mihi in ista victoria prolubium est, cum te non in so
causa tantum, sed in argumento quoque isto vinco.
13 Disce igitur tu quoque, magister sapientissime, utroque

3 Is ω || 6 pithagore (saepe) P || 9 diceret pepigit R || 10 pri-
mum P primam Gr. || 12 et add. σ || 16 ut cum P V | instituit R ||
19 consistende V ineundae constituendaeque Io. Sarib., possis
consciscendaeque || 27 Potui] R otu V Opto P || 30 pro(s. prae)-
ludium 5

modo fore, uti non reddam, quod petis, sive contra me pronuntiatum fuerit sive pro me. Nam si iudices pro ¹⁴ causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego vicero; sin contra me pronuntiaverint, nihil ⁵ tibi ex pacto debebo, quia non vicero.'

Tum iudices dubiosum hoc inexplicableque esse,¹⁵ quod utrimque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem iniudicatam reliquerunt causamque in diem longissimam ¹⁰ distulerunt. Sic ab adulescente discipulo magister elo-¹⁶ quentiae inclutus suo sibi argumento confutatus est et captionis versute excogitatae frustratus fuit.

XI

Biantis de re uxoria syllogismum non posse videri ἀντιστρέφειν.

¹⁵ Existimant quidam etiam illud Biantis, viri sapientis ac nobilis, responsum consimile esse atque est Protagorion illud, de quo dixi modo, ἀντιστρέφον. Nam cum rogatus esset a quodam Bias, deberetne ² uxorem ducere, an vitam vivere caelibem: ητοι inquit ²⁰ καλὴν ἔξεις ἡ αἰσχράν· καλ εἰ καλὴν, ἔξεις κοινήν, εἰ δὲ αἰσχράν, ἔξεις ποινήν· ἐκάτερον δὲ οὐ ληπτέον· οὐ γαμητέον ἄρα.

Sic autem hoc rursum convertunt: *Εἰ μὲν καλὴν ἄξω, οὐχ ἔξω ποινήν· εἰ δὲ αἰσχράν, οὐχ ἔξω κοινήν·* ³ *γαμητέον ἄρα.* Sed minime hoc esse videtur ⁴ ἀντιστρέφον, quoniam ex altero latere conversum frigidius est infirmiusque. Nam Bias proposuit non esse du-⁵ cendam uxorem propter alterutrum incommodum, quod necessario patiendum erit ei, qui duxerit. Qui con-⁶

¹⁵ sqq. Diog. L. IV 7, 3 (48) cfr. VI 1, 4 (3) Favorin. Mus. Rh. XXXV 413, 14 ibique Freudenthal

² si] sic **R** **V** || 12 excogitate (et exc. **P**) ω || 14 Liantis **V** Bionis Casaubonus ex Diog. L. || 23 Hic **P** || 28 alterum **R**

vertit autem, non ab eo se defendit incommodo, quod
 7 adest, sed carere se altero dicit, quod non adest. Satis
 est autem tuendae sententiae, quam Bias dixit, quod
 eum, qui duxit uxorem, pati necesse est ex duobus
 incommodis alterum, ut aut *κοινὴν* habeat aut *ποινὴν*. 5

8 Sed Favorinus noster, cum facta esset forte
 mentio syllogismi istius, quo Bias usus est, cuius
 prima *πρότασις* est: *Ἔτοι καλὴν ἄξεις η̄ αἰσχράν*, non
 ratum id neque iustum diiunctivum esse ait, quoniam
 non necessum sit alterum ex duobus, quae diiunguntur,
 9 verum esse, quod in proloquio diiunctivo necessarium
 est. Eminentia enim quadam significari formarum
 10 turpes et pulcrae videntur. 'Est autem' inquit 'tertium
 quoque inter duo ista, quae diiunguntur, cuius rationem
 11 prospectumque Bias non habuit. Inter enim pulcher-
 rimam feminam et deformissimam media forma quae-
 dam est, quae et a nimiae pulcritudinis periculo et a
 12 summae deformitatis odio vacat; qualis a Quinto
 Ennio in Melanippa (*v. 253 R.³*) perquam eleganti
 vocabulo stata dicitur, quae neque *κοινὴ* futura sit 20
 13 neque *ποινὴ*.' Quam formam modicam et modestam
 Favorinus non mi hercule inscite appellabat 'uxoriam'.
 14 Ennius autem in ista, quam dixit, tragoeadia eas fere
 feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata
 forma forent.

25

XII

De nominibus deorum populi Romani Diovis et Vediovis.

1 In antiquis precationibus nomina haec deorum in-
 2 esse animadvertis: 'Diovis' et 'Vediovis'; est autem

1 quod abest ω || 9 disiunct. P (*in vv. seqq. alii quoque*) ||
 11 ueterum (uet̄m P) ω || 12 quedam PV q̄ R | formari P || 15 re-
 spectumque Salmas. || 17 anime (ai 7 R) pulcr. ω corr. P² ||
 20 stata] PR tecta V || 21 quam in ω in del. P² || 23 dixi R ||
 27 di iouis V | uediouis fere semper ω || 28 antiquissimis R ||
 spectacionibus ω corr. Preller comprecationibus Kretzschmer
 supplicationibus Otho || 29 diiouis fere semper ω

etiam aedes Vediovis Romae inter arcem et Capitolium. Eorum nominum rationem esse hanc comperi: 'Iovem' 3.4 Latini veteres a 'iuvando' appellavere eundemque alio vocabulo iuncto 'patrem' dixerunt. Nam quod est 5 elisis aut inmutatis quibusdam litteris 'Iupiter', id plenum atque integrum est 'Iovispater'. Sic et 'Nep tunuspater' coniuncte dictus est et 'Saturnuspater' et 'Ianuspater' et 'Marspater' — hoc enim est 'Marspiter' — itemque Iovis 'Diespiter' appellatus, id est diei et lucis 10 pater. Idcircoque simili nomine 'Diovis' dictus est et 6 'Lucetius', quod nos die et luce quasi vita ipsa afficeret et iuvaret. Lucetium autem Iovem Cn. Nae vius in libris belli Poenici (*fr. 55 B.*) appellat.

Cum Iovem igitur et Diovem a iuvando nominas- 8
15 sent, eum contra deum, qui non iuvandi potestatem, sed vim nocendi haberet — nam deos quosdam, ut prodessent, celebrabant, quosdam, ut ne obessent, placabant —, 'Vediovis' appellaverunt dempta atque detracta iuvandi facultate. 'Ve' enim particula, quae 9
20 in aliis atque aliis vocabulis varia, tum per has duas litteras, tum 'a' littera media inmissa dicitur, dupicum significatum eundemque inter sese diversum capit. Nam et augendae rei et minuendae valet, sicuti aliae 10
particulae plurimae; propter quod accidit, ut quaedam 25 vocabula, quibus particula ista praeponitur, ambigua

2 sq. Cic. nat. d. II 25, 64 Enn. fr. 507 B. Varro l. l. V 10, 67 Serv. A. IX 126 Acro Hor. epod. V 8 Mart. Cap. II 149 Isid. VIII 11, 34 5 sqq. Lucil. fr. 8 B. apud Lact. inst. IV 3, 12 9 Varro l. l. V 10, 66 Serv. A. IX 567 Macr. I 15, 14 GLK III 515, 2 Acro Hor. c. I 34, 5 III 2, 29 CGL VI 342 10 Varro l. l. V 10, 66; 15, 84 11 Paul. p. 114, 20 Serv. A. IX 567 Macr. I 15, 14 19 sqq. XVI 5, 6 Fest. p. 372, 14; 19 Paul. p. 379, 4; 368, 14 Non. III p. 183, 34 Ov. f. III 447 Serv. pl. g. IV 131

2 Quorum P || 5 in (*del. Longol.*) elisis ω || 7 et prius om. V¹
(P ?) | et alt. om. V¹R || 8 hoc e. e. m. om. R || 10 ⟨Iovis⟩ Diovis Hertz || 15 eumque PV eum quoque R corr. Hertz || 20 uariatum ω
dist. Carrio variatim σ

sint et utroqueversum dicantur, veluti 'vescum', 'vemens' et 'vegrande', de quibus alio in loco (*XVI* 5, 6) uberiore tractatu facto admonuimus; 'vesani' autem et 'vecordes' ex una tantum parte dicti, quae privativa est, quam Graeci *κατὰ στέργοντιν* dicunt. 5

11 Simulacrum igitur dei Vediovis, quod est in aede, de qua supra dixi, sagittas tenet, quae sunt videlicet 12 partae ad nocendum. Quapropter eum deum plerumque Apollinem esse dixerunt; immolaturque ritu humano capra, eiusque animalis figuramentum iuxta simulacrum stat.

13 Propterea Vergilium quoque aiunt multae antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritum numina laeva in georgicis deprecari significantem vim quandam esse huiuscmodi deorum in laedendo magis 15 quam in iuvando potentem. Versus Vergilii sunt (*g. IV* 6):

in tenui labor; at tenuis non gloria, si quem numina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

14 In istis autem diis, quos placari oportet, uti mala a 20 nobis vel a frugibus natis amoliantur, Auruncus quoque habetur et Robigus.

XIII

De officiorum gradu atque ordine moribus populi Romani ob-
servato. 25

1 Seniorum hominum et Romae nobilium atque in
morum disciplinarumque veterum doctrina memoriaque
praestantium disceptatio quaedam fuit praesente et

3 l. l. Dig. L. 16, 242, 3 Macr. VI 8, 18 12 sqq. Non. I
p. 51, 9 Serv. g. IV 7 22 Serv. g. I 151

1 utroque uersu ω | uehemens ω || 8 paratae 5 aptae *Jordan* ||
9 romano *Thysius* || 12 antiquitus P || 13 studio *Cornelissen ex*
V 14, 3 || 21 aurungus (ar. V) **PR²V** augrungus R *Averruncus* σ

audiente me de gradu atque ordine officiorum. Cumque quaereretur, quibus nos ea prioribus potioribusque facere oporteret, si necesse esset in opera danda faciendoque officio alios aliis anteferre, non consentiebatur.
 5 Conveniebat autem facile constabatque ex moribus 2
 populi Romani primum iuxta parentes locum tenere
 pupillos debere fidei tutelaeque nostrae creditos; secun-
 dum eos proximum locum clientes habere, qui sese itidem
 in fidem patrociniumque nostrum dediderunt; tum in
 10 tertio loco esse hospites; postea esse cognatos adfinesque.

Huius moris observationisque multa sunt testi- 3
 monia atque documenta in antiquitatibus perscripta,
 ex quibus unum hoc interim de clientibus cognatisque,
 quod p[re] manibus est, ponemus. M. Cato in ora- 4
 15 tione, quam dixit apud censores in Lentulum,
 ita scripsit (*XLI 1 J.*): Quod maiores sanctius
 habuere defendi pupillos quam clientem non
 fallere. Adversus cognatos pro cliente testa-
 tur, testimonium adversus clientem nemo dicit.
 20 Patrem primum, postea patronum proximum
 nomen habuere.

Masurius autem Sabinus in libro iuris ci- 5
 vilis tertio antiquorem locum hospiti tribuit quam
 clienti. Verba ex eo libro haec sunt (*fr. 6 H. 2 Br.*):
 25 In officiis apud maiores ita observatum est:
 primum tutelae, deinde hospiti, deinde clienti,
 tum cognato, postea adfini. Aequa causa femi-
 nae viris potiores habitae pupillariske tutela
 muliebri praelata. Etiam adversus quem ad-

29 Dig. III 1, 11

2 nosse a ω || 4 consentiebatur *scripsi coll. III 11, 1 X 7, 1*
XIV 2, 17 constituebat (confatuebat R) ω constabat σ || 5 fa-
cere ω || 9 tunc ω || 18 testamur Gr. testari, cum Mms. || 21 ha-
bere ω Mms., corr. Maiansius || 26 clientium (cly. P) cogn. ω ||
27 Aequa Boot De qua ω In aequa Mdg. || 28 viris om. P |
pup. (-aresque R) t. mulieri praelata (muleris lata P) ω corr. Carrio
pupillarique tutelae muliebris Gr.

fuissent, eius filiis tutores relict i in eadem causa pupillo aderant.

6 Firmum atque clarum isti rei testimonium perhibet auctoritas C. Caesaris pontificis maximi, qui in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio ⁵ usus est (*II p. 123 Di. ORF² p. 419*): Vel pro hospitio regis Nicomedis vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus, M. Iunce, non potui. Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur, neque ¹⁰ clientes sine summa infamia deserri possunt, quibus etiam a propinquis nostris opem ferre instituimus.

XIV

Quod Apion, doctus homo, qui Plistonices appellatus est, vi- ¹⁵ disse se Romae scripsit recognitionem inter sese mutuam ex vetere notitia hominis et leonis.

1 Apion, qui 'Plistonices' appellatus est, litteris homo multis praeditus rerumque Graecarum plurima ² atque varia scientia fuit. Eius libri non incelebres ²⁰ feruntur, quibus omnium ferme, quae mirifica in Aegypto ³ visuntur audiunturque, historia comprehenditur. Sed in his, quae vel audisse vel legisse sese dicit, fortassean vitio studioque ostentationis sit loquacior — est enim sane quam in praedicandis doctrinis sui venditator —; ²⁵ 4 hoc autem, quod in libro Aegyptiacorum quinto scripsit (*FHG III 510*), neque audisse neque legisse, sed ipsum sese in urbe Roma vidisse oculis suis confirmat.

11 XX 1, 40 (Serv. A. VI 609)

27 Amm. XVI 7, 8

8 res] ς re ω <de> re *Hertz* | efugere **R** (P) | uince ω corr.
Nipperdey || 12 a] prae *HMeyer* ante propinquos nostros *Gr.* ||
21 omnibus ω corr. σ || 22 comprehenditur ut *vid.* P -dit ω ||
25 sui *Eussner* suis ω

'In circu maximo' inquit 'venationis amplissimae 5
 pugna populo dabatur. Eius rei, Romae cum forte 6
 essem, spectator' inquit 'fui. Multae ibi saevientes 7
 ferae, magnitudines bestiarum excellentes, omniumque
 5 invisitata aut forma erat aut ferocia. Sed praeter alia 8
 omnia leonum' inquit 'immanitas admirationi fuit praet-
 terque omnis ceteros unus. Is unus leo corporis im- 9
 petu et vastitudine terrificoque fremitu et sonoro, toris
 comisque cervicum fluctuantibus animos oculosque
 10 omnium in sese converterat. Introductus erat inter 10
 compluris ceteros ad pugnam bestiarum datus servus
 viri consularis; ei servo Androclus nomen fuit. Hunc 11
 ille leo ubi vidit procul, repente' inquit 'quasi admirans
 stetit ac deinde sensim atque placide tamquam
 15 noscitabundus ad hominem accedit. Tum caudam more 12
 atque ritu adulantium canum clementer et blande
 movet hominisque se corpori adiungit cruraque eius
 et manus prope iam exanimati metu lingua leniter
 demulcet. Homo Androclus inter illa tam atrocis ferae 13
 20 blandimenta amissum animum recuperat, paulatim ocu-
 los ad contuendum leonem refert. Tum quasi mutua 14
 recognitione facta laetos' inquit 'et gratulabundos vi-
 deres hominem et leonem.'

Ea re prorsus tam admirabili maximos populi 15
 25 clamores excitatos dicit accersitumque a Caesare An-
 droclum quae sitamque causam, cur illi atrocissimus
 leo uni parsisset. Ibi Androclus rem mirificam narrat 16
 atque admirandam. 'Cum provinciam' inquit 'Africam 17
 proconsulari imperio meus dominus obtineret, ego ibi

1 sqq. Aelian. nat. an. VII 48 (Sen. ben. II 19, 1 Plin. VIII
 16, 56 sq. Phaedr. fabb. nov. 9 LM.) 8 Amm. XXVI 7, 17

1 et 3 inquit om. P || 2 rei causa rome P || 5 inusitata P² || 7 unius
 Ald. | ambitu Cornelissen || 11 datos Hertz (Hemsterhus.) || 15 nosci-
 tabundum (-du R) R^V || 18 leniter Sarisb. leuiter ω || 19 illata P ||
 20 paulatimque R || 25 <C.> Caesare LMueller || 26 illi Sarisb.
 ille ω || 27 uel pepercisset ss. P²

iniquis eius et cotidianis verberibus ad fugam sum
 coactus et, ut mihi a domino, terrae illius praeside,
 tutiores latebrae forent, in camporum et arenarum
 solitudines concessi ac, si defuisset cibus, consilium
 18 fuit mortem aliquo pacto quaerere. Tum sole medio³
 inquit 'rabido et flagranti specum quandam nanctus
 remotam latebrosamque in eam me penetra et recondo.
 19 Neque multo post ad eandem specum venit hic leo
 debili uno et cruento pede gemitus edens et murmura
 20 dolorem cruciatumque vulneris commiserantia.' Atque⁴
 illic primo quidem conspectu advenientis leonis terri-
 21 tum sibi et pavefactum animum dixit. 'Sed postquam
 introgressus' inquit 'leo, uti re ipsa apparuit, in habi-
 taculum illud suum, videt me procul delitescentem,
 mitis et mansues accessit et sublatum pedem ostendere
 mihi et porrigere quasi opis petendae gratia visus
 22 est. Ibi' inquit 'ego stirpem ingentem vestigio pedis
 eius haerentem revelli conceptamque saniem volnere
 intimo expressi accuratiusque sine magna iam formi-
 23 dine siccavi penitus atque detersi cruorem. Illa tunc⁵
 mea opera et medella levatus pede in manibus meis
 24 posito recubuit et quievit, atque ex eo die triennium
 totum ego et leo in eadem specu eodemque et victu
 25 viximus. Nam, quas venabatur feras, membra opimiora
 ad specum mihi subgerebat, quae ego ignis copiam non⁶
 26 habens meridiano sole torrens edebam. Sed ubi me'
 inquit 'vitae illius ferinae iam pertaesum est, leone in
 venatum profecto reliqui specum et viam ferme tridui
 permensus a militibus visus adprehensusque sum et

5 GLK II 259, 23 'feminino tamen hoc nomen (*specus*) quoque genere invenitur. Agellius noctium Atticarum VI (sic): sole medio — recondo' = Anecd. H. 102, 25 27 Amm. XXVI 6, 4

3 tuciore **R V** || 6 rapido ω corr. *L Mueller* et arido *Prisc.*
et Anecd. | nanctus rem. inveniens *Anecd.* || 7 in eam me *om.*
Prisc. latebramque penetra et rec. me *Anecd.* || 15 subleuatum **R** ||
 16 pergere **P** porgere *JGr.* || 20 siccavit — detersit **R** || 23 et *alt.*
om. R || 24 si quas *Sarisb.*

ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim 27
rei capitalis damnandum dandumque ad bestias curavit.
Intellego autem' inquit 'hunc quoque leonem me tunc 28
separato captum gratiam mihi nunc beneficii et medi-
5 cinae referre.'

Haec Apion dixisse Androclum tradit eaque omnia 29
scripta circumlataque tabula populo declarata atque
ideo cunctis potentibus dimissum Androclum et poena
solutum leonemque ei suffragiis populi donatum. 'Postea' 30
10 inquit 'videbamus Androclum et leonem loro tenui
revinctum urbe tota circum tabernas ire, donari aere
Androclum, floribus spargi leonem, omnes ubique ob-
vios dicere: 'Hic est leo hospes hominis, hic est homo
medicus leonis'.'

15

XV

Corpusne sit vox an *ἀσώματον*, varias esse philosophorum sen-
tentias.

Vetus atque perpetua quaestio inter nobilissimos 1
philosophorum agitata est, corpusne sit vox an incor-
20 poreum. Hoc enim vocabulum quidam finixerunt pro- 2
inde quod Graece dicitur *ἀσώματον*. Corpus autem 3
est, quod aut efficiens est aut patiens; id Graece de-
finitur: *τὸ ξτοι ποιοῦν ἢ πάσχον*. Quam definitionem 4
significare volens Lucretius poeta ita scripsit (*I 304*):
25 tangere enim aut tangi nisi corpus nulla
potest res.

Alio quoque modo corpus esse Graeci dicunt *τὸ τοιχῆι* 5
διάστατον. Sed vocem Stoici corpus esse contendunt 6

18 sqq. Plut. placit. philos. IV 19 sq. p. 902 Eustath. p. 261,
24 Galen. XIX p. 310 K. 21 CGL IV 482, 48 28 sq. l. l.
Diog. L. VII 1, 38 (55) Sen. n. q. II 6, 3; 29 GLK I 420, 9 (= Varro
fr. 42 Wilm.) II 5, 1; 6, 17 IV 47, 2; 367, 5; 487, 3; 530, 4 VI 4, 13;
32, 21; 189, 8 VII 215, 4; 323, 5; 381, 2 Anecd. H. XXXII; CLXXXI;
219, 6 sqq.; 220, 18 Isid. I 14

7 declarat ω || 12 undique Ρ || 16 uox sana somatori Ρ |
εε̄ sese Β sese Ρ || 19 incorp(u)m Ρ Β || 25 et *Lucr.*

7 eamque esse dicunt ictum aera; Plato (*Tim.* p. 67 B) autem non esse vocem corpus putat: 'non enim percussus' inquit 'aer, sed plaga ipsa atque percussio, id
8 vox est'. Democritus ac deinde Epicurus (*p. 353 Us.*) ex individuis corporibus vocem constare dicunt eamque, ut ipsis eorum verbis utar, *φεῦμα ἀτόμων* appellant. Hos aliosque talis argutae delectabilisque desidiae aculeos cum audiremus vel lectitaremus neque in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum ad rationem vitae pertinens aut finem ullum quaerendi 10 videremus, Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait (*v. 340 R.³*):

. philosophandum est paucis; nam omnino
haud placet.

XVI

15

De vi oculorum deque videndi rationibus.

1 De videndi ratione deque cernendi natura diversas
2 esse opiniones philosophorum animadvertisimus. Stoici
causas esse videndi dicunt radiorum ex oculis in ea,
quae videri queunt, emissionem aerisque simul inten- 20
3 sionem. Epicurus (*fr. 319 Us.*) affluere semper ex
omnibus corporibus simulacra quaedam corporum
ipsorum eaque sese in oculos inferre atque ita fieri
4 sensum videndi putat. Plato (*Tim. p. 45 B*) existimat
genus quoddam ignis lucisque de oculis exire idque 25
coniunctum continuatumque vel cum luce solis vel

11 Apul. apol. 13 17 sqq. Plut. placit. philos. IV 13
p. 901 B Galen. XIX p. 306 K. Macr. VII 14, 3 Quint. X 2, 15
Lact. opif. VIII 19 Usener ad Epic. fr. 319

5 η̄ constare R || 6 ἀΟΜΩΝ (ω̄ ex O) V corr. Burchard
λόγων 5 || 11 ennianum autem R V || 13 philosophari sibi necesse
esse, sed paucis Cic. *Tusc. disp.* II 1, 1 (*de rep. I 18, 30*) est, *<sed>*
Bothe philosophari est mihi necesse, at p. Sk. || 20 intensionem V ||
21 affluere V effluere 5

cum alterius ignis lumine sua vi et externa nixum efficere, ut, quaecumque offenderit inlustraveritque, cernamus. Sed hic aequo non diutius muginandum, 5 eiusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo ⁵ supra (15, 9) scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.

XVII

Quam ob causam dies primi post Kalendas, Nonas, Idus atri ¹⁰ habeantur; et cur diem quoque quartum ante Kalendas vel Nonas vel Idus quasi religiosum plerique vitent.

Verrius Flaccus in quarto de verborum significatu (*p. XIV M.*) dies, qui sunt postridie Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite 'nefastos' dicit, propter hanc causam dictos habitosque 'atros' esse scribit. Vrbe inquit a Gallis Senonibus re-² cuperata L. Atilius in senatu verba fecit Q. Sul-
picium tribunum militum ad Alliam adversus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi ¹⁵ gratia postridie Idus fecisse; tum exercitum populi Romani occidione occisum et post diem tertium eius diei urbem praeter Capitolium captam esse; compluresque alii senatores recordari sese dixerunt, quotiens belli gerendi ²⁰ gratia res divina postridie Kalendas, Nonas, Idus a magistratu populi Romani facta esset,

12 sqq. Varro l. l. VI 4, 29 Fest. p. 178, 6 Ov. f. I 57 sqq.
Suet. fr. 114 R. Fast. Praen. CIL I p. 312; 373 Macr. I 15, 22 sqq.

14 IV 9, 5 Non. II p. 73, 32 16 sqq. l. l. Macr. I 16, 22 sqq.
Liv. VI 1, 11 Plut. quaest. R. 25

3 hic eaque ω corr. Petschenig hic quoque Mdg. (Gr.) haec ea quae Hagen haec taliaque Sk. || 11 uitant ω || 13 posttridie (semper) ω || 17 tilius R¹ Aquinius Macr. Aquilius FLachmann | q̄ R^V que P P. Lachmann || 20 idem V | cum PV | exercitu V || 22 eius die R || 23 quampluresque R || 26 a mag. fere PV a ma Gr. R

ei⁹ belli proximo deinceps proelio rem publi-
cam male gestam esse. Tum senatus eam rem
ad pontifices reiecit, ut ipsi, quod videretur,
statuerent. Pontifices decreverunt nullum his
diebus sacrificium recte futurum.

5

- 3 Ante diem quoque quartum Kalendas vel Nonas
vel Idus tamquam inominalem diem plerique vitant.
4 Eius observationis an religio ulla sit tradita, quaeri
5 solet. Nihil nos super ea re scriptum invenimus, nisi
quod Q. Claudius annalium quinto (*fr. 53 P.*) 10
cladem illam pugnae Cannensis vastissimam factam
dicit ante diem quartum Nonas Sextiles.

XVIII

In quid et quantum differat historia ab annalibus; superque
ea re verba posita ex libro rerum gestarum Sempronii Asel- 15
lionis primo.

- 1 'Historiam' ab 'annalibus' quidam differre eo putant,
quod, cum utrumque sit rerum gestarum narratio,
earum tamen proprie rerum sit 'historia', quibus rebus
2 gerendis interfuerit is, qui narret; eamque esse opi- 20
nionem quorundam Verrius Flaccus refert in libro
de significatu verborum quarto (*p. XIV M.*). Ac
se quidem dubitare super ea re dicit, posse autem
videri putat nonnihil esse rationis in ea opinione, quod
λόγος Graece significet rerum cognitionem praesen- 25
tium. Sed nos audire soliti sumus annales omnino
3 id esse, quod historiae sint, historias non omnino esse
4 id, quod annales sint: sicuti, quod est homo, id neces-
sario animal esse; quod est animal, non id necesse est
hominem esse.

30

6 sqq. Macr. I 16, 26
43, 3 schol. Luc. V 384

17 sqq. Serv. A. I 373 Isid. I 40, 1;

7 nominalem P ominalem Salmas. || 28 id quoque nec. R ||
29 esse] est puto; Hertz paulo post necesse esse

Ita 'historias' quidem esse aiunt rerum gestarum 6 vel expositionem vel demonstrationem vel quo alio nomine id dicendum est, 'annales' vero esse, cum res gestae plurium annorum observato cuiusque anni 5 ordine deinceps componuntur. Cum vero non per 7 annos, sed per dies singulos res gestae scribuntur, ea historia Graeco vocabulo ἑφημερὶς dicitur, cuius Latinum interpretamentum scriptum est in libro Semproni Asellionis primo (fr. 1 P.), ex quo libro plura verba 10 ascripsimus, ut simul, ibidem quid ipse inter res gestas et annales esse dixerit, ostenderemus.

Verum inter eos, inquit qui annales relin- 8 quere voluissent, et eos, qui res gestas a Romanis perscribere conati essent, omnium rerum hoc 13 interfuit. Annales libri tantummodo, quod factum quoque anno gestum sit, ea demonstrabant, id est quasi qui diarium scribunt, quam Graeci ἑφημερίδα vocant. Nobis non modo satis esse video, quod factum esset, id pronuntiare, sed 20 etiam, quo consilio quaque ratione gesta essent, demonstrare. Paulo post idem Asellio in eodem 9 libro (fr. 2 P.): Nam neque alacriores inquit ad rem publicam defendundam neque segniores ad rem perperam faciundam annales libri commo- 25 vere quicquam possunt. Scribere autem, bellum initum quo consule et quo confectum sit et quis triumphans introierit ex eo, *<et eo>* libro, quae

1 sqq. Isid. I 43, 3 sq. schol. Luc. III 812 CGL VI 72; 524
17 Isid. I 43, 1

3 id appelletur R || 11 interesse Stephanus || 12 Verbum R ||
13 a. R. scribere (*sic*) R || 15 tantum P | quid — esset Nipperdey ||
16 dem. ita, quasi Jahn || 19 quid Nipp. || 23 defunclam R || 24 pro-
positam Jacobi || 25 q: quam R quemquam Blagoweschtschensky ||
26 et quoquo R || 27 et (*malim sed*) eo add. Hertz exin eo libro
quae Pluess ex eo bello quaeque Peter

in bello gesta sint, non praedicare aut, interea quid senatus decreverit aut quae lex rogatiove lata sit, neque quibus consiliis ea gesta sint, iterare: id fabulas pueris est narrare, non historias scribere.

5

XIX

Quid sit adoptatio, quid item sit adrogatio, quantumque haec inter se differant; verbaque eius quae qualiaque sint, qui in liberis adrogandis super ea re populum rogar.

1 Cum in alienam familiam inque liberorum locum 10 extranei sumuntur, aut per praetorem fit aut per po-
2 pulum. Quod per praetorem fit, 'adoptatio' dicitur,
3 quod per populum, 'arrogatio'. Adoptantur autem,
cum a parente, in cuius potestate sunt, tertia manci-
patione in iure ceduntur atque ab eo, qui adoptat, 15
apud eum, apud quem legis actio est, vindicantur;
4 adrogantur hi, qui, cum sui iuris sunt, in alienam
sese potestatem tradunt eiusque rei ipsi auctores fiunt.
5 Sed adrogationes non temere nec inexplorate commit-
6 tuntur; nam comitia arbitris pontificibus praebentur,
quae 'curiata' appellantur, aetasque eius, qui adrogare
vult, an liberis potius gignundis idonea sit, bonaque
eius, qui adrogatur, ne insidiose adpetita sint, con-
sideratur, iusque iurandum a Q. Mucio pontifice maximo
7 (fr. 13 H. I p. 58; 80 Br.) conceptum dicitur, quod in 25
8 adrogando iuraretur. Sed adrogari non potest, nisi iam
vesticeps. 'Adrogatio' autem dicta, quia genus hoc in
alienam familiam transitus per populi rogationem fit.

10 sqq. Gai. I 98 sqq.; 134 II 138 Ulpian. VIII 1 sqq. Inst. I 11 sq. Dig. I 7 Fest. p. 153, 23 Cic. pro domo XIIII 34 sqq.

1 sint iterare id fabulas (*ex v. 3 sq.*) non praed. aut (autem 5) ω
id fab. del. *Carrio* sint enarrare *Nipperdey* s. blaterare *Maehtly* ||
16 adaccio R || 17 ii R || 23 adrogetur R -antur V || 26 arrogari
(ri *ex tio*) R

Eius rogationis verba haec sunt: Velitis, iubeatis, uti L. Valerius L. Titio tam iure legique filius siet, quam si ex eo patre matreque familias eius natus esset, utique ei 5 vitae necisque in eum potestas siet, uti patri endo filio est. Haec ita, uti dixi, ita vos, Quirites, rogo.

Neque pupillus autem neque mulier, quae in parentis 10 potestate non est, adrogari possunt: quoniam et cum feminis nulla comitiorum communio est et tutoribus in pupillos tantam esse auctoritatem potestatemque fas non est, ut caput liberum fidei suae commissum alienae dicioni subiciant. Libertinos vero ab ingenuis 11 adoptari quidem iure posse *Masurius Sabinus* (*fr. 27 H. iur. civ. 60 Br.*) scripsit. Sed id neque permitti dicit 12 neque permittendum esse umquam putat, ut homines libertini ordinis per adoptiones in iura ingenuorum invadant. Alioquin, inquit si iuris ista antiquitas servetur, etiam servus a domino per praetorem 13 dari in adoptionem potest. Idque ait 14 plerosque iuris veteris auctores (*Catonis fr. 4^a Ip. 21 Br.*) posse fieri scripsisse.

Animadvertisimus in oratione P. Scipionis, quam 15 censor habuit ad populum de moribus, inter ea, 25 quae reprehendebat, quod contra maiorum instituta fierent, id etiam eum culpavisse, quod filius adoptivos patri adoptatori inter praemia patrum prodesset. Verba 16 ex ea oratione haec sunt (*ORF² p. 180*): In alia tribu patrem, in alia filium suffragium ferre, 30 filium adoptivum tam procedere, quam si se

5 Cic. pro domo XXIX 77
18 sqq. Inst. I 11, 12

13 sqq. Dig. XXIII 2, 32

1 huius R Quis V || 3 et 5 fiet V sit P || 3 quasi R ||
9 adr. <adoptarive> Mms. || 10 tucioribus ω corr. P² || 13 condicione (-tioni P) ω || 19 a del. Sk.

natum habeat; absentis censeri iubere, ut ad censem nemini necessus sit venire.

XX

Quod vocabulum Latinum soloecismo fecerit Capito Sinnius,
quid autem id ipsum appellaverint veteres Latini; quibus-
que verbis soloecismum definierit idem Capito Sinnius.⁵

1 'Soloecismus' Latino vocabulo a Sinnio Capi-
tione eiusdemque aetatis aliis 'inparilitas' appellatus
vetustioribus Latinis 'stribiligo' dicebatur a versura
videlicet et pravitate tortuosae orationis tamquam ¹⁰

2 'strobiligo' quaedam. Quod vitium Sinnius Capito
in litteris, quas ad Clodium Tuscum dedit, hisce
verbis definit (*fr. 2 H.*): 'Soloecismus' est inquit im-
par atque inconveniens compositura partium
orationis.¹⁵

3 Cum Graecum autem vocabulum sit 'soloecismus',
an Attici homines, qui elegantius locuti sunt, usi eo
4 sint, quaeri solet. Sed nos neque 'soloecismum' neque
'barbarismum' apud Graecorum idoneos adhuc inveni-
5.6 mus; nam sicut *βάρβαρον*, ita *σόλοιχον* dixerunt. Nostri ²⁰
quoque antiquiores 'soloecum' facile, 'soloecismum' haut
7 scio an umquam, dixerunt. Quod si ita est, neque
in Graeca neque in Latina lingua 'soloecismus' probe
dicitur.

XXI

25

'Pluria' qui dicat et 'compluria' et 'compluriens', non barbare
dicere, sed Latine.

1 'Pluria' forte quis dixit sermocinans vir adprime
doctus, meus amicus, non hercle studio <se> ferens

7 sqq. GLK V 328, 8
soloecismo, Argentor. 1873
I 60, 10; 73, 12; 125, 3 II 89, 6; 315, 15; 350, 11
Ter. Phorm. IV 3, 6

13 vd. testes apud Schepps, de
28 sqq. ad totum caput cfr. GLK
Donat. et schol.
22 dixerint V ||

2 necessu ω -ssum P³ || 4 fuerit ω corr. σ || 22 dixerint V ||
29 suppl. Hertz fervens ed. ant. semet Gr.

ostentandi neque quo 'plura' non dicendum putaret.
Est enim doctrina homo seria et ad vitae officia 2
devincta ac nihil de verbis laborante. Sed, opinor, 3
assidua veterum scriptorum tractatione inoleverat lin-
5 guae illius vox, quam in libris saepe offenderat.

Aderat, cum ille hoc dicit, reprehensor audaculus 4
verborum, qui perpaucā eademque a volgo protrita
legerat habebatque nonnullas disciplinae grammaticae
inauditiunculas partim rudes inchoatasque partim non
10 probas easque quasi pulverem ob oculos, cum adortus
quemque fuerat, adspergebat. Sicut tunc amico nostro: 5
'barbare' inquit 'dixisti 'pluria'; nam neque rationem
verbum hoc neque auctoritates habet'. Ibi ille amicus 6
ridens: 'amabo te,' inquit 'vir bone, quia nunc mihi
15 a magis seriis rebus otium est, velim doceas nos, cur
'pluria' sive 'compluria' — nihil enim differt — non
Latine, sed barbare dixerint M. Cato (fr. 24 P.), Q.
Claudius (fr. 90 P.), Valerius Antias (fr. 65 P.),
L. Aelius (p. 36, 22 Me.), P. Nigidius (fr. 64 Sw.),
20 M. Varro, quos subscriptores approbatoresque huius
verbi habemus praeter poetarum oratorumque veterum
multam copiam.' Atque ille nimis arroganter: 'tibi' 7
inquit 'habeas auctoritates istas ex Faunorum et Abori-
ginum saeculo repetitas atque huic rationi respondeas.
25 Nullum enim vocabulum neutrum comparativum numero 8
plurativo recto casu ante extremum a habet i litteram,
sicuti 'meliora, maiora, graviora'. Proinde igitur 'plura',
non 'pluria' dici convenit, ne contra formam perpe-
tuam in comparativo i littera sit ante extremum a.'

30 Tum ille amicus noster, cum hominem confidentem 9
pluribus verbis non dignum existimaret: 'Sinni' in-
quit 'Capitonis, doctissimi viri, epistulae sunt uno
in libro multae positae, opinor, in templo Pacis. Prima 10

2 Set R || 7 eaque uolgo R | trita R¹ || 9 audic. (in post add.) R ||
11 quemquam R¹ quem ad. cumque Gr. || 15 magnis ω corr. 5 ||
19 l. lelius ω || 20 mar̄. varro ω || 21 oratorum R || 23 habeas has
autor. ex R || 24 orationi R || 28 nec PR || 30 Cum P

epistula scripta est ad Pacuvium Labeonem, cui
 titulus praescriptus est pluria, non plura dici debere
 11 (*fr. 1 H.*). In ea epistula rationes grammaticas posuit,
 per quas docet 'pluria' Latinum esse, 'plura' barbarum.
 12.13 Ad Capitonem igitur te dimittimus. Ex eo id 5
 quoque simul disces, si modo assequi poteris, quod in
 ea epistula scriptum est, 'pluria' sive 'plura' absolutum
 esse et simplex, non, ut tibi videtur, comparativum.
 14 Huius opinionis Sinnianae id quoque adiumentum est, quod, 'complures' cum dicimus, non compa- 10
 15 rative dicimus. Ab eo autem, quod est 'compluria',
 16 adverbium est factum 'compluriens'. Id quoniam minus
 usitatum est, versum Plauti subscripti ex comoedia,
 quae Persa inscribitur (*v. 534*):

quid metuis? — metuo hérkle vero; sénsi ego 15
 complúriens.

17 Item M. Cato in IV. originum eodem in loco ter
 hoc verbum posuit (*fr. 79 P.*): Compluriens eorum
 milites mercennarii inter se multi alteri alteros
 <in castris> occidere, compluriens multi simul 20
 ad hostis transfugere, compluriens in impera-
 torem impetum facere.

11 sqq. Non. II p. 87, 12 (Paul. p. 59, 19)

9 Cuius **P** || 12 Ad quem minus **P** || 15 ego iam *Plaut.* ||
 17 Post Cato alterum exemplum excidisse ex *Nonio conclusit*
Hertz || 19 inulti ut vid. *Non.* || 20 in castris *Non. om. ω* || 22 in
 impetum **PV** | fecere 5

A. GELLI

NOCTIVM ATTICARVM LIBER SEXTVS

(*vulgo* SEPTIMVS)

I

Admiranda quaedam ex annalibus sumpta de P. Africano superiore.

Quod de Olympiade, Philippi regis uxore, Alexandri 1
5 matre, in historia Graeca scriptum est, id de P. quoque Scipionis matre, qui prior Africanus appellatus est, memoriae datum est. Nam et C. Oppius (*fr. 2 P.*) et 2 Iulius Hyginus (*fr. 4 P. p. 37 Bu.*) aliique, qui de vita et rebus Africani scripserunt, matrem eius diu 10 sterilem existimatam tradunt, P. quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperavisse. Postea in cubiculo atque in lecto mulieris, cum absente marito cubans sola condormisset, visum repente esse iuxta eam cubare ingentem anguem eumque his, qui viderant, 15 territis et clamantibus elapsum inveniri non quisse. Id ipsum P. Scipionem ad haruspices retulisse; eos sacrificio facto respondisse fore, ut liberi gignerentur, neque 4

4 Liv. XXVI 19, 6 Plut. Alex. 2 Dio Chrys. IV 19 Iust. XI 11, 3 XII 16, 2 Mart. Cap. VI 655 etc. 5 sqq. Liv. l. l. Dio Cass. fr. LVI 44 M. Aur. Vict. v. ill. 49 (Quint. II 4, 19)

2 Admirandam (quaedam *om.*) P || 7 mandatum *Woelflin* || 15 t. exclamantibus el. uideri (*in mg. uel inueniri*) non potuisse (*ex posse*) R

multis diebus, postquam ille anguis in lecto visus est, mulierem coepisse concepti fetus signa atque sensum pati; exinde mense decimo peperisse natumque esse hunc P. Africanum, qui Hannibalem et Carthaginienses 5 in Africa bello Poenico secundo vicit. Sed et eum inpendio magis ex rebus gestis quam ex illo ostento virum esse virtutis divinae creditum est.

6 Id etiam dicere haut piget, quod idem illi, quo s^o supra nominavi, litteris mandaverint Scipionem hunc Africanum solitavisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare ac iubere aperiri celum Iovis atque ibi solum diu demorari quasi consultantem de republica cum Iove, aeditumosque eius templi saepe esse demiratos, quod solum id temporis in Capitolium ingredientem canes semper in alios 15 saevientes neque latrarent eum neque incurserent.

7 Has volgi de Scipione opiniones confirmare atque approbare videbantur dicta factaque eius pleraque admiranda. Ex quibus est unum huiuscemodi. Assidebat obpugnabatque oppidum in Hispania situ, moenibus, defensoribus validum et munitum, re etiam cibaria copiosum, nullaque eius potiundi spes erat, et quodam die ius in castris sedens dicebat, atque ex eo loco id 9 oppidum procul visebatur. Tum e militibus, qui in iure apud eum stabant, interrogavit quispiam ex more, 25 in quem diem locumque vadimonium promitti iuberet, 10 et Scipio manum ad ipsam oppidi, quod obsidebatur, arcem protendens: 'perendie' inquit 'sese sistant illo 11 in loco'. Atque ita factum: die tertio, in quem vadari iusserat, oppidum captum est, eodemque eo die in arce 30 eius oppidi ius dixit.

8 sqq. 1. 1. Polyb. X 2, 9
apophth. Scip. 3

17 sqq. Val. Max. III 7, 1 Plut.

2 cepisse ω || 6 ostenso R || 11 iuberet sed ap. R || 12 consultem (an ss.) R || 18 facta R || 20 obpugnabat R | situm ω corr. s || 22 quadam R || 29 tercia R || 30 eo) P om. RV

II

De Caeselli Vindicis pudendo errore, quem offendimus in libris eius, quos inscripsit 'lectionum antiquarum'.

Turpe erratum offendimus in illis celebratissimis 1
commentariis lectionum antiquarum Caeselli Vin-
dicis, hominis hercle pleraque haut indiligentis. Quod 2
erratum multos fugit, quamquam multa in Caesellio
reprehendendo etiam per calumnias rimarentur. Scripsit 3
autem Caesellius Q. Ennium in XIII. annali 'cor'
10 dixisse genere masculino.

Verba Caeselli subiecta sunt: *Masculino genere,⁴
ut multa alia, enuntiavit Ennius. Nam in XIII.
annali 'quem cor' dixit. A scripsit deinde versus 5
Ennii duo (401 M. 253 B.):*

15 Hannibal audaci dum pectore de <me> hor-
tatur,
ne bellum faciam, quem credidit esse meum
cor?

Antiochus est, qui hoc dixit, Asiae rex. Is admiratur 6
20 et permovetur, quod Hannibal Carthaginiensis bellum
se facere populo Romano volentem dehortetur. Hos 7
autem versus Caesellius sic accipit, tamquam si An-
tiochus sic dicat: 'Hannibal me, ne bellum geram,
dehortatur; quod cum facit, ecquale putat cor habere
25 me et quam stultum esse me credit, cum id mihi
persuadere vult?'

Hoc Caesellius quidem, sed aliud longe Ennius.⁸
Nam tres versus sunt, non duo, ad hanc Ennii⁹

11 sqq. Non. III p. 195, 17 Schoell, acta soc. ph. Lips. VI
p. 169

2 Lete sellium (Betesellinun P) dicis ω corr. (V²) 5 || 4 er-
ratu ω || 9 in om. R || 11 haec sunt subiecta R || 15 cum p. de-
hortatur hic ω me de 5 | horitatur Bergk || 19 dicit Carrio ||
24 equale.. me ei quam ω corr. Gr. || 28 hanc cennii (ennii R V) ω

sententiam pertinentes, ex quibus tertium versum
Caesellius non respexit:

Hannibal audaci dum pectore de me hortatur,
ne bellum faciam, quem credidit esse meum
cor
suasorem summum et studiosum robore belli.

10 Horum versuum sensus atque ordo sic, opinor, est:
Hannibal ille audentissimus atque fortissimus, quem
ego credidi — hoc est enim ‘cor meum credidit’,
proinde atque diceret ‘quem ego stultus homo credidi’¹⁰
— summum fore suasorem ad bellandum, is me de-
11 hortatur dissuadetque, ne bellum faciam. Caesel-
lius autem forte *γαθυμότερον* iunctura ista verborum
captus ‘quem cor’ dictum putavit et ‘quem’ accentu
acuto legit, quasi ad cor referretur, non ad Hanni-
12 balem. Sed non fugit me, si aliquis sit tam incon-
ditus, sic posse defendi ‘cor’ Caeselli masculinum,
ut videatur tertius versus separatim atque divise legen-
dus, proinde quasi praecisis interruptisque verbis ex-
clamat Antiochus: ‘suasorem summum!’ Sed non²⁰
dignum est eis, qui hoc dixerint, responderi.

III

Quid Tiro Tullius, Ciceronis libertus, reprehenderit in M. Ca-
tonis oratione, quam pro Rodiensibus in senatu dixit; et quid
ad ea, quae reprehenderat, responderimus.

25

1 Civitas Rodiensis et insulae oportunitate et operum
nobilitatibus et navigandi sollertia navalibusque vic-
2 toriis celebrata est. Ea civitas, cum amica atque

26 sqq. Polyb. XXX 4 sq. Liv. XLV 20 sqq.

3 audaci dum d(e)terret dum p. R || 6 summo *Dziatzko* | ro-
boris *Ilberg* ultro fore *Maehtly* || 10 deceret ω || 16 increditus P ||
18 legendo ω || 19 de precisis (pciss R) ω corr. σ decisis *Hertz* ||
21 est] V³ et ω | dixerunt V || 23 Quod ω

socia populi Romani foret, Persa tamen, Philippi filio, Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico usus est, conixique sunt Rodienses legationibus Romam saepe missis id bellum inter eos componere. Sed ubi ista pacificatio perpetrari ne-³ quivit, verba a plerisque Rodiensibus in contionibus eorum ad populum facta sunt, ut, si pax non fieret, Rodienses regem adversus populum Romanum adiutarent. Sed nullum super ea re publicum decretum ⁴ factum est. At ubi Perses victus captusque est, Ro-⁵ dienses pertimvere ob ea, quae conpluriens in coetibus populi acta dictaque erant, legatosque Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deparentur et fidem consiliumque publicum expurgarent. Legati postquam Romam venerunt et in senatum in-⁶ tromissi sunt verbisque suppliciter pro causa sua factis e curia excesserunt, sententiae rogari coeptae; cum-⁷ que partim senatorum de Rodiensibus quererentur maleque animatos eos fuisse dicent bellumque illis faciendum censerent, tum M. Cato exsurgit et optimos fidissimosque socios, quorum opibus diripiendis possidendisque non pauci ex summatibus viris intenti infensiique erant, defensum conservatumque pergit orationemque inclutam dicit, quae et seorsum fertur in-⁸ scriptaque est pro Rodiensibus et in quintae ori-⁹ ginis libro scripta est.

Tiro autem Tullius, M. Ciceronis libertus, sane ⁸ quidem fuit ingenio homo eleganti et hautquaquam rerum litterarumque veterum indoctus, eoque ab in-⁹ eunte aetate liberaliter instituto adminiculatore et quasi administro in studiis litterarum Cicero usus

22 Plaut. Pseud. 227 Stich. 492 Amm. XIV 6, 12 XXVI 10, 14
XXVIII 1, 31 Maer. somn. I 2, 18

16 suplic. ex sīplic. R | facti (habitis facti R) securi ex-
cesserunt ω corr. Carrio || 23 infessique V incensique Scioppius |
conseruatum R || 25 quinto 5

9 est. Sed profecto plus ausus est, quam ut tolerari
 10 ignoscique possit. Namque epistulam conscripsit
 ad Q. Axium, familiarem patroni sui, confidenter
 nimis et calide, in qua sibimet visus est orationem
 istam pro Rodiensibus acri subtilique iudicio per- 5
 11 censuisse. Ex ea epistula (*p. 9 L.*) lubitum forte nobis
 est reprehensiones eius quasdam attingere: maiore
 scilicet venia reprehensuri Tironem, cum ille repre-
 henderit Catonem.

12 Culpavit autem primum hoc, quod Cato ineruditte 10
 et *ἀναγώγως*, ut ipse ait, principio nimis insolenti
 nimisque acri et obiurgatorio usus sit, cum vereri sese
 ostendit, ne patres gaudio atque laetitia rerum pro-
 spere gestarum de statu mentis suae disturbati non
 satis consiperent neque ad recte intellegendum con- 15
 13 sulendumque essent idonei. In principiis autem
 inquit patroni, qui pro reis dicunt, conciliare
 sibi et complacare iudices debent sensusque
 eorum exspectatione causae suspensos rigentes-
 que honorificis verecundisque sententiis com- 20
 mulcere, non iniuriis atque imperiosis minatio-
 14 nibus confutare. Ipsum deinde principium apposuit,
 cuius verba haec sunt (*V1J.*): 'Scio solere plerisque
 hominibus rebus secundis atque prolixis atque
 prosperis animum excellere atque superbiam 25
 atque ferociam augescere atque crescere. Quo
 mihi nunc magnae curae est, quod haec res
 tam secunde processit, ne quid in consulendo
 advorsi eveniat, quod nostras secundas res

23 XIII 25, 14

2 conscripsi R || 3 anxium ω || 4 callide ω corr. Carrio ||
 5 sacri ω || 7 huius R¹ | maiori R || 8 reprehensuris HStephanus ||
 10 primo R¹ || 17 regis V¹ regibus R¹ || 21 municionibus P R ||
 24 in rebus Gell. XIII 25, 14 | atque alt. om. P || 26 Quo v. d.
 in ed. Torn. quod ω || 27 quom Haupt

confutet, neve haec laetitia nimis luxuriose eveniat. Advorsae res edomant et docent, quid opus siet facto, secundae res laetitia transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intellegendo. Quo maiore opere dico sua-deoque, uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus.'

Quae deinde Cato iuxta dicit, ea inquit con-
fessionem faciunt, non defensionem, neque
propulsionem translationemve criminis ha-
bent, sed cum pluribus aliis communicationem,
quod scilicet nihil ad purgandum est. Atque
etiam inquit insuper profitetur Rodienses, qui
accusabantur, quod adversus populum Roma-
num regi magis cupierint faverintque, id eos
cupisse atque favisse utilitatis suae gratia, ne
Romani Perse quoque rege victo ad superbiam
ferociamque et inmodicum modum insolesce-
rent. Eaque ipsa verba ponit, ita ut infra scriptum
(V 2 J.): 'Atque ego quidem arbitror Rodienses
noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum
est, neque regem Persen vinci. Sed non Ro-
dienses modo id noluere, sed multos populos
atque multis nationes idem noluisse arbitror
atque haut scio, an partim eorum fuerint, qui
non nostrae contumeliae causa id noluerint
evenire; sed enim id metuere, <ne,> si nemo
esset homo, quem vereremur, quidquid luberet,
faceremus. Ne sub solo imperio nostro in ser-

1 Liv. XXIII 12, 12 II 21, 6

11 Amm. XV 5, 20

1 confuter P | nimia luctuose *Bolhusius* || 2 se domant (m
ex n V) ω corr. *Pricaeus* || 3 sit P || 4 recto ω || 5 opera R ||
7 dum σ cum ω || 13 nihil puto | pugnandum ω corr. σ || 19 <in>
inm. *Eussner* || 23 vinci. Sed *Mdg.* uicisse PV uicisē R || 28 me-
tueres nemo P | ne add. *ASchaefer* || 29 quid quod PV | iuberet V

vitute nostra essent, libertatis suae causa in ea sententia fuisse arbitror. Atque Rodienses tamen Persen publice numquam adiuvere. Cogitate, quanto nos inter nos privatim cautius facimus. Nam unusquisque nostrum, si quis 5 advorsus rem suam quid fieri arbitrantur, summa vi contra nititur, ne advorsus eam fiat; quod illi tamen perpessi.

- 17 Sed quod ad principium reprehensum attinet, scire oportuit Tironem defensos esse Rodienses a Catone, 10 sed ut a senatore et consulari et censorio viro, quidquid optimum esse publicum existimabat, suadente, 18 non ut a patrono causam pro reis dicente. Alia namque principia conducunt reos apud iudices defendant et clementiam misericordiamque undique indaganti, 15 alia, cum senatus de republica consulitetur, viro auctoritate praestanti, sententiis quorundam iniquissimis permoto et pro utilitatibus publicis ac pro salute siorum graviter ac libere indignanti simul ac dolenti. 19 Quippe recte et utiliter in disciplinis rhetorum prae- 20 cipitur iudices de capite alieno deque causa ad sese non pertinenti cognituros, ex qua praeter officium iudicandi nihil ad eos vel periculi vel emolumenti redundaturum est, conciliando esse ac propitiando placabiliter et leniter existimationi salutique eius, qui 25 apud eos accusatus est. At cum dignitas et fides et utilitas omnium communis agitur ob eamque rem aut suadendum quid ut fiat; aut fieri iam coepto differendum est, tum, qui se in eiusmodi principiis occupat, ut benivolos benignosque sibi auditores paret, 30

1 nre (nrę R) sent (sunt P) ω corr. **V³** § || 2 Atqui *Scioppius* ||
 3 perse ω persem **V³** | adiuuare cogitare ω || 4 nr̄i uatim ω corr.
Gr. || 5 ques *Peter* || 6 arbitratur § || 7 ea ω || 8 perp̄esi R | sunt
add. Mdg. || 11 qui quod ω corr. *Hertz* id quod *Carrio* || 12 esset **RV** ||
 19 adolescenti **PV** adolescenti **R** || 23 eo si uel ω corr. *Gr.* ||
 26 Ac ω || 28 ut] ne *Hagen* | aut <dissuadendum, ne fiat, aut>
Hertz || 29 deferendum ω corr. § deserendum *Lion* | Cum **P**

otiosam operam in non necessariis verbis sumit. Iam- 21
 dudum enim negotia, pericula ipsa rerum communia
 consiliis eos capiendis conciliant, et ipsi potius sibi
 exposcunt consultoris benivolentiam. Sed quod ait²²
 5 confessum Catonem noluisse Rodiensis ita depugnari,
 ut depugnatum est, neque regem Persem a populo
 Romano vinci, atque id eum dixisse non Rodienses
 modo, sed multas quoque alias nationes noluisse, sed
 id nihil ad purgandum extenuandumve crimen valere,
 10 iam hoc primum Tiro inprobe mentitur. Verba ponit²³
 Catonis et aliis tamen eum verbis calumniatur. Non²⁴
 enim Cato confitetur noluisse Rodienses victoriam esse
 populi Romani, sed sese arbitrari dixit id eos noluisse,
 quod erat procul dubio opinionis suae professio, non
 15 Rodiensium culpae confessio. In qua re, ut meum²⁵
 quidem iudicium est, non culpa tantum vacat, sed
 dignus quoque laude admirationeque est, cum et in-
 genue ac religiose dicere visus est contra Rodienses,
 quod sentiebat, et parta sibi veritatis fide ipsum illud
 20 tamen, quod contrarium putabatur, flexit et transtulit,
 ut eos idecirco vel maxime aequum esset acceptiores
 carioresque fieri populo Romano, quod cum et utile
 is esset et vellent regi esse factum, nihil tamen adiu-
 vandi eius gratia fecerint.

25 Postea verba haec ex eadem oratione ponit (*V3 J.*):²⁶
 ‘Ea nunc derepente tanta beneficia ultro
 citroque, tantam amicitiam relinquemus?
 quod illos dicimus voluisse facere, id nos
 priores facere occupabimus?’ Hoc inquit en-²⁷
 30 thymema nequam et vitiosum est. Responderi
 enim potuit: occupabimus certe; nam si non
 occupaverimus, opprimemur, incidentum-

2 p., ipsa r. communio *Mms.* || 5 conf. fuisse R | pugnari R ||
 11 et *<ex> Hertz* || 14 nec R || 18 nisus *Hertz* || 22 utiles essent ω
corr. Hertz || 23 et factum R, unde possis ita f. || 25 rōne R ||
 26 Ei R Eo *Jordan* || 29 occupauimus. Hoc inquam ω || 32 op-
 primimur uidendumque P

que erit in insidias, a quibus ante non caverimus. Recteque inquit hoc vitio dat Lucilius (XXIX 13 M. 914 B.) poetae Euripidae, quod, cum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante de nece eius consilium cepisset, Meropa, fratris uxor, hisce eum verbis eluserit (fr. 451 N.²):

εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ώστε σὺ φῆς, πτείνειν πόσις,
χρῆν καὶ σὲ μέλλειν, ώστε χρόνος παρῆλθεν.

At hoc enim inquit plane stultitiae plenum est eo consilio atque ea fini facere velle aliquid, uti numquam id facias, quod velis. Sed vide-
licet Tiro animum non advertit non esse in omnibus rebus cavendis eandem causam, neque humanae vitae negotia et actiones et officia vel occupandi vel dif-
ferendi vel etiam ulciscendi vel cavendi similia esse pugnae gladiatoriae. Nam gladiatori composito ad pugnandum pugnae haec proposita sors est aut occi-
dere, si occupaverit, aut occumbere, si cessaverit. Hominum autem vita non tam inquis neque tam in-
domitis necessitatibus conscripta est, ut idcirco prior iniuriam facere debeas, quam, nisi feceris, pati possis.
Quod tantum aberat a populi Romani mansuetudine, ut saepe iam in sese factas iniurias ulcisci neglexerit.
Post deinde usum esse Catonem dicit in eadem oratione argumentis parum honestis et nimis audacibus ac non viri eius, qui alioqui fuit, sed vafris ac

² Recte **P** || 5 antecederet **V¹** | malim iste . . ipsius || 7 ad (del. σ) cum ω adeo eum Hertz ad eum v. usa sit, ut I 3, 20, ego | illuserit **R¹** || 9 XPH **V** corr. Casaubonus | ξως Valckenaer | χώλος L. Mueller | ΠΔΡΗΔΛΥΘΕΝ **V** παρῆν δῆθεν σ || 11 ea ss. **V** || 15 deferendi ω corr. σ defendendi **Mdg.** || 17 p. et glad. ω et om. σ ei **Mms.** || 18 praeposita (ex -to **R**) **R V¹** || 21 circumscripta σ || 22 quod s. quia *Gr.* quia eam *Eussner* || 23 post mans. *repetunt* iniuriam — Romani (v. 22 sq.), *tum addunt occupare R V* || 27 ei. qui **R** | alioqui *Hertz prius* alio ω alias *Scioppius* uiri iusti equi *Mdg.*) alioqui, sed *Mdg.* et *Hertz*

fallaciosis et quasi Graecorum sophistarum sollertiis.
 Nam cum obiceretur inquit Rodiensibus, quod 35
 bellum populo Romano facere voluissent,
 negavit poena esse dignos, quia id non fecis-
 sent, etsi maxime voluissent, induxisseque eum
 dicit, quam dialectici ἐπαγωγὴν appellant, rem ad-
 modum insidiosam et sophisticam neque ad veritates
 magis quam ad captiones repartam, cum conatus sit
 exemplis decipientibus conligere confirmareque nemi-
 10 nem, qui male facere voluit, plecti aequum esse, nisi
 quod factum voluit, etiam fecerit. Verba autem ex 36
 ea oratione M. Catonis haec sunt (*V 4 J.*): 'Qui
 acerrime advorsus eos dicit, ita dicit 'hostes
 voluisse fieri'. Ecquis est tandem, qui vestro-
 15 rum, quod ad sese attineat, aequum censeat
 poenas dare ob eam rem, quod arguatur male
 facere voluisse? Nemo, opinor; nam ego, quod
 ad me attinet, nolim.' Deinde paulo infra dicit 37
 (*V 5 J.*): 'Quid nunc? ecqua tandem lex est tam
 20 acerba, quae dicat 'si quis illud facere volu-
 erit, mille minus dimidium familiae multa
 esto; si quis plus quingenta iugera habere vo-
 luerit, tanta poena esto; si quis maiorem pe-
 cuum numerum habere voluerit, tantum damnas
 25 esto?' Atqui nos omnia plura habere volumus,
 et id nobis impune est.' Postea ita dicit (*V 6 J.*):
 'Sed si honorem non aequum est haberis ob eam
 rem, quod bene facere voluisse quis dicit ne-
 que fecit tamen, Rodiensibus oberit, quod non

21 Fronto p. 103, 5 N. FIR p. 48, 12 et adn. 11

4 paene sed ignosci quia ω corr. *Mdg.* ignosci <poposcit> σ ||
 6 dixit R || 14 Et quis ω corr. Gr. | vestrum *HJMüller* || 18 di-
 xit R¹ || 19 Quin R | et qua P² et qua R corr. *HMeyer* ec-
 quae Gr. || 21 <ne> minus *CFWMueller* nummis 5 || 24 dam(p)na ω
 corr. *Fulv. Ursinus* || 25 atque ω corr. σ || 29 oberit Gr. taberit ω
 (P?) ii aberit P² id (malim nē = nunc) ob. *Jordan* non oberit
 . . . facere. *Mms.* labes erit *Hertz prius*

male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur fa-
39 cere?' His argumentis Tiro Tullius M. Catonem
contendere et confidere dicit Rodiensibus quoque im-
pune esse debere, quod hostes quidem esse populi
40 Romani voluissent, ut qui maxime non fuissent. Dissi-
mulari autem non posse ait, quin paria et consimilia
non sint plus quingenta iugera habere velle, quod
plebiscito Stolonis prohibitum fuit, et bellum iniustum
atque impium populo Romano facere velle, neque item
inficias iri posse, quin alia causa in praemio sit, alia in 10
41 poenis. Nam beneficia inquit promissa opperiri
oportet neque ante remunerari, quam facta
sint, iniurias autem imminentis praecavisse
42 iustum est, quam expectavisse. Summa enim
professio stultitiae inquit est non ire obviam 15
sceleribus cogitatis, sed manere opperirique,
ut, cum admissa et perpetrata fuerint, tum
denique, ubi, quae facta sunt, infecta fieri non
possunt, poeniantur.

43 Haec Tiro in Catonem non nimis frigide neque 20
44 sane inaniter; sed enim Cato non nudam nec solita-
riam nec inprotectam hanc ἐπαγωγὴν facit, sed multis
eam modis praefulcit multisque aliis argumentis con-
velat et, quia non Rodiensibus magis quam reipublicae
consultabat, nihil sibi dictu factuque in ea re turpe 25
duxit, quin omni sententiarum via servatum ire socios
45 niteretur. Ac primum ea non incallide conquisivit,
quae non iure naturae aut iure gentium fieri pro-
hibentur, sed iure legum rei alicuius medendae aut

23 Amm. XXX 4, 20

26 Amm. XIV 10, 10 XVII 1, 12 al.

1 quia *del. Mms.* || 3 confiteri **P** || 5 ut *Hertz* et ω etsi
Carrio at qui (quam *Hagen*) *Lion* || 7 uellet **P** || 8 colonis ω
corr. Btl. || 10 inficias iri *scripsi* inficiari ω || 14 iustiusst *Mdg.* ||
17 ut eum **P** ut **R** || 20 non rigide **P** || 21 nuda nec solitaria nimis
nec **P** || 23 validis *Hertz ex Amm.* || 24 quam reis **P** || 25 meare ω
corr. V² || 26 dixit qui in **P** || 28 non iuri(a)e ω

temporis causa iussarum; sicut est de numero pecoris et de modo agri praefinito. In quibus rebus, quod 46 prohibitum est, fieri quidem per leges non licet; velle id tamen facere, si liceat, dishonestum non est. Atque 47 5 eas res contulit sensim miscuitque cum eo, quod neque facere neque velle per sese honestum est; tum deinde, ne disparilis conlationis evidens fieret, pluribus id propugnaculis defensat neque tenues istas et enucleatas voluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in 10 philosophorum otio disputantur, magni facit, sed id solum ex summa ope nititur, ut causa Rodiensium, quorum amicitiam retineri ex republica fuit, aut aequa iudicaretur aut quidem certe ignoscenda. Atque interim neque fecisse Rodienses bellum neque facere voluisse 15 dicit, interim autem facta sola censenda dicit atque in iudicium vocanda, sed voluntates nudas inanesque neque legibus neque poenis fieri obnoxias; interdum tamen, quasi deliquisse eos concedat, ignosci postulat et ignoscentias utiles esse rebus humanis docet ac, nisi 20 ignoscant, metus in republica rerum novarum movet; sed enim contra, si ignoscatur, conservatum iri ostendit populi Romani magnitudinem.

Superbiae quoque crimen, quod tunc praeter cetera 48 in senatu Rodiensibus obiectum erat, mirifica et prope 25 divina responsionis figura elusit et eluit. Verba adeo 49 ipsa ponemus Catonis, quoniam Tiro ea praetermisit (*V 7 J.*): Rodensis superbos esse aiunt id ob- 50 iectantes, quod mihi et liberis meis minime dici velim. Sint sane superbi. Quid id ad nos attinet? Idne irascimini, si quis superbior est quam nos? Nihil prorsus hac compellatione dici 51 potest neque gravius neque munitius adversus homines

2 modo *Carrio* domo ω || 4 libeat R || 11 ex del. *Carrio* ||
 24 obiecit P || 26 eam ω || 28 et] e P | dici] V om. lacuna rel. P
 (desunt haec in R) dici *Hertz* obici nolim *Saupe* || 29 et 31
 vos *Wagener* || 30 superior R || 32 minucius V

superbissimos facta, qui superbiam in sese amarent, in aliis reprehenderent.

52 Praeterea animadvertere est in tota ista Catonis oratione omnia disciplinarum rhetoriarum arma atque subsidia mota esse; sed non proinde ut in cursibus 5 ludicris aut simulacris proeliorum voluptariis fieri videamus. Non enim, ⁷ inquam, distincte nimis atque compte atque modulate res acta est, sed quasi in ancipi certamine, cum sparsa acies est, multis locis Marte vario pugnatur, sic in ista tum causa Cato, cum superbia 10 illa Rodiensium famosissima multorum odio atque invidia flagraret, omnibus promisce tuendi atque propugnandi modis usus est et nunc ut optime meritos commendat, nunc tamquam si innocentes purgat, ^{< nunc, >} ne bona divitiaeque eorum expetantur, obiurgat, nunc 15 et, quasi sit erratum, deprecatur, nunc ut necessarios reipublicae ostentat, nunc clementiae, nunc mansuetudinis maiorum, nunc utilitatis publicae commonefacit.

53 Eaque omnia distinctius numerosiusque fortassean dici potuerint, fortius atque vividius potuisse dici non vi- 20 dentur.

54 Inique igitur Tiro Tullius, quod ex omnibus facultatibus tam opulentae orationis aptis inter sese et cohaerentibus parvum quippam nudumque sumpsit, quod obtrectaret, tamquam non dignum M. Catone fuerit, quod delictorum non perpetratorum voluntates 25 non censuerit poeniendas.

55 Commodius autem rectiusque de his meis verbis, quibus Tullio Tironi respondimus, existimabit iudiciumque faciet, qui et orationem ipsam totam Catonis acceperit in manus et epistulam Tironis ad 30 Axium scriptam requirere et legere curaverit. Ita enim nos sincerius exploratiusque vel corrigere poterit vel probare.

7 enim *om.* **P R** || 14 tunc ω | si] sint **R** | purget, ne *Mms.* | nunc *add.* *Hertz* || 15 expectantur **P** || 16 et *del.* *Hertz* || 20 duci **P** ||

27 aut erectiusque ω || 28 existimauit (¹-uit **R**) ω

IV

Cuiusmodi servos et quam ob causam Caelius Sabinus, iuris
civilis auctor, pilleatos venundari solitos scripserit; et quae
mancipia sub corona more maiorum venierint; atque id ipsum
5 'sub corona' quid sit.

Pilleatos servos venum solitos ire, quorum nomine 1
venditor nihil praestaret, Caelius Sabinus iurisperitus
(fr. 2 *H. de manc. fr. 19 Br.*) scriptum reliquit. Cuius 2
rei causam esse ait, quod eiusmodi condicionis man-
cipia insignia esse in vendundo deberent, ut emptores
· errare et capi non possent, neque lex vendundi oppre-
rienda esset, sed oculis iam praeciperent, quodnam
esset mancipiorum genus; sicuti inquit antiquitus 3
mancipia iure belli capta coronis induta venie-
15 bant et idcirco dicebantur 'sub corona' venire.
Namque ut ea corona signum erat captivorum
venalium, ita pilleus impositus demonstrabat
eiusmodi servos venundari, quorum nomine
emptori venditor nihil praestaret.

20 Est autem alia rationis opinio, cur dici solitum sit 4
captivos 'sub corona' venundari, quod milites custodiae
causa captivorum venalium greges circumstarent eaque
circumstatio militum 'corona' appellata sit. Sed id 5
magis verum esse, quod supra dixi, M. Cato in libro,
25 quem composuit de re militari, docet.

Verba sunt haec Catonis (fr. 2 *J.*): Vt populus
sua opera potius ob rem bene gestam coronatus
subplicatum eat, quam re male gesta coronatus
veneat.

23 sqq. Fest. p. 306, 4

2 Huiusmodi ω || 7 sabellius R || 10 insignita Falster ||
12 quidnam P qnam R || 29 ueniat ω

V

Historia de Polo histrione memoratu digna.

1 Histrio in terra Graecia fuit fama celebri, qui ge-
 stus et vocis claritudine et venustate ceteris antistabat:
 2 nomen fuisse aiunt Polum, tragoealias poetarum nobis-
 3 lium scite atque asseverate actitavit. Is Polus unice
 4 amatum filium morte amisit. Eum luctum quoniam
 5 satis visus est eluxisse, rediit ad quaestum artis. In
 eo tempore Athenis Electram Sophoclis acturus
 6 gestare urnam quasi cum Oresti ossibus debebat. Ita 10
 compositum fabulae argumentum est, ut veluti fratribus
 reliquias ferens Electra comploret commisereaturque
 7 interitum eius existimatum. Igitur Polus lugubri ha-
 bitu Electrae induitus ossa atque urnam e sepulcro
 tulit filii et quasi Oresti amplexus opplevit omnia 15
 non simulacris neque imitamentis, sed luctu atque
 8 lamentis veris et spirantibus. Itaque cum agi fabula
 videretur, dolor actus est.

VI

Quid de quorundam sensuum naturali defectione Aristoteles 20
 scripserit.

1 Ex quinque his sensibus, quos animantibus natura
 tribuit, visu, auditu, gustu, tactu, odoratu, quas Graeci
αἰσθήσεις appellant, quaedam animalium alia alio
 carent et aut caeca natura gignuntur aut inodora in- 25

16 Amm. XXII 13, 1 23 XIX 2, 1 GLK I 552, 19 CGL
 VII 256 24 Non. II p. 129, 9 'inauditum, quod non audiat,
 in veteribus prudentibus lectum est: quaedam animalium aliud
 ... inodora aut inaudita'.

3 'aliter gestu' *JGr.* || 4 et alt. om. *V* || 7 quem satis **R** quom
 iam *Scioppius* || 8 est om. **P R** || 9 electam ω || 13 existimatur ω
 corr. *Gr.*, *plura excidisse statuunt* σ | *populus* ω || 14 ex **R** om. **P** |
 24 aliud alio *Non.* || 25 et om. *Non.* | *ceci* **R** a *Non.* | *inora* ω |
 aut *inaudita* *Non.*

auritave. Nullum autem ullum gigni animal Aristo-²
teles dicit, quod aut gustus sensu careat aut tactus.

Verba ex libro eius, quem περὶ μνήμης composuit, ³
haec sunt (περὶ ὕπνου 2): Τὴν δὲ ἀφῆν καὶ τὴν
γεῦσιν πάντα ἔχει, πλὴν εἰ τι τῶν ξώων ἀτελές.

VII

An 'affatim', quasi 'admodum', prima acuta pronuntiandum
sit; et quaedam itidem non incuriose tractata super aliarum
vocum accentibus.

10 Annianus poeta praeter ingenii amoenitates litterarum quoque veterum et rationum in litteris oppido quam peritus fuit et sermocinabatur mira quadam et scita suavitate. Is 'affatim' ut 'admodum' prima acuta,² non media, pronuntiabat atque ita veteres locutos censet.¹⁵ Itaque se audiente Probum grammaticum hos 3 versus in Plauti Cistellaria (v. 231) legisse dicit:

pótine tu homo fácinus facere strénum? —
aliorum áffatim est,
quí faciant; sane égo me nolo fórtem per-
20 hiberí virum,

causamque esse huic accentui dicebat, quod 'affatim'⁴ non essent duae partes orationis, sed utraque pars in unam vocem coaluisset, sicuti in eo quoque, quod 'exadversum' dicimus, secundam syllabam debere acutum existimabat, quoniam una, non duae essent partes orationis; atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his versibus (*Phorm.* v. 88):

in quo haéc discebat lúdo, exadversúm loco
tostrína erat quaedam.

10 sqq. Schoell, act. soc. ph. Lips. VI p. 189
75, 7 24 GLK III 514, 23

13 GLK III

5 εἴ τι] ΕΠΙ Υ | ΑΤΕΛΗ (Η ex ΕΙ) Υ || 16 dixit Sk. || 17 Potin
es Σ || 19 uolo Σ || 28 dicebat Υ | illico et ei loco codd. Ter.

5 Addebat etiam, quod 'ad' praeverbium tum ferme acueretur, cum significaret ἐπίτασιν, quam 'intentionem' nos dicimus, sicut 'adfibre' et 'admodum' et 'adprobe' dicuntur.

6 Cetera quidem satis commode Annianus. Sed 5 si hanc particulam semper, cum intentionem significaret, acui putavit, non id perpetuum videtur; nam et 'adpotus' cum dicimus et 'adprimus' et 'adprime', intentio in his omnibus demonstratur, neque tamen 'ad' particula satis commode accentu acuto pronun- 10 tiatur. 'Adprobos' tamen, quod significat 'valde probus', 8 non infitias eo, quin prima syllaba acui debeat. Cae- 9 cilius in comoedia, quae inscribitur Triumphus, vocabulo isto utitur (*v. 228 R.³*):

Hiérocles ὁ ἄρχοντας εἶδε μὲν τὸν αὐτοκόλουθον ἀδύτονον. 15

10 Num igitur in ipsis vocibus, quas non acui diximus, ea causa est, quod syllaba insequitur natura longior, quae non ferme patitur acui priorem in vocabulis 11 syllabarum plurium quam duarum? 'Adprimum' autem longe primum L. Livius in Odyssia dicit in hoc 20 versu (*fr. 11 B.*):

ibidemque vir summus adprimus Patroclus.

12 Idem Livius in Odyssia (*fr. 29 B.*) 'praemodum' dicit, quasi admodum: 'parcentes' inquit 'praemodum', quod significat 'supra modum', dictumque est quasi 25 'praeter modum'; in quo scilicet prima syllaba acui debebit.

1 (Serv. A. VI 603 Donat. Ter. Andr. IV 2, 11)
II 311, 36

2 CGL

1 prouerbium ω corr. Carrio || 6 intencione PV || 7 uidere-
tur V¹ putauit P || 15 mihi RV (P) || 16 non Scioppius nos ω ||
19 plurimum ω || 22 Patricoles Bergk || 23 et 24 postmodum P ||
27 debet R debuit σ

VIII

Res ultra fidem tradita super amatore delphino et puero amato.

Delphinos venerios esse et amasios non modo 1 historiae veteres, sed recentes quoque memoriae declarant. Nam et sub Caesare Augusto in Puteolano 2 mari, ut Apion scriptum reliquit, et aliquot saeculis ante apud Naupactum, ut Theophrastus tradidit, amores flagrantissimi delphinorum cogniti comperte que sunt. Neque hi amaverunt, quod sunt ipsi, genus, 3 10 sed pueros forma liberali in naviculis forte aut in vadis litorum conspectos miris et humanis modis arserunt.

Verba subscripti *Ἀπίστωνος*, eruditii viri, ex Aegyp- 4 tiacorum libro quinto, quibus delphini amantis et 15 pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert eaque omnia sese ipsum multos que alios vidisse dicit (*FHG III 510*): *Αὐτὸς δ' αὖτις εἰδὼν περὶ Δικαιαρχίας <παιδός>* — *Τάκινθος ἐκαλεῖτο — πόθοις ἐπτοημένου δελφῖνα. Προσ-* 20 *σαίνει τὴν φωνὴν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν πτερούμενος ἐντὸς τάς τε ἀκάνθας ὑποστέλλων, μή τι τοῦ ποθουμένου χρωτὸς ἀμύξῃ φειδόμενος, ἵππη-*

3 sq. Arist. hist. an. IX 48 Antig. Car. 55 (60) Philo de ani-
mal. 67 Plut. soll. an. 36 p. 984 Aelian. nat. an. II 6 VIII 11
Pausan. III 25, 7 Oppian. hal. V 458 Athen. XIII 85 p. 606^e (Plin.
ep. IX 33) 7 Plin. IX 8, 27 sq. Aelian. nat. an. VI 15 extr.
14 sqq. Plin. IX 8, 25 (= Solin. XII 7) Aelian. nat. an. VI 15
Tzetz. Chil. IV 23

2 amatores ω || 5 Caesare Aug. scripsi cesaribus (cesaris P) ω
Caesaris <Augusti imperio> Hertz || 8 amatores (-ore R) ω corr.
Gr. || 11 liberorum R || 13 Erudiū(i)ri (Crud. R) ω || 16 arrigationes
(-ciones R) ω | ref(er)erre ω || 18 παιδός add. Scioppius || 19 ΠΟ-
ΤΟΥC Τ | ΠΡΟC ΠΑΙΔΙΚΗN ΦΩΝΗN ΟC Τ || 20 ΠΗN Τ | ΔΥΤΟI-
THNTYXHN Τ recte Τ || 21 ΙΤΟСΤΠΕΛΛΩN ΜE TI Τ | ΠΕΡΙ-
СТÉЛЛΩN "INA MH Τ

δόν <τε> περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων. Ἐξεχεῖτο ή 'Ρώμη καὶ πᾶσα Ἰταλία τῆς Ἀφροδίτης ξυνορῶντες ἡνιοχούμενον ἴχθύν. Ad hoc adicit rem <non> minus mirandam. 'Postea' inquit 'idem ille puer δελφινερῷ μενος morbo adfectus 5 7 obit suum diem. At ille amans, ubi saepe ad litus solitum adnavit et puer, qui in primo vado adventum eius opperiri consueverat, nusquam fuit, desiderio tabuit exanimatusque est et in litore iacens inventus ab his, qui rem cognoverant, in sui pueri sepulcro humatus est. 10

IX

'Peposci' et 'memordi', 'pepugi' et 'spepondi' et 'cecurri' plerosque veterum dixisse, non, uti postea receptum est dicere, per o aut per u litteram in prima syllaba positam, atque id eos Graecae rationis exemplo dixisse; praeterea 15 notatum, quod viri non indocti neque ignobiles a verbo 'descendo' non 'descendi', sed 'descendidi' dixerunt.

1 'Poposci', 'momordi', 'pupugi', 'cucurri' probabiliter dici videtur, atque ita nunc omnes ferme doctiores hisce 2 verbis utuntur. Sed Q. Ennius in saturis memor- 20 derit dixit per e litteram, non 'momorderit' (20 M. 473 B.):

meum inquit nón est, ac si mé canis memór-
derit.

3 Item Laberius in Gallis (v. 49 R.³):

de integró patrimonió meo centum mília
nummúm memordi.

20 sqq. Non. II p. 140, 19 sqq. CGL V 644, 32

1 τε add. Hertz || 3 ΙΥΝΣΙΝΟΠΟΝΤC V || 4 dicit V¹ | non add. σ | mir. de delfino R || 5 delphine romenus ω || 9 est ab R || 15 ideo ω corr. Hertz || 17 discendi (-dis P) sed discendi ω | prætulerim hic duxerunt || 19 uidentur R | huiuscēdē ω huiuscēmodi σ || 20 satiris suis R || 23 at R¹ ut Non. || 26 versus varie distribuerunt

Item idem Laberius in Coloratore (v. 27 R.³): 4

itáque leni pruná percoctus símul sub dentes
múlieris
vení, bis, ter memórdit.

Item P. Nigidius de animalibus libro II. (fr. 112 5
Sw.): Vt serpens si memordit, gallina diligitur
et opponitur.

Item Plautus in Aulularia (fr. 2 p. 95 G.): 6
ut ádmemordit hóminem.

Sed idem Plautus in Trigeminis neque 'praememor- 7
disse' <neque 'praemomordisse'> dicit, sed 'praemorsisse'
(v. 120 G.):

nísi fugissem inquit médium, credo, praémor
sisset.

Item Atta in Conciliatrice (v. 6 R.³): 8
ursum sé memordisse autúmat.

'Peposci' quoque, non 'poposci', Valerius Antias 9
libro annalium XLV. (fr. 60 P.) scriptum reliquit:
Denique Licinius tribunus plebi perduellionis
ei diem dixit et comitiis diem a M. Marcio prae- 10
tore peposcit. Pepugero aequa Atta in Aedilicia
dicit (v. 2 R.³):

sed sí pepugero, métuet.

6 Plin. XXIX 4, 61; 78 ibique Mayh. 11 CGL VI 711

^{2 sq.} *versus constituit Sk., alia apud Ribb.* 'offendit accentus
itáque; ludi possunt multa velut itaque lévi pruná . . véni, bis
ter <mé> memordit' Sk. || 6 deligitur PR dirigitur Scaliger ||
7 apioſtūr opoſtūr R || 11 n. pr. add. HJ Mueller et Sk. ||
dicit om. R || 13 ni R | inquit] in Winter inquit, <in> Sk. ||
15 acta PV Accius Non. || 18 annalio R || 19 per(perdiq R) duel-
lionem ω corr. Carrio in p. JGr. || 20 ἐς ei diēc diēc R || 21 poscit
(possicit R) ω || 23 sed] sus R

11 Aelium quoque Tuberonem libro ad C. Oppium
 scripto (*fr. 2 H. I p. 367 Br.*) 'occecurrit' dixisse Probus
 adnotavit et haec eius verba apposuit: Si generalis
 12 species occecurrerit. Idem Probus Valerium
 Antiatem libro historiarum XXII. (*fr. 57 P.*) spe-
 ponderant scripsisse annotavit verbaque eius haec
 posuit: Tiberius Graccus, qui quaestor C. Man-
 cino in Hispania fuerat, et ceteri, qui pacem
 speponderant.
 13 Ratio autem istarum dictionum haec esse videri
 potest: quoniam Graeci in quadam specie praeteriti
 temporis, quod παραχείμενον appellant, secundam verbi
 litteram in e plerumque vertunt, ut γράφω γέγραφε,
 ποιῶ πεποίηκα, λαλῶ λελάληκα, κρατῶ κεκράτηκα, λούω
 14 λέλουκα, sic igitur mordeo 'memordi', posco 'peposci',
 tendo 'tetendi', tango 'tetigi', pungo 'pepugi', curro
 15 'cecurri', tollo 'tetuli', spondeo 'spepondi' facit. Sic
 M. Tullius (*fr. 14 p. 1060 Or. 2*) et C. Caesar (*II p. 158
 Di.*) 'mordeo, memordi', 'pungo, pepugi', 'spondeo, spe-
 pondi' dixerunt.

Praeterea inveni a verbo 'scindo' simili ratione non
16 'sciderat', sed 'sciciderat' dictum esse. L. Accius in
Sotadicorum libro I. sciciderat dicit. Verba haec
sunt (*fr. I 2 M. 8 B.*):

num ergo aquila ita, ut hic praedicant, scici-
derat pectus?

17 Ennius quoque (in *Melanippa* (v. 252 R³):
cum saxum scícidérít).

12 CGL II 395, 5 17 (tollo) GLK I 245, 5; 248, 2 II 526, 14
(cfr. IV 39, 5 V 241, 1 sq.; 606, 37 VI 491, 12 Anecd. H. 258, 8)
21 sqq. GLK II 23, 2; 516, 15 sqq.

1 tuberomnem PV || 4 occurrerit (-urrit V) ω corr. 5 | probum ω || 13 ΓΕΡΔΦ(6) ΤΕΤΡΔΦΔ V || 17 Sed Beck || 25 Num] P Non RV Prisc. | ego R | hi om. Prisc. || 26 spectus R || 27—263, 6 om. R | in — sciciderit ex Prisc. I 517, 10 huc traxit JGr., etiam alia Hertz

Valerius Antias in libro historiarum LXXV.
verba haec scripsit (*fr. 62 P.*): Deinde funere locato
ad forum descendidit. Laberius quoque in Catu- 18
lario (*v. 19 R.³*) ita scripsit:

5 égo mirabar, quómodo mammaé mihi
<déscendiderant> ***

X

*⟨Vt⟩ ‘ususcapio’ copulate recto vocabuli casu dicitur, ita ‘pigno-
riscapio’ coniunete eadem vocabuli forma dictum esse.*

10 Vt haec ‘ususcapio’ dicitur copulato vocabulo ‘a’ 1
littera in eo tractim pronuntiata, ita ‘pignoriscapio’
iuncte et producte dicebatur. Verba Catonis sunt ex 2
primo epistolicarum quaestionum (*p. CVIII J.*):
Pignoriscapio ob aes militare, quod aes a tri-
15 buno aerario miles accipere debebat, vocabulum
seorsum fit. Per quod satis dilucet hanc ‘captionem’ 3
posse dici quasi hanc ‘captionem’ et in usu et in
pignore.

XI

20 Neque levitatem neque nequitiam ea significatione esse, qua
in volgi sermonibus dicuntur.

‘Levitatem’ plerumque nunc pro inconstantia et 1
mutabilitate dici audio et ‘nequitiam’ pro sollertia
astutiaque. Sed veterum hominum qui proprie atque 2
25 integre locuti sunt, ‘leves’ dixerunt, quos volgo nunc
viles et nullo honore dignos dicimus, et ‘levitatem’

. 14 Gai. IV 26 sqq. — Varro l. V 36, 181

1—5 *bis afferunt PV* || 3 *descendit Btl.* | Valerius, *postea*
Nauerius (auerius P) *PV* || 5 *ergo Palmer ex Plaut. Asin. 315* ||
6 *desc. add. σ plura ex Non. Hertz* || 8 *Vt add. Gr.* | usucapio ω ||
10 Et *PV* | *usu capio Ρ²* || 12 *iuncte sunt ω sunt del. Hertz*
iuncte A producta Gr. | *immo Varronis cum Lipsio* || 14 milita-
res ω *corr. Ρ²* || 16 *fit] σ sit ω* || 21 *uulgis ω* || 23 *inmutabilitate ω*
corr. Ρ² || 26 *ducimus ω*

appellaverunt proinde quasi vilitatem et 'nequam' hominem nihili rei neque frugis bonae, quod genus Graeci fere ἄσωτον vel ἀκόλαστον dicunt.

3 Qui exempla horum verborum requirit, ne in libris nimium remotis quaerat, inveniet ea in M. Tullii 5 secunda Antonianarum. Nam cum genus quoddam sordidissimum vitae atque victus M. Antoni demonstratus esset, quod in caupona delitisceret, quod ad vesperum perpotaret, quod ore involuto iter faceret, ne cognosceretur, haec aliaque eiusdemmodi cum in 10 eum dicturus esset (*Phil. II* 31, 77): videte inquit hominis levitatem, tamquam prorsus ista dedecora 5 hoc convicio in homine notarentur. At postea, cum in eundem Antonium probra quaedam alia ludibriosae et turpia ingessisset, ad extremum hoc addidit: O 15 hominem nequam! nihil enim magis proprie possum dicere.

6 Sed ex eo loco M. Tullii verba compluseula libuit ponere: At videte levitatem hominis! Cum hora diei decima fere ad Saxa rubra venisset, delituit 20 in quadam cauponula atque ibi se occultans perpotavit ad vesperum; inde cisio celeriter ad urbem advectus domum venit ore involuto. Ianitor rogit: 'Quis tu?' 'A Marco tabellarius.' Confestim ad eam, cuius causa venerat, deducitur eique epistulam tradit. Quam illa cum legeret flens — erat enim scripta amatorie; caput autem litterarum hoc erat: sibi cum illa

20 Non. II p. 86, 28 'delevit in q. caupona atque i. s. o. perpotum cissim domum venit'

1 vilitatem *Ranchinus* leuitatem ω || 2 nulli *Carrio* nih. <neque> rei n. σ rei del. *Hertz* || 4 requiret R || 9 perpopparet ω || 10 h. et aliaque PR²V || 13 uicio (-tio PV) ω corr. Gr. retinet *Petschenig* || 19 Ac ω || 21 oculans ω || 23 capite obvolute *Cic.* || 24 rogit om. *Cic.* | tuo. m. R || 25 causam PV || 27 legere ω | erant PV non erat R || 28 hoc erat om. *Cic.*

mima posthac nihil futurum, omnem se amorem abiecisse illim atque in hanc transfudisse —, cum mulier fleret uberior, homo misericors ferre non potuit: caput aperuit, in collum in-
5 vasit. O hominem nequam! — nihil enim magis proprie possum dicere: ergo ut te catamitum nec opinato cum ostendisses, praeter spem mulier aspiceret, idecirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu pertur-
10 basti?

Consimiliter Q. quoque Claudius in primo an-
7 naliū 'nequitiam' appellavit luxum vitae prodigum effusumque in hisce verbis (*fr. 15 P.*): Persuadent i cuidam adulescenti Lucano, qui adprime sum-
15 mo genere gnatus erat, sed luxuria et nequitia pecuniam magnam consumpserat. M. Varro in 8 libris de lingua Latina (X 5, 81): Vt ex 'non' et 'volo' inquit 'nolo', sic ex 'ne' et 'quicquam' media syllaba extrita compositum est 'nequam'.
20 P. Africanus pro se contra Tiberium Asellum 9 de multa ad populum (*ORF² p. 183*): Omnia mala, probra, flagitia, quae homines faciunt, in duabus rebus sunt, malitia atque nequitia. Vtrum defendis, malitiam an nequitiam an utrumque
25 simul? Si nequitiam defendere vis, licet; si tu in uno scorto maiorem pecuniam absumpsisti,
30 quam quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti, si hoc ita est: qui spondet mille nummum? si tu plus tertia parte pecuniae paternae perdidisti atque absumpsisti in flagitiis, si hoc ita est: qui spondet mille

13 sqq. Liv. VIII 27, 6

1 futurorum ω || 2 illim *Lambinus* illi ω illinc s. illic *codd.*
Cic. illius *edd. vett.* || 7 offendisses **V** || 13 Persuadenti ω || 17 et
Varro et ex ω || 19 coactum *Varro* || 20 asellum ω || 24 defen-
 dit ω *corr. σ* || 26 abinsumpsisti ω || 30 sumpsisti **R**

nummum? Non vis nequitiam. Age malitiam
saltem defende. Si tu verbis conceptis coniura-
visti sciens sciente animo tuo, si hoc ita est:
qui spondet mille nummum?

XII

5

De tunicis chiridotis; quod earum *(usum)* P. Africanus Sul-
picio Gallo obiecit.

- 1 Tunicis uti virum prolixis ultra brachia et usque
in primores manus ac prope in digitos Romae atque
2 in omni Latio indecorum fuit. Eas tunicas Graeco 10
vocabulo nostri 'chiridotas' appellaverunt feminisque
solis vestem longe lateque diffusam indecere existima-
verunt ad ulnas cruraque adversus oculos protegenda.
3 Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga
sola amicti fuerunt; postea substrictas et breves tuni- 15
cas citra humerum desinentis habebant, quod genus
4 Graeci dicunt ἔξωμοιδας. Hac antiquitate indutus P.
Africanus, Pauli filius, vir omnibus bonis artibus
atque omni virtute praeditus, P. Sulpicio Gallo, homini
delicato, inter pleraque alia, quae obiectabat, id quo- 20
que probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas
operientibus.
5 Verba sunt haec Scipionis (*ORF*² p. 181): Nam
qui cotidie unguentatus adversum speculum
ornetur, cuius supercilia radantur, qui barba 25
vulsa feminibusque subvulsis ambulet, qui in

8 August. doctr. Christ. III 12, 20 Serv. A. IX 613
XIX 22, 8

10 Isid.

2 def(f)endes ω defendas σ | iuravisti *Hertz* periuravisti
H Meyer || 6 (11; 267, 2) chiroditis *fere PV* | usum add. σ || 8 eius-
que V et R || 11 chirodas R || 12 incedere R decere *Gr.* ad-
decere *Forcellini* condecere *Vogel*; an ñ īdecere? || 17 induc-
tus σ inbutus *Hertz* | P.] populus romanus V || 19 gaulo ω ||
25 raduntur ω

conviviis adulescentulus cum amatore cum chiridota tunica inferior accubuerit, qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit, eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod ci-
snaedi facere solent?

Vergilius quoque tunicas huiuscmodi quasi femi- 6
neas probrosas criminatur (*A. IX* 616):

et tunicae inquit manicas et habent redimi-
cula mitrae.

10 Q. quoque Ennius (234 M. 162 B.) Carthaginien- 7
sium tunicatam iuventutem non videtur sine probro
dixisse.

XIII

Quem 'classicum' dicat M. Cato, quem 'infra classem'.

15 'Classici' dicebantur non omnes, qui in quinque 1
classibus erant, sed primae tantum classis homines,
qui centum et viginti quinque milia aeris ampliusve
censi erant. 'Infra classem' autem appellabantur se- 2
cundae classis ceterarumque omnium classium, qui
20 minore summa aeris, quod supra dixi, censebantur.
Hoc eo strictim notavi, quoniam in M. Catonis ora- 3
tione, qua Voconiam legem suasit (*XXXII 3 J.*),
quaeri solet, quid sit 'classicus', quid 'infra classem'.

6 sqq. Non. XIV p. 536, 18 (IV p. 350, 20)
XIV p. 536, 31

10 sqq. Non.

15 sqq. Paul. p. 113, 12

2 chiridicta R | interior *Lipsius* || 6 feminas ω corr. 5 | ac
probr. σ || 15 in quinque *Scioppius* inqu(a)e ω in P² || 20 minorem
summam *Mdg.* | quam 5 <quam> quod *Sk.* || 21 fictum R

XIV

De tribus dicendi generibus; ac de tribus philosophis, qui ab Atheniensibus ad senatum Romae legatisunt.

- 1 Et in carmine et in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quae Graeci *χαρακτῆρες* vocant 5 2 nominaque eis fecerunt *ἀδρόν*, *ἰσχνόν*, *μέσον*. Nos quoque, quem primum posuimus, 'uberem' vocamus, secundum 'gracilem', tertium 'mediocrem'.
- 3 Vberi dignitas atque amplitudo est, gracili venustas et subtilitas, medius in confinio est utriusque modi 10 particeps.
- 4 His singulis orationis virtutibus vitia agnata sunt pari numero, quae earum modum et habitum simula- 5 cris falsis ementiuntur. Sic plerumque sufflati atque tumidi fallunt pro uberibus, squalentes et ieunidici 15 pro gracilibus, incerti et ambigui pro mediocribus.
- 6 Vera autem et propria huiuscmodi formarum exempla in Latina lingua M. Varro (*fr. 80 W.*) esse dicit ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, medioeritatis 7 Terentium. Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus 20 tradita ab Homero sunt tria in tribus: magnificum in Vlixe et ubertum, subtile in Menelao et cohibitum, mixtum moderatumque in Nestore.
- 8 Animadversa eadem tripertita varietas est in tribus philosophis, quos Athenienses Romam ad senatum po- 25

4 sqq. Quint. XII 10, 58 Fronto p. 54, 11 N. Rhet. lat. min. 126, 1; 438, 9; 515, 27; 561, 7 H. schol. Bern. p. 742, 58 H. CGL VI 207; 499 19 Fronto p. 113 extr. N. 20 sqq. Quint. XII 10, 64 (Cic. Brut. XIII 50 Auson. prof. Burd. XXI 16 grat. act. VIII 19 ep. XII 10 sqq. P.) 24 sqq. XVII 21, 48 Maer. I 5, 14 sqq. Cic. de or. II 37, 155 Tusc. IV 3, 5 acad. II 45, 137 ad Att. XII 23, 2 Plut. Cato maior 22 (Plin. VII 30, 112) Aelian. v. h. III 17 Lact. inst. V 14, 3

2 discendi V || 3 an ⟨populi⟩ Roman? vd. § 8 XVII 21, 48 | Roman (s. Romanum) 1. missi σ || 6 apponicex. (-ixc V) non mecon ω (om. R) corr. Gr. | Nosque V || 22 über, tum Stephanus || 25 populi r. Hertz dubitans, qui cum Maer. omittere mavult

puli <R.> legaverant inpetratum, uti multam remitteret,
 quam fecerat is propter Oropi vastationem. Ea multa
 fuerat talentum fere quingentum. Erant isti philo- 9
 sophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus,
 5 Critolaus Peripateticus. Et in senatum quidem in-
 tracti interpreti usi sunt C. Acilio senatore; sed
 ante ipsi seorsum quisque ostentandi gratia magno
 conventu hominum dissertaverunt. Tum admirationi 10
 fuisse aiunt Rutilius (*fr. 3 P.*) et Polybius (*XXXIII 2*
 10 *p. 1287 H.*) philosóphorum trium sui cuiusque generis
 facundiam. 'Violenta' inquiunt 'et rapida Carneades
 dicebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes
 et sobria'.

Vnumquodque autem genus, ut diximus, cum caste 11
 15 pudiceque ornatur, fit illustrius, cum fucatur atque
 praelinitur, fit praestigiosum.

XV

Quam severe moribus maiorum in fures vindicatum sit; et
 quid scripserit Mucius Scaevola super eo, quod servandum
 20 datum commodatumve esset.

Labeo in libro de duodecim tabulis secundo 1
 (*fr. 23 H. 1 Br.*) acria et severa iudicia de furtis habita
 esse apud veteres scripsit idque Brutum (*resp. 6 Br.*)
 solitum dicere et furti damnatum esse, qui iumentum
 25 aliorsum duxerat, quam quo utendum acceperat, item
 qui longius produxerat, quam in quem locum petierat.
 Itaque Q. Scaevola in librorum, quos de iure civili 2
 composuit, XVI. (*fr. 2 H. iur. civ. XVI 1 Br.*) verba haec
 posuit: *Quod cui servandum datum est, si id*

24 sqq. Gai. III 196 Dig. XIII 6, 5, 8; 10 pr. XLVII 2, 17 pr.;
 40; 54, 1; 76 Inst. IV 1, 6 (Paul. sent. II 31, 29 Val. Max. VIII 2, 4)

1 legauerunt imperatum **R** | remitterent **RV** || 2 feceratis **P**
 fecerant **RV** civitati eorum fecerat *Macr.* || 6 cacio **P** cecilio **RV**
Caelio codd. *Macr.* || 15 fugatur **ω** || 19 Mutius **σ** marc(h)us **ω**
 21 Labeon libro **P** (**R**) || 24 diceret (-rent **PV**) furti **ω** corr. *Hertz*
 dicere **f. σ** || 27 Q.] qu(a)e **ω** || 28 XIII. **P** | uerbalia et p. **V**

usus est, sive, quod utendum accepit, ad aliam rem, atque accepit, usus est, furti se obligavit.

XVI

Locus exscriptus ex *satura* M. Varronis, quae περὶ ἀδεσμάτων 5 inscripta est, de peregrinis ciborum generibus; et appositi versus Euripidi, quibus delicatorum hominum luxuriantem gulam confutavit.

1 M. Varro in *satura*, quam περὶ ἀδεσμάτων inscripsit (fr. 403 B.), lepide admodum et seite factis 10 versibus cenarum ciborum exquisitas delicias comprehendit. Nam pleraque id genus, quae helluones isti terra et mari conquerunt, exposuit inclusisque in numeros senarios.

3 Et ipsos quidem versus, cui otium erit, in libro, quo 15 dixi, positos legat; genera autem nominaque edulium et domicilia ciborum omnibus aliis praestantia, quae profunda ingluvies vestigavit, quae Varro obprobrans exsecutus est, haec sunt ferme, quantum nobis memoriae est: pavus e Samo, Phrygia attagena, grues 20 Melicae, haedus ex Ambracia, pelamys Chalcedonia, muraena Tartesia, aselli Pessinuntii, ostrea Tarenti, petunculus ***, helops Rhodius, scari Cilices, nuces Thasiae, palma Aegyptia, glans Hiberica.

6 Hanc autem peragrantis gulae et in sucos inquietantis industriam atque has undiquevorsum indagines cuppediarum maiore detestatione dignas censebimus, si versus Euripidi recordemur, quibus saepissime

11 Amm. XXX 4, 14 16 sqq. Enn. hedyph. fr. 529 B
(= Apul. apol. 39) Athen. III 44 p. 92^d CAF II 92, 193 III 426 K.
(= Clem. Alex. paed. II 1, 3 p. 164) Varro r. r. II 6, 2 Plin. IX
54, 169 (Hor. epod. II 49 sqq.) 18 Amm. XXII 4, 5

5 Locus V || 9 quadam (quam ss.) scripsit R || 11 ciborumque σ (Amm.) || 18 quaeque Hertz || 21 mellice ω || 22 tar(r)esia ω corr. Scioppius || 23 ***] chius σ Lesbius (ante pet.) Buecheler Siculus Hertz

Chrysippus philosophus (*p. 344 Bag.*) *<usus>*, tamquam edendi *** repertas esse non per usum vitae necessarium, sed per luxum animi parata atque facilia fastidientis per inprobam satietatis lasciviam.

⁵ Versus Euripidi adscribendos putavi (*fr. 892 N.²*): 7

ἐπεὶ τὶ δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυεῖν μόνον,
Δῆμητρος ἀκτῆς πώματός θ' ὑδρηχόου,
ἄπερ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν;
¹⁰ *ῶν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονή, τρυφῇ δέ τοι*
ἄλλων ἐδεστῶν μηγανὰς θηρώμεθα.

XVII

Sermo habitus cum grammatico insolentiarum et inperitiarum pleno de significatione vocabuli, quod est 'obnoxius'; deque eius vocis origine.

¹⁵ Percontabar Romae quempiam grammaticum primae 1 in docendo celebritatis non hercle experiundi vel temptandi gratia, sed discendi magis studio et cupidine, quid significaret 'obnoxius' quaeque eius vocabuli origo ac ratio esset. Atque ille aspicit me inludens levita- 2
²⁰ tem quaestionis pravitatemque: 'Obscuram' inquit 'sane rem quaeris multaque prorsus vigilia indagandam. Quis 3 adeo tam linguae Latinae ignarus est, quin sciat eum dici 'obnoxium', cui quid ab eo, cui esse 'obnoxius' dicitur, incommodari et noceri potest et qui habeat 25 aliquem noxae, id est culpae suaे, conscientium? Quin potius' inquit 'haec mittis nugalia et affers ea, quae digna quaeri tractarique sint?'

Tum vero ego permotus agendum iam oblique ut 4

²³ Paul. p. 191, 1

1 usus (est) add. Hertz || 2 edendi *<irritationes quasdam>* σ ed. *<κηλήσεις>* Hertz; ante edendi potius crediderim excidi: se ἵδυ- παθείας (*Clem. Alex. l. l.*) || 5 euridi ω || 6 μόνων et μόνοιν alii testes || 7 ΤΕΙΔΡΕΧΟΟΥ ΟΤΤΕΡ Τ || 9 ΔΕ ΣΟΙ Τ || 20 paruitatemque 5 || 24 et qui (habet) Acidalius ei qui ω eo quia σ ut qui puto

cum homine stulto existimavi et 'cetera,' inquam 'vir
doctissime, remotiora gravioraque si discere et scire
debuerō, quando mihi usus venerit, tum quaeram ex
te atque discam; sed enim quia dixi saepe 'obnoxius'
et, quid dicere, nescivi, didici ex te et scire nunc
coepi, quod non ego omnium solus, ut tibi sum visus,
ignoravi, sed, ut res est, Plautus quoque, homo lin-
guae atque elegantiae in verbis Latinae princeps, quid
esset 'obnoxius', nescivit; versus enim est in Sticho
illius ita scriptus (*v. 497*):

10

nunc ego hercle peri pláne, non obnóxie,
quod minime congruit cum ista, quam me docuisti,
significatione; composuit enim Plautus tamquam duo
inter se contraria 'plane' et 'obnoxie', quod a tua
significatione longe abest'.
15

5 Atque ille grammaticus satis ridicule, quasi 'ob-
noxius' et 'obnoxie' non declinatione sola, sed re at-
que sententia different: 'ego' inquit 'dixi, quid esset
6 'obnoxius', non quid 'obnoxie.' At tunc ego ad-
mirans insolentis hominis inscitiam: 'mittamus,' in-
20 quam 'sicuti vis, quod Plautus 'obnoxie' dixit, si id
7 nimis esse remotum putas, atque illud quoque prae-
termittamus, quod Sallustius in Catilina scribit
8 (XXIII 3): Minari etiam ferro, ni sibi obnoxia
foret, et quod videtur novius pervulgatiusque esse, id
25 me doce. Versus enim Vergilii sunt notissimi (*g. I 395*):

nam neque tunc astris acies obtunsa videri,
nec fratri radiis obnoxia surgere luna,
9 quod tu ais 'culpae suaे conscientium'. Alio quoque

1 cetera] P quae ter(r)a R V quae cetera R² || 5 qui R || 6 in-
cipio R¹ || 11 peri(ei) hercle vero plane nihil obn. *codd.* Plaut. ||
19 obnoxie n. q. obnoxius ω | Ac V | nunc R || 23 scripsit V¹ ||
24 etiam] interdum *Sall.* || 25 novius *Hertz* nobis ω notius *Lam-*
becius uobis *pervulgatus* 5 *verbum ante perv.* *excidisse videtur*
ut *pervagatius*, *proculcatius* (*XVIII 4, 6*), *proprius* (*hoc Sk.*) ||
27 iam P R | castris P V stellis *Verg.* | obtusa R | videtur *Verg.*

loco Vergilius verbo isto utitur a tua sententia diverse in his versibus (*g. II* 438):

iuvat arva videre
non rastris hominum, non ulli obnoxia curae;
cura enim prodesse arvis solet, non nocere, quod tu
de 'obnoxio' dixisti. Iam vero illud etiam Q. Enni 10
quo pacto congruere tecum potest, quod scribit in
Phoenice in hisce versibus (*v. 257 R.*³):

séd virum verá virtute vívere animatum ád-
decet
fórtiterque innóxium † vocare ádversum ad-
versários.
éa libertas ést, qui pectus púrum et firmum
géstitat,
15 áliae res obnóxiosae nócte in obscurá la-
tent?

At ille oscitans et alucinanti similis: 'nunc' in- 11
quit 'mihi operaे non est. Cum otium erit, revises
ad me atque disces, quid in verbo isto et Vergilius
20 et Sallustius et Plautus et Ennius senserint.'

At nebulo quidem ille, ubi hoc dixit, digressus 12
est; si quis autem volet non originem solam verbi
istius, sed significationem quoque eius varietatemque
recensere, ut hoc etiam Plautinum spectet, adscripsi
25 versus ex Asinaria (*v. 282*):

máximas opímitates gaúdio effertíssimas
súis eris ille úna mecum páriet, gnatoque ét
patri,

26 Non. II p. 146, 5 .

1 at P ac V || 6 et iamque V || 7 congrueret equum (cum PR) ω || 8 phonice ω || 9 addecet *Carrio* adiecit ω || 11 uacare P orare *Ribb.* stare *Btl.* astare *LMueller* facere *Buecheler* fortiter inn. voc. adversumque *Hey* || 13 ei *Baehrens* || 18 opere præcium R || 21 egressus R || 23 ueritatemque R || 24 spectat ω corr. 5 || 27 ille namecum ω || 27 nato et R || 28 sq. patria de uota etate ω

ádeo ut aetatem ámbo ambobus nóbis sint
obnóxii
nóstro devinctí beneficio.

13 Qua vero ille grammaticus finitione usus est, ea vide-
tur in verbo tam multiplici unam tantummodo usur-
pationem eius notasse, quae quidem congruit cum
significatu, quo Caecilius usus est in Chrysio in
his versibus (*v. 21 R.³*):

quamquam ego mercéde huc conductús tua
advénio, ne tibi me ésse ob eam rem obnó- 10
xiúm
réare; audibis málē, si maledicís mihi.

XVIII

De observata custoditaque apud Romanos iurisiurandi sancti-
monia; atque inibi de decem captivis, quos Romam Hannibal 15
deiurio ab his accepto legavit.

1 Iusiurandum apud Romanos inviolate sancteque
habitum servatumque est. Id et moribus legibusque
multis ostenditur, et hoc, quod dicemus, ei rei non
2 tenue argumentum esse potest. <Post> proelium Can- 20
nense Hannibal, Carthaginiensium imperator, ex cap-
tivis nostris electos decem Romam misit mandavitque
eis pactusque est, ut, si populo Romano videretur,
permutatio fieret captivorum et pro his, quos alteri
plures acciperent, darent argenti pondo libram et se- 25
3 libram. Hoc, priusquam proficiscerentur, iusiurandum
eos adegit reddituros esse in castra Poenica, si Romani
captivos non permutarent.

1 Non. II p. 72, 17 12 cfr. Otto, Sprichw. p. 45
17 sqq. Civ. off. I 13, 40 III 32, 115 Liv. XXII 58 sqq. XXIV 18, 5
Val. Max. II 9, 8 Zonar. IX 2

1 abeo ut ad aet. Non. | nobis om. Non. || 3 deuicti **R** ||
5 iam **R** **V** || 9 adductus **R** || 10 obn. ob eam r. **R** || 20 post *add.*
Hertz est. Post *Lambecius* || 25 acceperant **R** || 26 Hos s. *Huc Gr.*

Venient Romam decem captivi. Mandatum Poeni 4.5 imperatoris in senatu exponunt. Permutatio senatui 6 non placita. Parentes, cognati adfinesque captivorum 7 amplexi eos postliminio in patriam redisse dicebant 5 statumque eorum integrum incolumemque esse ac, ne ad hostes redire vellent, orabant. Tum octo ex his 8 postliminium iustum non esse sibi responderunt, quoniam deiurio vinci forent, statimque, uti iurati erant, ad Hannibalem profecti sunt. Duo reliqui Romae 9 10 manserunt solutosque esse se ac liberatos religione dicebant, quoniam, cum egressi castra hostium fuis- sent, commenticio consilio regressi eodem, tamquam si ob aliquam fortuitam causam, issent atque ita iureiurando satisfacto rursum iniurati abissent. Haec 10 15 eorum fraudulenta calliditas tam esse turpis existi- mata est, ut contempti vulgo disceptique sint cen- soresque eos postea omnium notarum et dannis et ignominiis adfecerint, quoniam, quod facturos deiera- verant, non fecissent.

Cornelius autem Nepos in libro exemplorum 11 quinto (*fr. 2 P.*) id quoque litteris mandavit multis in senatu placuisse, ut hi, qui redire nollent, datis custodibus ad Hannibalem deducerentur, sed eam sententiam numero plurimum, quibus id non videretur, supe- 25 ratam; eos tamen, qui ad Hannibalem non redissent, usque adeo intestabiles invisosque fuisse, ut taedium vitae ceperint necemque sibi consciverint.

6 ex illis R || 11 cum om. R | forent R || 13 aliam V ||
16 disceptique R despretique *Lipsius* || 27 necem sibi compara-
uerint R

XIX

Historia ex annalibus sumpta de Tiberio Graccho, Gracchorum patre, tribuno plebis; atque inibi tribunicia decreta cum ipsis verbis relata.

- 1 Pulcrum atque liberale atque magnanimum factum 5
Tiberii Sempronii Gracchi in exemplis repositum est.
- 2 Id exemplum huiuscemodi est (*Corn. Nep. ex. fr. 3 P.*):
L. Scipioni Asiatico, P. Scipionis Africani superioris
fratri, C. Minucius Augurinus tribunus plebi multam
irrogavit eumque ob eam causam praedes poscebat. 10
- 3 Scipio Africanus fratris nomine ad collegium tribu-
norum provocabat petebatque, ut virum consularem
- 4 triumphalemque a collegae vi defenderent. Octo tri-
buni cognita causa decreverunt.
- 5 Eius decreti verba, quae posui, ex annalium mo- 15
numentis exscripta sunt: Quod P. Scipio Africanus
postulavit pro L. Scipione Asiatico fratre, cum
contra leges contraque morem maiorum tri-
bunus pl. hominibus accitis per vim inauspi-
cato sententiam de eo tulerit multamque nullo 20
exempli irrogaverit praedesque eum ob eam
rem dare cogat aut, si non det, in vincula duci
iubeat, ut eum a collegae vi prohibeamus; et
quod contra collega postulavit, ne sibi inter-
cedamus, quominus suapte potestate uti liceat, 25
de ea re nostrum sententia omnium ea est: si
L. Cornelius Scipio Asiaticus collegae arbitratu
praedes dabit, collegae, ne eum in vincula du-
cat, intercedemus; si eius arbitratu praedes non

5 sqq. Liv. XXXVIII 52 sqq. Plut. Cato 15 (Val. Max. V 3, 2
VIII 1 damn. 1 Sen. dial. XI 14, 4 Plin. praef. 10)

6 Nepotis positum *Thysius* || 9 patri **R** || 11 patris ω || 12 pro-
uocabant petebantque (que *om.* **R**) ω corr. **P²** || 23 ut] et ω

dabit, quominus collega sua potestate utatur,
non intercedemus.

Post hoc decretum cum Augurinus tribunus L. Scipio-⁶
nem praedes non dantem preendi et in carcerem duci
⁶ iussisset, tunc Tiberius Sempronius Gracchus tr. pl.,
pater Tiberi atque C. Gracchorum, cum P. Scipioni
Africano inimicus gravis ob plerasque in republica
dissensiones esset, iuravit palam in amicitiam inque
gratiam se cum P. Africano non redisse, atque ita
¹⁰ decretum ex tabula recitavit.

Eius decreti verba haec sunt: Cum L. Cornelius⁷
Scipio Asiaticus triumphans hostium duces in
carcerem coniectarit, alienum videtur esse
dignitate reipublicae in eum locum imperato-
¹⁵ rem populi Romani duci, in quem locum ab eo
coniecti sunt duces hostium; itaque L. Corne-
lius Scipionem Asiaticum a collegae vi pro-
hibeo.

Valerius autem Antias (*fr. 45 p. 171 P.*) contra⁸
²⁰ hanc decretorum memoriam contraque auctoritates ve-
terum annalium post Africani mortem intercessionem
istam pro Scipione Asiatico factam esse a Tiberio
Graccho dixit neque multam irrogatam Scipioni, sed
damnatum eum peculatus ob Antiochinam pecuniam,
²⁵ quia praedes non daret, in carcerem duci coeptum at-
que ita intercedente Graccho exemptum.

3 sqq. l. l. Cic. prov. cons. VIII 18 Val. Max. IV 1, 8 Dio
Cass. fr. 62 M. Ampel. XIX 3 Aur. Vict. v. ill. 53; 57

6 scipione ω || 8 esse ω || 14 a dign. R || 24 speculator R |
antiochiam P¹R || 25 qui ω

XX

Quod Vergilius a Nolanis ob aquam sibi non permissam sustulit
e versu suo 'Nolam' et posuit 'oram'; atque ibi quaedam
alia de iucunda consonantia litterarum.

1 Scriptum in quodam commentario repperi versus 5
istos a Vergilio ita primum esse recitatos atque editos
(g. II 224):

talem dives arat Capua et vicina Vesovo
Nola iugo;

postea Vergilium petisse a Nolanis, aquam uti du- 10
ceret in propincum rus, Nolanos beneficium petitum
non fecisse, poetam offensum nomen urbis eorum, quasi
ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse
'oram'que pro 'Nola' mutasse atque ita reliquisse:

et vicina Vesovo 15

ora iugo.

2 Ea res verane an falsa sit, non laboro; quin tamen
melius suaviusque ad aures sit ora quam Nola, du-
3 bium id non est. Nam vocalis in priore versu extrema
eademque in sequenti prima canoro simul atque iu- 20
4 cundo hiatu tractim sonat. Est adeo invenire apud
nobiles poetas huiuscemodi suavitatis multa, quae
appareat navata esse, non fortuita; sed praeter ceteros
5 omnis apud Homerum plurima. Vno quippe in loco
tales tamque hiantes sonitus in assiduis vocibus plu- 25
ribus facit (Il. XXII 151):

ἢ δ' ἐτέρη θέρετ προφέτει εἰκνῖα χαλάξῃ
ἢ χιόνι τυψχοη̄ ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ,

5 sqq. Serv. pl. et Philarg. g. II 224 ([Serv.] A. VII 740 Gellio
nominato)

2 ob aq. a Nolanis *Carrio* || 10 num ducerent an duci
liceret? || 14 nolam **PV** nolae iam **R**, unde possis inmutasse ||
19 uocabulis uersu **R** || 22 quae *om.* **R** || 25 talestamque (ital. **RV**)
hiant (ɔiant **R**) et ω corr. *Lambecius* pluris *Carrio* || 28 η *pr. om.* **V**

atque item alio loco (*Od. XI* 596):

λᾶαν ἄνω ὕθεσκε ποτὶ λόφον.

Catullus quoque elegantissimus poetarum in hisce 6
versibus (*XXVII* 1):

5 minister vetuli puer Falerni,
inger mi calices amariores,
ut lex Postumiae iubet magistrae,
ebria acina ebriosioris,

cum dicere 'ebrio' posset, quod erat usitatius 'aci-
10 num' in neutro genere appellare, amans tamen hiatus
illiis Homerici suavitatem 'ebriam' dixit propter
insequentis a litterae concentum. Qui 'ebriosa' autem
Catullum dixisse putant aut 'ebrioso' — nam id quo-
que temere scriptum invenitur —, in libros scilicet de
15 corruptis exemplaribus factos inciderunt.

XXI

'Quoad vivet' 'quoad'que 'morietur' cur id ipsum temporis
significant, cum ex duobus sint facta contraria.

'Quoad vivet' <cum dicitur>, cum item dicitur 'quoad 1
20 morietur', videntur quidem duae res dici contrariae;
sed idem atque unum tempus utraque verba demon-
strant. Item cum dicitur 'quoad senatus habebitur' 2
et 'quoad senatus dimittetur', tametsi 'haberi' atque
'dimitti' contraria sunt, unum atque id ipsum tamen
25 utroque in verbo ostenditur. Tempora enim duo cum 3
inter se opposita sunt atque ita cohaerentia, ut alterius
finis cum alterius initio misceatur, non refert, utrum
per extremitatem prioris an per initium sequentis locus
ipse confinis demonstretur.

1 alio in **V** || 6 *In ingermicabiles (sic) amariores desinit R* ||
7 iuuet ω || 8 ebriose ac in (ac me **P**) ω corr. *Haupt, item quae*
secuntur ebriose acino 5 codd. Cat. || 9 (h)ebriosi ω | possit V¹ |
<et>, quod e. u., σ || 11 (h)ebriosam ω || 12 (h)ebrios ω || 13 (h)e-
briosos ω || 17 et (del. Hertz) quo atque ω || 19 suppl. Hertz

XXII

Quod censores equum adimere soliti sunt equitibus corpulentis et præpinguibus; quaesitumque, utrum ea res cum ignominia an incolumi dignitate equitum facta sit.

- 1 Nimis pingui homini et corpulento censores equum 5
adimere solitos scilicet minus idoneum ratos esse cum
tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus.
2 Non enim poena id fuit, ut quidam existimant, sed
3 munus sine ignominia remittebatur. Tamen Cato in
oratione, quam de sacrificio commisso scripsit 10
(XVIII 5 J.), obicit hanc rem criminiosius, uti magis
4 videri possit cum ignominia fuisse. Quod si ita acci-
pias, id profecto existimandum est non omnino incul-
patum neque indesidem visum esse, cuius corpus in
tam inmodicum modum luxuriasset exuberassetque. 15

5 sqq. IV 20, 11

5 hominis **V** || 6 solito **w** | esse *del. Sk.* | cum] eum *opina-*
bar, sed vd. Pradel, de praepos. vi (Fleckens. ann. suppl. XXVI)
p. 508

A. GELLI

NOCTIVM ATTICARVM LIBER SEPTIMVS

(*vulgo SEXTVS*)

I

Quem in modum responderit Chrysippus adversum eos, qui providentiam consistere negaverunt.

⟨Quibus non videtur mundus dei et hominum causa 1
5 institutus neque res humanae providentia gubernari,
gravi se argumento uti putant, cum ita dicunt: ‘si
esset providentia, nulla essent mala’. Nihil enim minus
aiunt providentiae congruere, quam in eo mundo, quem
propter> homines fecisse dicatur, tantam vim esse
10 aerumnarum et malorum. Adversus ea Chrysippus 2
cum in libro περὶ προνοίας quarto (fr. 26 G.) disseret:
‘nihil est prorsus istis’ inquit ‘insubidius, qui
opinantur bona esse potuisse, si non essent ibidem
mala. Nam cum bona malis contraria sint, utraque 3
15 necessum est opposita inter sese et quasi mutuo ad-
verso quaeque fulta nisu consistere; nullum adeo con-
trarium est sine contrario altero. Quo enim pacto 4

4—282, 12 affert Lactantius epit. inst. div. XXIV (XXIX) 5
cfr. de ira 13 inst. II 8, 6 p. 130, 5 Br. adn.

4—9 propter *Lact. om. ω* || 8 propter quem *libri Lact., corr. Davisius* || 10 Ad ea *Lact.* || 12 istius ω | insipidius & insulsius *Lact.* || 13 itidem σ || 15 esse inter se *Lact.* | adverso que fulta *Lact.*

iustitiae sensus esse posset, nisi essent iniuriae? aut quid aliud iustitia est quam iniustitiae privatio? quid item fortitudo intellegi posset nisi ex ignaviae adpositione? quid continentia nisi ex intemperantiae? quo item modo prudentia esset, nisi foret contra imprudentia? Proinde' inquit 'homines stulti cur non hoc etiam desiderant, ut veritas sit et non sit mendacium? Namque itidem sunt bona et mala, felicitas et infertunitas, dolor et voluptas. Alterum enim ex altero, sicuti Plato (*Phaed.* 3 p. 60 B) ait, verticibus inter se contrariis deligatum est; si tuleris unum, abstuleris utrumque'.⁵

⁷ Idem Chrysippus in eodem libro (fr. 28 G.) tractat consideratque dignumque esse id quaeri putat, εἰ αἱ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται, id est, *<si>* natura ipsa rerum vel providentia, quae compagem hanc mundi et genus hominum fecit, morbos quoque et debilitates et aegritudines corporum, ¹⁵ *8* quas patiuntur homines, fecerit. Existimat autem non fuisse hoc principale naturae consilium, ut faceret homines morbis obnoxios; numquam enim hoc convenisse naturae auctori parentique omnium rerum bonarum. 'Sed cum multa' inquit 'atque magna gigneret pareretque aptissima et utilissima, alia quoque simul adgnata sunt incommoda his ipsis, quae faciebat, cohærentia'; eaque *<non>* per naturam, sed per sequellas quasdam necessarias facta dicit, quod ipse appellat ²⁰ *10* κατὰ παρακολούθησιν. 'Sicut,' inquit 'cum corpora

 11 Lact. de ira XIII 14

² et 4 qui Ald. || 3 potest Lact. || 4 intemperantia Lact. || 5 forte contraria Lact. || 6 et proinde V || 8 importunitas Lact. || 10 intra V || 11 delicatum ω | est om. Lact. | si abstuleris *Diels* sustuleris *edd. vett.* || 15 εἰ αἱ ΕΙΝ ω | ΤΕΙΝΟΝΤΑ! V || 16 si add. *JGr.* an *Otho* | naturane i. s naturam ipsam V || 21 neque *Mdg.* || 23 gignerent ω || 24 apertissima V || 26 non add. σ neque *JGr.* | sequerelas ω

hominum natura fingeret, ratio subtilior et utilitas ipsa operis postulavit, ut tenuissimis minutisque ossiculis caput compingeret. Sed hanc utilitatem rei maioris 11 alia quaedam incommoditas extrinsecus consecuta est,
 5 ut fieret caput tenuiter munitum et ictibus offensionibusque parvis fragile. Proinde morbi quoque et aegri- 12 tudines partae sunt, dum salus paritur. Sicut hercle,¹³ inquit 'dum virtus hominibus per consilium naturae gignitur, vitia ibidem per adfinitatem contrariam nata
 10 sunt.'

II

Quo itidem modo et vim necessitatemque fati constituerit et esse tamen in nobis consilii iudiciique nostri arbitrium confirmaverit.

15 Fatum, quod είμαρμένην Graeci vocant, ad hanc 1 ferme sententiam Chrysippus, Stoicae princeps philosophiae, definit (*fr. 33 G.*): 'Fatum est' inquit 'sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum et catena volvens semetipsa sese et implicans per aeternos conse- 20 quentiae ordines, ex quibus apta nexaque est.' Ipsa 2 autem verba Chrysippi, quantum valui memoria, ascripsi, ut, si cui meum istud interpretamentum videbitur esse obscurius, ad ipsius verba animadvertis. In 3 libro enim περὶ προνοίας quarto (*fr. 33 G.*) είμαρ- 25 μένην esse dicit φυσικήν τινα σύνταξιν τῶν ὅλων ἔξ ἀιδίου τῶν ἐτέρων τοῖς ἐτέροις ἐπακολου- θούντων καὶ μεταπολονμένων ἀπαραβάτον οὐσῆς τῆς τοιαύτης ἐπιπλοκῆς.

Aliarum autem opinionum disciplinarumque auctores 4

¹⁵ sqq. Cic. nat. d. I 20, 55 div. I 55, 125 schol. Luc. I 70 VI 612 CGL VI 439 18 Amm. XXIX 1, 34

3 maiorem Eussner || 9 itidem σ | contrariā Sk. || 12 idem Gr. || 19 sese del. Gr. ex se Otho et sese impl. Sk. || 26 ΤΟΝ ΕΤΔΙΩΝ ΤΟΥC ΕΤΔΙΠΟΙC ΤΩ || 27 ΜΕΔΠΟΔΥΜΕΝΩΝ ΤΩ corr. Kumanudes μετὰ πολὺ μὲν οὖν σ μὴ ἀπολνομένων Usener

5 huic definitioni ita obstrepunt: 'Si Chrysippus' inquiunt 'fato putat omnia moveri et regi nec declinari transcendique posse agmina fati et volumina, peccata quoque hominum et delicta non suscensenda neque inducenda sunt ipsis voluntatibusque eorum, sed necessitatibus 5 cuidam et instantiae, quae oritur ex fato', omnium quae sit rerum domina et arbitra, per quam necesse sit fieri, quicquid futurum est; et propterea nocentium poenas legibus inique constitutas, si homines ad maleficia non sponte veniunt, sed fato trahuntur. 10

6 Contra ea Chrysippus tenuiter multa et argute disserit; sed omnium fere, quae super ea re scripsit, 7 huiuscemodi sententia est (*fr. 30 G.*): 'Quamquam ita sit,' inquit 'ut ratione quadam necessaria et principali coacta atque conexa sint fato omnia, ingenia tamen ipsa mentium nostrarum proinde sunt fato obnoxia, 15 ut proprietas eorum est ipsa et qualitas. Nam si sunt per naturam primitus salubriter utiliterque facta, omnem illam vim, quae de fato extrinsecus ingruit, inoffensius tractabiliusque transmittunt. Sin vero sunt aspera et 20 inscita et rudia nullisque artium bonarum adminiculis fulta, etiamsi parvo sive nullo fatalis incommodi conflictu urgeantur, sua tamen scaevitate et voluntario 9 impetu in assidua delicta et in errores se ruunt. Idque ipsum ut ea ratione fiat, naturalis illa et necessaria rerum consequentia efficit, quae fatum vocatur. 25 10 Est enim genere ipso quasi fatale et consequens, ut mala ingenia peccatis et erroribus non vacent.'

11 Huius deinde rei exemplo non hercle nimis alieno neque inlerido utitur (*fr. 31 G.*). 'Sicut' inquit 'la- 20 pidem cylindrum si per spatia terrae prona atque

21 Amm. XXVIII 1, 4
31 Amm. XXI 10, 4

30 sqq. Cic. de fato XIX 43

14 necessario ω corr. edd. vett. || 24 errore seruunt (seruiunt Ρ) ω corr. Gr.; an errores irruunt? || 29 rei σ fieri ω fere rei *Hertz* | alienē ω

derupta iacias, causam quidem ei et initium praecipitiae feceris, mox tamen ille preeeps volvitur, non quia tu id etiam facis, sed quoniam ita sese modus eius et formae volubilitas habet: sic ordo et ratio et necessitas fati genera ipsa et principia causarum movet, impetus vero consiliorum mentiumque nostrarum actionesque ipsas voluntas cuiusque propria et animorum ingenia moderantur.' Infert deinde verba haec his,¹² quae dixi, congruentia (*fr. 32 G.*): *Διὸ καὶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων* (*χρύσ. ἐπ. v. 54*) *ελρηται·*

γνώσει δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας,

ώς τῶν βλαβῶν ἐκάστοις παρ' αὐτοὺς γινομένων καὶ καθ' δρμὴν αὐτῶν ἀμαρτανόντων
15 τε καὶ βλαπτομένων καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ θέσιν. Propterea negat oportere ferri¹³ audirique homines aut nequam aut ignavos et nocentes et audaces, qui, cum in culpa et in maleficio revincti sunt, perfugiunt ad fati necessitatē tamquam
20 in aliquod fani asylum et, quae pessime fecerunt, ea non suae temeritati, sed fato esse attribuenda dicunt.

Primus autem hoc sapientissimus ille et antiquissimus poetarum dixit hisce versibus (*Hom. Od. I 32*):¹⁴

*ῳ πόποι, οἶον δὴ νν θεοὺς βροτοὶ αἰτιώωνται.
25 ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῆσιν ἀτασθαλίησιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχοντιν.*

Itaque M. Cicero in libro, quem de fato conscripsit¹⁵

27 (Non. XII p. 527, 4)

29 sqq. Cic. de fato XVII 39

1 causa ω unde fueris Hertz; sed vd. II 17, 6 || 3 etiam scripsi iam ω | fort. motus || 10 ΠΥΤΔΓΩΡΥΩΕΥ ΕΥΡΗΤΔΙ Ζ || 11 ΞΟΝΩΤΔC Ζ || 13 αὐτοῖς Ζ αὐτῶν Grot. || 16 θιάθεσιν Usener θέλησιν Vassis || 17 et ign. aut Gercke || 18 reuicti ω corr. 5 || 24 ΟΙΟΝΔ ΔΗ ΝΔΥ Ζ || 25 ΦΗCI Ζ || 26 άΥΤΟΥ Ζ

(fr. 1 p. 582 Or.²), cum quaestionem istam diceret obscurissimam esse et implicatissimam, Chrysippum quoque philosophum (fr. 97 G.) non expedisse se in ea *ait* his verbis: Chrysippus aestuans laboransque, quoniam hoc modo explicet et fato omnia fieri et esse aliquid in nobis, intricatur.

III

Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpente invisitatae longitudinis.

1 Tubero in historiis (fr. 8 P.) scriptum reliquit ¹⁰ bello primo Poenico Atilium Regulum consulem in Africa castris apud Bagradam flumen positis proelium grande atque acre fecisse adversus unum serpentem in illis locis stabulantem invisitatae inmanitatis eumque magna totius exercitus confictione balistis atque ¹⁵ catapultis diu oppugnatum, eiusque interfecti corium longum pedes centum et viginti Romam misisse.

IV

Quid idem Tubero novae historiae de Atilio Regulo a Carthaginiensibus capto litteris mandaverit; quid etiam Tuditanus ²⁰ super eodem Regulo scripserit.

1 Quod satis celebre est de Atilio Regulo, id nuperime legimus scriptum in Tuditani libris (fr. 5 P.): Regulum captum ad ea, quae in senatu Romae dixit suadens, ne captivi cum Carthaginiensibus permutaren- ²⁵

¹⁰ sqq. Liv. epit. 18 Val. Max. I 8 extr. 19 Sen. ep. LXXXII 24 Sil. VI 140 sqq. Plin. VIII 14, 37 Dio Cass. fr. XLIII 23 M. Oros. IV 8, 10 Flor. I 18, 20 Zonar. VIII 13 24 sqq. Zonar. VIII 15

⁴ ait add. *Lion* || ⁵ hoc modo in ω post intricatur *extans* *huc transp. Hertz* | explicit ω -icat **V³** || ⁶ aliquod ω | *rd. ad v. 5;* *plura deesse suspicantur* || ¹⁵ ocios ω t add. **V²** || ¹⁷ missum esse *Lion*, *fort. cos.* (= consulem) *ante corium excidit* || ¹⁹ nona *historia Gr.* || ²² incelebre *conieceram* || ²⁴ scripsit **V¹**

tur, id quoque addidisse venenum sibi Carthaginienses dedisse, non praesentarium, sed eiusmodi, quod mortem in diem proferret, eo consilio, ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio, post autem grassante sensim veneno contabesceret.

Eundem Regulum Tubero in historiis (*fr. 9 P.*)² redisse Carthaginem novisque exemplorum modis excruciatum a Poenis dicit: In atras inquit et pro fundas tenebras eum claudebant ac diu post,
 ubi erat visus sol ardentissimus, repente educebant et adversus ictus solis oppositum continebant atque intendere in caelum oculos cogebant. Palpebras quoque eius, ne conivere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant.
 Tuditanus autem somno diu prohibitum atque ita vita privatum refert, idque ubi Romae cognitum est, nobilissimos Poenorum captivos liberis Reguli a senatu deditos et ab his in armario muricibus praefixo destitutos eademque insomnia cruciatos interisse.

20

V

Quod Alfenus iureconsultus in verbis veteribus interpretandis erravit.

Alfenus iureconsultus, Servii Sulpicij discipulus rerumque antiquarum non incuriosus, in libro digestorum tricesimo et quarto, conjectaneorum autem secundo (*fr. 1 H. resp. 14 dig. 99; I p. 330*

² Apul. m. X 4; 9 6 sqq. Zonar. VIII 15 (Cic. fin. II 20, 65 V 27, 82 off. III 27, 100 in Pison. XIX 43 Acro Hor. c. I 12, 37 August. civ. dei II 23 Oros. IV 10, 1) 15 sqq. Zonar. VIII 15 Diod. XXIV 12 (19) Suid. s. v. Πύγονιος (Val. Max. IX 2 extr. 1 Sen. dial. I 3, 9 IX 16, 4 ep. LXVII 7 Sil. VI 539 sqq. Appian. Sic. 2 Libyc. 4 Polyaen. VIII 12 Aur. Viet. v. ill. 40 August. civ. dei I 15)

⁵ uenenī P | cor tabesceret V || 9 die *Markland* || 11 solis] desinit P (*praeter lemmata*) || 18 municibus praefixos V

Br.): in foedere, inquit quod inter populum Romanum et Carthaginienses factum est, scriptum invenitur, ut Carthaginienses quotannis populo Romano darent certum pondus argenti puri puti, quae situmque est, quid esset 'purum 5 putum'. Respondi inquit ego 'putum' esse valde purum, sicut novum 'novicium' dicimus et proprium 'propicium' augere atque intendere volentes novi et proprii significationem.

2 Hoc ubi legimus, mirabamur eandem adfinitatem 10 visam esse Alfeno 'puri' et 'puti', quae sit 'novicium' 3 et 'novi'; nam si esset 'puricum', tum sane videretur 4 dici quasi 'novicium'. Id etiam mirum fuit, quod 'novicium' per augendi figuram dictum existimavit, cum sit 'novicium' non, quod magis novum sit, sed 15 5 quod a 'novo' dictum sit inclinatumque. His igitur assentimus, qui 'putum' esse dicunt a 'putando' dictum et ob eam causam prima syllaba brevi pronuntiant, non longa, ut existimasse Alfenus videretur, qui a 6 'puro' id esse factum scripsit. 'Putare' autem veteres 20 dixerunt vacantia ex quaue re ac non necessaria aut etiam obstantia et aliena auferre et excidere et, quod 7 esse utile ac sine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores et vites et sic rationes etiam 'putari' 8 dictum. Verbum quoque ipsum 'puto', quod decla- 25 randae sententiae nostrae causa dicimus, non significat profecto aliud, quam id agere nos in re dubia obscuraque, ut decisim amputatisque falsis opinionibus, quod videatur esse verum et integrum et incorruptum, 9 retineamus. Argentum ergo in Carthaginiensi foedere 30 'putum' dictum est quasi exputatum excoctumque

5 cfr. Otto, Sprichw. p. 291 17 sqq. Varro l. l. VI 7, 63
Fest. p. 217, 16 Paul. p. 108, 20 Donat. Ter. Andr. II 6, 11 Ad.
V 3, 10 Non. I p. 27, 19; 157, 28 Isid. XVII 5, 32 CGL V 525, 29

2 est] 5 et V || 4 centum V¹ || 19 videretur quia V || 20 fac-
tus V || 23 esset 5 || 27 nos] 5 non V

omniq[ue] aliena materia carens omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum et candelactum.

Scriptum est autem 'purum putum' non in Car-¹⁰
thaginiensi solum foedere, sed cum in multis aliis
veterum libris, tum in Q. quoque Ennii tragœdia,
quae inscribitur Alexander (*v. 62 R.³*), et in satira
M. Varroñis, quae inscripta est *δἰς παῖδες οἱ γέροντες* (*fr. 91 B.*).

VI

¹⁰ Temere inepteque reprehensum esse a Iulio Hygino Vergilium,
quod 'praepetes' Daedali pennas dixit; atque inibi, quid sint
aves praepetes et quid illæ sint aves, quas Nigidius 'inferas'
appellavit.

Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna ¹
¹⁵ praepetibus pennis ausus se credere caelo.

In his Vergilii (*A. VI 14*) versibus reprehendit Iulius ²
Hyginus (*fr. 3 p. 24 Bu.*) 'pennis praepetibus' quasi
inpropre et inscite dictum. 'Nam "praepetes" inquit ³
'aves ab auguribus appellantur, quae aut opportune
²⁰ praevolant aut idoneas sedes capiunt.' Non apte igitur ⁴
usum verbo augurali existimavit in Daedali volatu nihil
ad augurum disciplinam pertinente.

Sed Hyginus nimis hercle ineptus fuit, cum, quid ⁵
'praepetes' essent, se scire ratus est, Vergilium
²⁵ autem et Cn. Matium, doctum virum, ignorasse, qui
in secundo Iliadis Victoriam volucrem 'praepetem'
appellavit in hoc versu (*fr. 3 B.*):

dum dat vincendi praepes Victoria palmam.

18 sqq. Serv. (pl.) A. VI 15 III 246; 361 IV 462 Fest. p. 205,
26; 245, 22 Acro Hor. c. III 27, 11 Isid. XII 7, 77 CGL VII 120

11 atque ibi inquit (-it V) ω corr. 5 || 22 pertinentes V ||
24 εε V esset 5 || 25 Cn. Mattium Scaliger trimacium V || 26 septimo
Carrio coll. Il. VII 291

6 Cur autem non Q. quoque Ennium reprehendit, qui
in annalibus non pennas Daedali, sed longe diversius
(215 M. 373 B.):

5

Brundisium inquit pulcro praecinctum p^{rae}-
pete portu?

7 Set si vim potius naturamque verbi considerasset
neque id solum, quod augures dicerent, inspexisset,
veniam prorsus poetis daret similitudine et trans-
latione verborum, non significatione propria utentibus.

8 Nam quoniam non ipsae tantum aves, quae prosperius 10
praevolant, sed etiam loci, quos capiunt, quod idonei
felicesque sunt, 'praepetes' appellantur, idcirco Daedali
pennas 'praepetes' dixit, quoniam ex locis, in quibus
9 periculum metuebat, in loca tutiora pervenerat. Locos
porro 'praepetes' et augures appellant, et Ennius in 15
annalium primo dixit (91 M. 55, 19 B.):

praepetibus sese pulcris<que> locis dant.

10 Avibus autem 'praepetibus' contrarias aves 'in-
feras' appellari Nigidius Figulus in libro primo
augurii privati ita dicit (*fr. 80 Sw.*): Discrepat 20
11 dextra sinistram, p^{rae}pes inferae. Ex quo est
coniectare 'praepetes' appellatas, quae altius sublimius-
que volitent, cum differre a 'praepetibus' Nigidius
'inferas' dixerit.

12 Adulescens ego Romae, cum etiamtum ad gram- 25
maticos itarem, audivi Apollinarem Sulpicium,
quem in primis sectabar, cum de iure augurio quaere-
retur et mentio 'praepetum' avium facta esset, Erucio
Claro p^{raefecto} urbi dicere 'praepetes' sibi videri esse

22 Serv. A. III 361 GLK II 156, 19 Lact. Stat. Th. IX 122

4 inquit Vahlen quid V || 5 sq. portus. Et V portust Vahlen ||
8 et] 5 om. V || 17 pulcrisque Cic. div. I 48, 108 pulcris V ||
21 praepetes V corr. Junt. praepetibus σ || 28 factam esse V¹ |
elucio V corr. Lipsius

alites, quas Homerus τανυπτέρωνας appellaverit, quoniam istas potissimum augures spectarent, quae ingentibus alis patulae atque porrectae praevolarent. Atque ibi hos Homeri versus dixit (*Il. XII* 237):

τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερόγεσσι κελεύεις
πειθεσθαι, τῶν οὐ τι μετατρέπομ' οὐδὲ ἀλε-
γίξω.

VII

De Acca Larentia et Gaia Taracia; deque origine sacerdotii
fratrum arvalium.

Accae Larentiae et Gaiae Taraciae, sive illa Fufetia 1 est, nomina in antiquis annalibus celebria sunt. Earum alterae post mortem, Taraciae autem vivae amplissimi honores a populo Romano habiti. Et 2 Taraciam quidem virginem Vestae fuisse lex Horatia testis est, quae super ea ad populum lata. Qua lege ei plurimi honores fiunt, inter quos ius quoque testimonii dicendi tribuitur testabilisque una omnium feminarum ut sit datur. Id verbum est legis 20 ipsius Horatiae; contrarium est in duodecim tabulis scriptum (*VIII* 22): In probus intestabilisque esto. Praeterea si quadraginta annos nata sacerdotio abire ac nubere voluisset, ius ei potestasque exaugurandi atque nubendi facta est munificentiae et 25 beneficij gratia, quod campum Tiberinum sive Martium populo condonasset.

Sed Acca Larentia corpus in vulgus dabat pecuniamque emeruerat ex eo quaestu uberem. Ea testa-

11 Plin. XXXIV 6, 25 (Plut. Public. 8) 27 sqq. Macr. I 10, 14; 16 Varro l. l. VI 3, 23 Plut. Romul. 4 sq. quaest. Rom. 34; 35 Lact. inst. I 20 = Suet. rell. p. 351; 467 R. August. civ. dei VI 7 Fast. Praen. Dec. CIL I p. 319; 409

11 accalarence (*sim. semper*) V | tarr. *fere semper* V | Fufetia Carrio affufecia V || 12 est om. 5

mento, ut in Antiatis historia (*fr. 1 P.*) scriptum est, Romulum regem, ut quidam autem alii tradiderunt,
 7 populum Romanum bonis suis heredem fecit. Ob id
 meritum a flamine Quirinali sacrificium ei publice fit
 8 et dies e nomine eius in fastos additus. Sed Sabinus 5
 Masurius in primo memorialium (*fr. 14 H. 1 Br.*)
 secutus quosdam historiae scriptores Accam Larentiam
 Romuli nutricem fuisse dicit. Ea inquit mulier ex
 duodecim filiis maribus unum morte amisit.
 In illius locum Romulus Accae sese filium 10
 dedit seque et ceteros eius filios 'fratres
 arvales' appellavit. Ex eo tempore collegium
 mansit fratrum arvalium numero duodecim,
 cuius sacerdotii insigne est spicea corona et
 albae infulae. 15

VIII

Notata quaedam de rege Alexandro et de P. Scipione memo-
 ratu digna.

1 *Ἀπίων*, Graecus homo, qui *Πλειστονείκης* appella-
 2 tus est, facili atque alaci facundia fuit. Is cum de 20
 Alexandri regis laudibus scribebat (*FHG III 515*):
 Victi inquit hostis uxorem, facie incluta mulie-
 rem, vetuit in conspectum suum deduci, ut eam
 3 ne oculis quidem suis contingeret. Lepide igitur
 agitari potest, utrum videri continentiores par sit 25
 Publumne Africanum superiorem, qui Carthagine am-

7 Plin. XVIII 2, 6 (Liv. I 4, 7 Ov. f. III 55 Dion. Hal. I 84; 87
 Plut. Rom. 4 Dio Cass. fr. III 12 M. Aur. Vict. v. ill. 1 orig. 20; 21
 Serv. A. I 273 Macr. I 10, 17 Tert. ad nat. II 10) 8 sqq. Plin.
 l. l. Fulgent. serm. ant. p. 560 M. 22 sqq. Plut. de curios. 13
 p. 522 A Frontin. II 11, 6 Amm. XXIV 4, 27 (Diod. XVII 38
 Curt. III 12, 21 VIII 4, 25 Plut. Alex. 21 Arrian. IV 20 Athen.
 XIII 80 p. 603^c) 26 sqq. Polyb. X 19 Liv. XXVI 50 Val. Max.
 IV 3, 1 Sil. XV 268 Frontin. II 11, 5 Flor. I 22, 40 Dio Cass. fr.
 LVI 47 M. Aur. vict. v. ill. 49 Amm. l. l.

1 uti in V¹ || 2 aliis V || 24 Lepide Hertz Lepida V Lepida
 ig. quaestio ag. 5

pla civitate in Hispania expugnata virginem tempestivam forma egregia, nobilis viri Hispani filiam, captam perductamque ad se patri inviolatam reddidit, an regem Alexandrum, qui Darii regis uxorem eandemque eiusdem sororem proelio magno captam, quam esse audiebat exuperanti forma, videre noluit perducique ad sese prohibuit.

Sed hanc utrimque declamatiunculam super Alexander et Scipione celebraverint, quibus abunde et ingenii et otii et verborum est; nos satis habebimus, quod ex historia est, id dicere: Scipionem istum, verone an falso incertum, fama tamen, cum esset adulescens, haud sincera fuisse et propemodum constitisse hosce versus a Cn. Naevio poeta in eum scriptos esse (108 R.³):
 15 etiám qui res magnás manu saepe géssit glorióse,
 cuius fácta viva núc vigent, qui apud géntes solus praéstatur,
 eum súus pater cum pállio uno ab amíca ab
 20 duxit.

His ego versibus credo adductum Valerium An-
tiatem (*fr. 25 P.*) adversus ceteros omnis scriptores de Scipionis moribus sensisse et eam puellam captivam non redditam patri scripsisse contra quam nos supra 25 diximus, sed retentam a Scipione atque in deliciis amoribusque ab eo usurpatam.

IX

Locus exemptus ex annalibus L. Pisonis historiae et orationis lepidissimae.

Quod res videbatur memoratu digna, quam fecisse 1
 Cn. Flavium Anni filium aedilem curulem L. Piso

8 utramque 5 || 11 discere 5 || 15 manu magnas *Fleckiesen* |
8. egit s. pos(t) gessit *Palmer* 'aut manu bibrē aut saepe mono-
 syllabū' *Sk.* || 17 nunci V || 19 palliod unod *Buecheler* p. *<olim>*
Seyffert uno *<domum>* *Baehrens* | amico V corr. 5 | abd. uno
Klussmann || 24 quem V corr. 5 || 31 *Fl.*] 5 plautum *hic V* | anici 5

in tertio annali (*fr. 27 P.*) scripsit, eaque res per quam pure et venuste narrata a Pisone, locum istum totum huc ex Pisonis annali transposuimus.

2 Cn. inquit Flavius patre libertino natus scriptum faciebat, isque in eo tempore aedili ⁵ curuli apparebat, quo tempore aediles subrogantur, eumque pro tribu aedilem curulem re-
3 nuntiaverunt. Aedilem, qui comitia habebat, negat accipere, neque sibi placere, qui scrip-
4 tum faceret, eum aedilem fieri. Cn. Flavius ¹⁰ Anni filius dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse, isque aedilis curulis factus est.

5 Idem Cn. Flavius Anni filius dicitur ad collegam venisse visere aegrotum. Eo in con-
clave postquam introivit, adulescentes ibi com- ¹⁵ plures nobiles sedebant. Hi contemnentes eum,
assurgere ei nemo voluit. Cn. Flavius Anni filius aedilis id arrisit, sellam curulem iussit
sibi afferri, eam in limine apposuit, ne quis illorum exire posset utique hi omnes inviti ²⁰ viderent sese in sella curuli sedentem.

X

Historia super Euclida Socratico, cuius exemplo Taurus philo-
sophus hortari adulescentes suos solitus ad philosophiam
naviter sectandam.

25

1 Philosophus Taurus, vir memoria nostra in disciplina Platonica celebratus, cum aliis bonis multis sa-
lubribusque exemplis hortabatur ad philosophiam ca-

4 sqq. Liv. IX 46, 1 sqq. Val. Max. II 5, 2 (Plin. XXXIII 1, 17
Dig. I 2, 2, 7)

2 pura **V** | ven. <est> *Vassis* || 3 hunc **V** || 8 aedilem (is) *Hertz*
aedilis ω At ille Gruchius Aedilicia Lange, del. Mns. || 14 ius-
sere aec rocium **V** || 15 adulescens **V** || 19 opposuit *Gr.* || 23 eu-
clidai **P** euclidadi (d *prior ex a*) **V**

pessendam, tum vel maxime ista re iuvenum animos expergebat, Euclidem quam dicebat Socraticum factitavisse. 'Decreto' inquit 'suo Athenienses caverant, 2 ut, qui Megaris civis esset, si intulisse Athenas pedem 5 prensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset; tanto Athenienses' inquit 'odio flagrabant finitimorum 3 hominum Megarensium. Tum Euclides, qui indidem 4 Megaris erat quique ante id decretum et esse Athenis et audire Socratem consueverat, postquam id decretum 10 sanxerunt, sub noctem, cum advesperesceret, tunica longa muliebri indutus et pallio versicolore amictus et caput rica velatus e domo sua Megaris Athenas ad Socratem commeabat, ut vel noctis aliquo tempore consiliorum sermonumque eius fieret particeps, rursus- 15 que sub lucem milia passuum paulo amplius viginti eadem veste illa tectus redibat. At nunc' inquit 'videre 5 est philosophos ultro currere, ut doceant, ad fores iuvenum divitum eosque ibi sedere atque opperiri ad meridiem, donec discipuli nocturnum omne vinum 20 edormiant.'

XI

Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quae libuit meminisse,
ad officium gravitatis dignitatisque vitae ducentia.

Cum inquinatissimis hominibus non esse convicio 1
25 decertandum neque in maledictis adversum impudentes et improbos velitandum, quia tantisper similis et compar eorum fias, dum paria et consimilia dicas, atque audis, non minus ex oratione Q. Metelli Numidici, sapientis viri, cognosci potest quam ex 30 libris et disciplinis philosophorum. Verba haec sunt 2 Metelli adversus C. Manlium tribunum plebis,

5 capital *Carrio* || 7 Meg. *glossam puto* || 10 cum *Carrio* quam **V** priusquam **σ** | **adv.**] *vd. Sittl, Archiv. f. Lex. I p. 494* || 22 exhortatione (-cione **V**) **PV** || 24 Num **V¹** || 28 audis *scripsi* cfr. *V 11, 1 VI 15, 2 etc. audias ω* || 31 Cn. manilium **ς**

a quo apud populum in contione lacestitus iactatus-
 3 que fuerat dictis petulantibus (*ORF*² p. 274): Nunc
 quod ad illum attinet, Quirites, quoniam se
 ampliorem putat esse, si se mihi inimicum dicti-
 tarit, quem ego mihi neque amicum recipio ne-
 que inimicum respicio, in eum ego non sum
 plura dicturus. Nam cum indignissimum ar-
 bitror, cui a viris bonis benedicatur, tum ne
 idoneum quidem, cui a probis maledicatur.
 Nam si in eo tempore huiusmodi homunculum ¹⁰
 nomines, in quo punire non possis, maiore ho-
 nore quam contumelia adficias.

XII

Quod neque 'testamentum', sicuti Servius Sulpicius existima-
 vit, neque 'sacellum', sicuti C. Trebatius, duplicita verba ¹⁵
 sunt, sed a testatione productum <alterum>, alterum a sacro
 imminutum.

1 Servius Sulpicius iureconsultus, vir aetatis suae
 doctissimus, in libro de sacris detestandis se-
 cundo (*fr. 3 H. Ip. 225 Br.*) qua ratione adductus 'testa-
 mentum' verbum esse duplex scripserit, non reperio;
 2 nam compositum esse dixit a mentis contestatione.
 3 Quid igitur 'calciamentum', quid 'paludamentum', quid
 'pavimentum', quid 'vestimentum', quid alia mille per
 huiuscemodi formam producta, etiamne ista omnia ²⁵
 4 composita dicemus? Obrepsisse autem videtur Servio,
 vel si quis est, qui id prior dixit, falsa quidem, sed
 non abhorrens neque inconcinna quasi mentis quaedam
 in hoc vocabulo significatio, sicut hercle C. quoque
 5 Trebatio eadem concinnitas obrepsit. Nam in libro ³⁰

22 sq. Ulpian. fr. XX 1 Inst. II 10 pr. (Dig. XXVIII 1, 2)

1 agitatusque *Heinsius*, sed vd. I 5, 2 || 7 eum 5 || 16 alte-
 rum add. *Hertz* (σ) || 19 distntandis V corr. 5 || 22 attestacione 5

de religionibus secundo (*fr. 4 H. 5 Br.*): 'sacellum' est inquit locus parvus deo sacratus cum ara. Deinde addit verba haec: 'Sacellum' ex duobus verbis arbitror compositum 'sacri' et 'cellae', quasi 'sacra cella'. Hoc quidem scripsit Trebatius; set quis ignorat 'sacellum' et simplex verbum esse et non ex 'sacro' et 'cella' copulatum, sed ex 'sacro' deminutum?

XIII

10 De quaestiu[n]culis apud Taurum philosophum in convivio agitatis, quae 'sympotiae' vocantur.

Factitatum observatumque hoc Athenis est ab his,¹ qui erant philosopho Tauro iunctiores: cum domum² suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur, immunes et³ asymboli veniremus, coniectabamus ad cenulam non cuppedias ciborum, sed argutias quaestionum. Vnus³ quisque igitur nostrum commentus paratusque ibat, quod quaereret, eratque initium loquendi edundi finis. Quaerebantur autem non gravia nec reverenda, sed⁴ 20 ἐνθυμητια quaedam lepida et minuta et florentem vino animum lacescentia, quale hoc ferme est subtilitatis ludicrae, quod dicam.

Quaesitum est, quando moriens moreretur: cum⁵ iam in morte esset, an cum etiamtum in vita foret? 25 et quando surgens surgeret: cum iam staret, an cum etiamtum sederet? et qui artem disceret, quando artifex fieret: cum iam esset, an cum etiamtum non esset? Vtrum enim horum dices, absurde atque ridicule dixeris, multoque absurdius videbitur, si aut⁶ 30 utrumque esse dicas aut neutrum.

¹ GLK VII 523, 26

⁴ Varro apud Donat. Ter. Ad. IV

^{2, 37}

⁷ GLK II 111, 11

¹³ Amm. XXV 3, 21

¹⁵ Ter.

Phorm. 339

¹⁶ Amm. XXV 2, 2

15 coniectabamus *Petschenig* || 18 eundi **V** corr. *σ*

7 Sed ea omnia cum captiones esse quidam futilles
 atque inanes dicerent, 'nolite' inquit Taurus 'haec
 8 quasi nugarum aliquem ludum aspernari. Gravissimi
 philosophorum super hac re serio quaesiverunt: et alii
 moriendi verbum atque momentum manente adhuc vita
 dici atque fieri putaverunt, alii nihil in eo tempore
 vitae reliquerunt totumque illud, quod mori dicitur,
 9 morti vindicaverunt; item de ceteris similibus in diversa
 10 tempora et in contrarias sententias discesserunt. Sed
 Plato¹ inquit 'noster (*Parm. 21 p. 156 D*) neque vitae
 id tempus neque morti dedit idemque in omni con-
 11 similium rerum disceptatione fecit. Vedit quippe utrum-
 que esse pugnans neque posse ex duobus contrariis
 altero manente alterum constitui quaestionemque fieri
 per diversorum inter se finium mortis et vitae cohae-
 rentiam, et idcirco peperit ipse expressitque aliud
 quoddam novum in confinio tempus, quod verbis
 propriis atque integris τὴν ἔξαίφνης φύσιν appellavit,
 idque ipsum ita, uti dico,' inquit 'in libro, cui
 Parmenides titulus est, scriptum ab eo reperiens.'²⁰

12 Tales apud Taurum symbolae taliaque erant men-
 sarum secundarum, ut ipse dicere solitus erat, τραγη-
 μάτια.

XIV

Poeniendis peccatis tres esse rationes a philosophis attributas;²⁵
 et quamobrem Plato duarum ex his meminerit, non trium.

1 Poeniendis peccatis tres esse debere causas existi-
 2 matum est. Vna est causa, quae Graece <vel κόλασις>
 vel νονθεσία dicitur, cum poena adhibetur castigandi
 atque emendandi gratia, ut is, qui fortuito deliquit,³⁰
 3 attentior fiat correctiorque. Altera est, quam hi, qui

1 subtile **V** corr. **V²** || 5 vita om. **V** || 7 t. illum. que illud **V** ||
 20 Platonis verba ipsa add. **s** || 21 simbola et alia quae **V** ||
 22 TRΔΓΗΠΙΔΤΙΔ **V** || 28 uel κολ. add. **s** (*post νονθ.*) || 30 his **V** ||
 delinquit **V**

vocabula ista curiosius divisorunt, *τιμωρίαν* appellant. Ea causa animadvertisendi est, cum dignitas auctoritasque eius, in quem est peccatum, tuenda est, ne praetermissa animadversio contemptum eius pariat et honorem levet; idcircoque id ei vocabulum a conservatione honoris factum putant. Tertia ratio vindicandi est, quae *παραδειγμα* a Graecis nominatur, cum poenitio propter exemplum necessaria est, ut ceteri a similibus peccatis, quae prohiberi publicitus interest, metu cognitae poenae deterreantur. Idcirco veteres quoque nostri 'exempla' pro maximis gravissimisque poenis dicebant. Quando igitur aut spes magna est, ut is, qui peccavit, citra poenam ipse sese ultro corrigat, aut spes contra nulla est emendari eum posse et corrigi aut iacturam dignitatis, in quem peccatum est, metui non necessum est, aut non id peccatum est, cuius exemplum necessario metu sanciendum sit: tum, quicquid ita delictum est, non sane dignum esse imponendi poenae studio visum est.

Has tris ulciscendi rationes et philosophi alii plurifariam et noster Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgian Platonis compositum, scriptas reliquit. Plato autem ipse verbis apertis duas solas esse poeniendi causas dicit: unam, quam primo in loco propter corrigendum, alteram, quam in tertio propter exempli metum posuimus. Verba haec sunt Platonis in Gorgia (81 p. 525 A): *Προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ’ ἄλλου ὁρθῶς τιμωρουμένῳ η̄ βελτίονι γίγνεσθαι καὶ ὀνίνασθαι, η̄ παραδειγματι ἄλλοις γίγνεσθαι, ἵνα*

7 (GLK IV 402, 28 VI 465, 19 Donat. Ter. Eun. V 5, 4; 7, 21 Rhet. lat. min. 44, 14; 228, 10; 618, 17 H. CGL II 64, 24; 588, 51)

8 cetera sim. **V** || 9 matu ex mau **V** || 13 colligat **V** || 14 dign. eius 5 || 16 exemplo 5 || 18 imponendae 5 | studium ω corr. *Mdg.* || 28 **TOMEN** **V** || 29 **ΒΗΛΤΕΙΟΝΥ ΓΕΙΝΕCΘΔI** **V** || 30 **ΠΔΡΔΔΕΙΓ-
MATA** **V** | *τοῖς ἄλλοις Plato*

ἄλλοι οἱ ὄρῶντες πάσχοντα φοβούμενοι βελ-
8 τίους γίγνωνται. In hisce verbis facile intellegas
τιμωρίαν Platonem dixisse, non ut supra scripsi
quosdam dicere, sed ita ut promisce dici solet pro
9 omni punitione. Anne autem quasi omnino parvam ⁵
et contemptu dignam praeterierit poenae sumenda causam propter tuendam laesi hominis auctoritatem,
an magis quasi ei, quam dicebat, rei non necessariam
praetermisserit, cum de poenis non in vita neque inter
homines, sed post vitae tempus capiendis scribebat, ¹⁰
ego in medium relinquo.

XV

De verbo 'quiesco', an e littera corripi an produci debeat.

1 Amicus noster, homo multi studii atque in bona-
rum disciplinarum opere frequens, verbum 'quiescit' ¹⁵
2 usitate e littera correpta dixit. Alter item amicus,
homo in doctrinis quasi in praestigiis mirificus com-
muniumque vocum respuens nimis et fastidiens, bar-
bare eum dixisse opinatus est, quoniam producere
3 debuisset, non corripere. Nam 'quiescit' ita oportere ²⁰
dici praedicavit, ut 'calescit', 'nitescit', 'stupescit' et
4 alia huiuscmodi multa. Id etiam addebat, quod 'quies'
5 e producto, non brevi diceretur. Noster autem, qua-
est rerum omnium verecunda mediocritate, ne si Aelii
quidem, Cincii et Santriae dicendum ita censuissent, ²⁵
obsecuturum se fuisse ait contra perpetuam Latinae
linguae consuetudinem, neque se tam insignite locu-
6 turum, ut absona inauditaque diceret; litteras tamen
super hac re fecit inter exercitia quaedam ludicra et
'quiesco' non esse his simile, quae supra posui, nec ³⁰
a 'quiete' dictum, sed ab eo 'quietem', Graecaeque

¹ *oi om. Plat.* || ² ΤΙΤΩΝΤΔ **V** | uersibus **V¹** || ¹⁰ scrip-
serit **V¹** || ¹³ De — debeat] ⁵ *om. ω* || ²³ producta ⁵ || ²⁴ uere-
cundia **V** || ²⁵ ancii **V** corr. *σ* || ²⁷ linguae *om. V*

vocis et modum et originem verbum istud habere demonstravit rationibusque haut sane frigidis docuit 'quiesco' e littera longa dici non convenire.

XVI

- 5 Verbum 'deprecor' a poeta Catullo inusitate quidem, sed apte positum et proprie; deque ratione eius verbi exemplisque veterum scriptorum.

Eiusmodi quispiam, qui tumultuaris et inconditis 1 linguae exercitationibus ad famam sese facundiae pro-
10 miserat neque orationis Latinae usurpationes <rationes>ve ulla didicerat, cum in Lycio forte vespera ambularemus, ludo ibi et voluptati fuit. Nam cum 2 esset verbum 'deprecor' doctiuscule positum in Catulli carmine, quia id ignorabat, frigidissimos versus esse 15 dicebat omnium quidem iudicio venustissimos, quos subscripti (92):

Lesbia mi dicit semper male nec tacet um-
quam

20 de me: Lesbia me dispeream nisi amat.
quo signo? quia sunt totidem mea: deprecor
illam
assidue, verum dispeream nisi amo.

Deprecor hoc in loco vir bonus ita esse dictum pu- 3
tabat, ut plerumque a vulgo dicitur, quod significat
25 'valde precor' et 'oro' et 'supplico', in quo 'de' prae-
positio ad augendum et cumulandum valet. Quod si 4
ita esset, frigidi sane versus forent. Nunc enim contra 5

25 Donat. Ter. Ad. IV 6, 1 Serv. ecl. II 72 A. I 106 VIII 428
GLK III 49, 2 Isid. X 76; 77

1 vocis <*ξσχον* καὶ *ξσχον* (*ξσχον* G Hermann) Ionice a verbo
ξχω *ισχω*> et σ || 5 catulo ω || 9 promoverat *opinor* || 10 usurpa-
cione sue ulla **V** *suppl.* Hertz usurpationes veras *Carrio* us.
venustas *Petschenig* || 12 amuolaremus **V** || 15 quidem meo σ ||
17 mala *Otho* || 19 dis spreat **V** || 20 quia sin **V** | ea **V** *codd.* Cat.

omnino est: nam 'de' praepositio, quoniam est anceps, in uno eodemque verbo duplarem vim capit. Sic enim deprecor a Catullo dictum est, quasi 'detestor' vel ⁶ 'exsecror' vel 'depello' vel 'abominor'; contra autem valet, cum Cicero pro P. Sulla ita dicit (*XXVI* 72): ⁵
Quam multorum hic vitam est a Sulla depreca-
tus. Item in dissuasione legis agrariae (de l. agr.
II 36, 100): Si quid deliquerо, nullae sunt ima-
gines, quae me a vobis deprecentur.

⁸ Sed neque solus Catullus ita isto verbo usus est. ¹⁰
Pleni sunt adeo libri similis in hoc verbo significationis,
ex quibus unum et alterum, quae subpetierant, apposui.
⁹ Q. Ennius in *Erectheo* (*v. 128 R.³*) non longe secus
dixit quam Catullus:

qui nūnc inquit aerumna mēa libertatēm paro, ¹⁵
quibus sérvitutem mēa miseria déprecor;

¹⁰ signat 'abigo' et 'amolior' vel prece adhibita vel quo
alio modo. Item Ennius in Cresphonte (v. 121 R.³):

ego cum meae vítae parcām, létum inimico
déprecer. ²⁰

¹¹ Cicero in libro sexto de republica (2, 2) ita scrip-
sit: Quod quidem eo fuit maius, quia, cum causa
pari collegae essent, non modo invidia pari

1 GLK IV 150, 4 VII 300, 24 4 Non. IV p. 290, 15
 (Serv. A. XII 931 Lact. Stat. Theb. VIII 116) 13 sqq. Non.
 l. l. 17 21 sqq. Non. l. l. 15

2 duplēm (s. duum) vim tentavi cfr. IV 17, 8 XVI 5, 6
 dum **V** duum significatum Hertz duo Mms. diversum Dziatzko ||
 4 depellor **V** || 6 Quam om. Cic. | est Cic. sit **V** || 10 fort. solus
 <neque primus> || 13 erictheo **V** || 15 cui Non. quis *Mercerus*
 quin *LMueller* | libertate para (*hoc LMueller*) q. s. meam mi-
 seriam codd. Non. || 17 <in hoc versu deprecor> signat Sk. ||
 19 meae cum *Bothe* meae<met> *Ribb.* vitae <non> *LMueller*
 <ne>parcam *Seyffert* coll. *Plaut.* *Most.* 124 || 20 deprecor 5 ||
 22 quia] 5 qui **V** | in causa σ || 23 collega **V**

non erant, sed etiam Claudi invidiam Gracchi caritas deprecabatur; hic quoque item non est 'valde precabatur', sed quasi propulsabat invidiam et defensabat invidiam, quod Graeci propinqua significatio *παραιτεῖσθαι* dicunt.

Item pro Aulo Caecina (*XI* 30) consimiliter¹² Cicero verbo isto utitur. Quid inquit huic homini facias? nonne concedas interdum, ut excusatione summae stultitiae summae improbitatis¹³ odium deprecetur? Item in Verrem actionis¹⁴ secundae primo (*II* 2, 78, 192): Nunc vero quid faciat Hortensius? avaritiaene crima frugalitatis laudibus deprecetur? At hominem flagitosissimum, libidinosissimum nequissimumque¹⁵ defendit. Sic igitur Catullus eadem se facere dicit, quae Lesbiam, quod et malediceret ei palam respueretque et recusaret detestareturque assidue et tamen eam penitus deperiret.

XVII

²⁰ Quis omnium primus libros publice praebuerit legendos; quantumque numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in bibliothecis publicorum.

Libros Athenis disciplinarum liberalium publice ad¹ legendum praebendos primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus. Deinceps studiosius accuratiusque ipsi Athenienses auxerunt; sed omnem illam postea librorum copiam Xerxes Athenarum potitus urbe ipsa praeter arcem incensa abstulit asportavitque in Persas.

5 CGL II 43, 54 11 CGL V 189, 17 23 sqq. Suet.
fr. 102 R. = Isid. VI 3, 3

1 grechi caristas **V** || 3 invidiam *del.* **s** || 6 ceuna cum simili-
ter **V corr. Gr.** || 7 Quod **V** | huic tu *Cic.* || 8 excausacione **V** ||
13 ad — defendat **V** an — defendat? **s** || 16 quaeres uiam **V**
corr. Gr. | quod] qui **s** || 22 publicis *Hertz*

- 2 Eos porro libros universos multis post tempestatibus Seleucus rex, qui Nicanor appellatus est, referendos Athenas curavit.²
- 3 Ingens postea numerus librorum in Aegypto ab Ptolemaeis regibus vel conquisitus vel confectus est ⁵ ad milia ferme voluminum septingenta; sed ea omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea civitas, non sponte neque opera consulta, sed a militibus forte auxiliaris incensa sunt.

4 sqq. Amm. XXII 16, 13 Isid. VI 3, 5 (Sen. dial. IX 9, 5
Oros. VI 15, 31) 8 Amm. XIV 10, 5 XXIX 1, 3

2 Nicator *Scioppius* | referendas **V** || 6 ferre **V¹** | uolumina **V¹** | septuaginta **5** Isid. VI 3, 5

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBRI OCTAVI
CAPITVLA <ET RELIQVIAE>

I

'Hesterna noctu' rectene an cum vitio dicatur et quae-nam super istis verbis grammatica traditio sit; item quod decemviri in XII tabulis (*VIII 12*) 'nox' pro 'noctu'
5 dixerunt.

II

Quae mihi decem verba ediderit Favorinus, quae usurpentur quidem a Graecis, sed sint adulterina et bar-barica; quae item a me totidem acceperit, quae ex medio 10 communique usu Latine loquentium minime Latina sint neque in veterum libris reperiantur.

III

Quem in modum et quam severe increpuerit audienti-bus nobis Peregrinus philosophus adulescentem Romanum 15 ex equestri familia stantem segnem apud se et assidue oscitantem.

2 sqq. Hinc sua transsumpsit Macr. I 4; cfr. Serv. pl. A.
X 244

5 dixerint *Hertz* || 8 et 10 sunt 5

Et adsiduo oscitantem vidit atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis hallucinationes.

IV

Quod Herodotus, scriptor historiae memoratissimus, parum vere dixerit (*VI* 37) unam solamque pinum arborum omnium caesam numquam denuo ex iisdem radicibus pullulare; et quod item (*II* 22) de aqua pluviali et nive rem non satis exploratam pro comperta posuerit.

V

Quid illud sit, quod Vergilius (*A. XII* 407) ‘caelum stare pulvere’, et quod Lucilius (*V 3 M. 148 B.*) ‘pectus sentibus stare’ dixit.

VI

Cum post offensiunculas in gratiam redeatur, expostulationes fieri mutuas minime utile esse, superque ea re et sermo Tauri expositus et verba ex Theophrasti libro sumpta; et quid M. quoque Cicero de amore amicitiae senserit, cum ipsius verbis additum.

VII

Ex Aristotelis libro, qui *περὶ μνήμης* inscriptus est (*I p. 449 Bk.*), cognita acceptaque de natura memoriae

1 sq. Verba: ‘et . . . hallucinationes’, quae affert Nonius II p. 121, 19 (‘hallucinari aberrare et non consistere atque dissolvi et obstupefieri atque tardari honeste veteres dixerunt, ut est: et adsiduo eqs.’), huc pertinere perspexit Mercerus 4 (Theophr. h. pl. III 9, 5 IV 16, 1) 10 sq. Hinc vel ex communi fonte hausit Non. IV p. 391, 28 cfr. Serv. (pl.) A. XII 408 I 646 II 333; 639 VI 22; 300 ecl. VII 53 Donat. Ter. Andr. IV 2, 16 (Acro et) Porph. Hor. c. I 9, 1 schol. Luc. II 103 VI 224 sqq. 14 sqq. cfr. Hieron. in Osee III prol. 20 sqq. Hoc ex loco fluxisse,

² aluciones et alutiones pars codd. Nonii || 17 amore et amicitia Sk. | quod 5 corr. σ || 20 περὶ μνήμης add. Hertz (σ)

et habitu; atque inibi alia quaedam de exuberantia aut interitu eius lecta auditaque.

VIII

Quid mihi usu venerit interpretari et quasi effingere
5 volenti locos quosdam Platonicos Latina oratione.

IX

Quod Theophrastus philosophus omnis suae aetatis facundissimus verba pauca ad populum Atheniensem facturus perturbatus verecundia obticuerit; quodque idem hoc
10 Demostheni apud Philippum regem verba facienti evenerit.

X

Qualis mihi fuerit in oppido Eleusino disceptatio cum grammatico quodam praestigioso tempora verborum et
15 puerilia meditamenta ignorante, remotarum autem quaestionum nebulas et formidines capiendis imperitorum animis ostentante.

halophantam mendacem velit.

XI

20 Quam festive responderit Xanthippae uxori Socrates petenti, ut per Dionysia largiore sumptu cenitarent.

quae profert Non. V p. 441, 3 sqq., verisimile est, vd. Hertz op. Gell. p. 115; cfr. etiam Plin. VII 24, 88 sqq. Quint. XI 2 Rhet. lat. min. 128, 20 sqq.; 440, 11; 483, 10; 545, 36 H. 7 sqq. Aeschin. de f. leg. 34 Aelian. v. h. VIII 12 Philostr. vit. soph. I 18, 1 II 1, 14 Longin. Rhet. p. 572 W. 18 Num verba ex Non. II p. 120, 12 ('et alias nobilitatis obscurae: halophantam mendacem velit') huc trahenda sint, dubium est; cfr. Hertz l. l. p. 115

1 de alia quaedam (s. quadam) exub. (s. exup.) 5 corr. σ ||
2 lectu audituque digna *Thysius* || 7 omnium σ || 8 athenien-
sium 5 part.

XII

Quid significet in veterum libris scriptum 'plerique omnes'; et quod ea verba accepta a Graecis videntur.

XIII

'Eupsones', quod homines Afri dicunt, non esse verbum Poenicum, sed Graecum.⁵

XIV

Lepidissima altercatio Favorini philosophi adversus quandam intempestivum de ambiguitate verborum disserentem; atque inibi verba quaedam ex Naevio poeta et ¹⁰ Cn. Gellio non usitate collocata; atque ibidem a P. Nigidio (*fr. 45 Sw.*) origines vocabulorum exploratae.

XV

Quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poeta; atque inibi appositi versus super ¹⁵ eadem re eiusdem Laberii.

Historia ex libris Heraclidae Pontici (*p. 54 Voss.*) iucunda memoratu et miranda.

2 sq. cfr. Donat. (et schol.) Ter. Andr. I 1, 28 Haut. IV 7, 2 Serv. A. I 181 8 sqq. Huc respicere Gellium XVIII 4, 10 sq. iam dudum cognitum est; cfr. Non. IV p. 416, 24, Hertz l. I. p. 131, Swoboda, Nigidii Fig. rell. p. 12; 17. Non minus hinc explicationem verbi 'rudentis' mutuatum esse Nonium I p. 51, 13 statuit Hertz l. I. 96 sq. 14 sqq. Totum caput exscripsit Macr. II 7; cfr. Suet. fr. 25 sq. R. 17 GLK II 246, 6 ('Agelius noctium Atticarum VIII ('VIII' plurimi codd.): historia eqs.'.). De aliis fragmentis fortasse ad Gellium referendis vd. Hertz l. p. 122 et adn. 24; 123; 125

5 Eupsones, Cupsones, Cupsones 5 Qu(o)psones σ Eudones Scaliger || 8 Tepidissima 5 part. || 14 ignominatus 5 part. | taxatusque Thysius || 17 poetici codd.

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBER NONVS

I

Quamobrem Quintus Claudius Quadrigarius in undevicesimo
5 annali scripserit rectiores certioresque ictus fieri, si sursum
quid mittas, quam si deorsum.

Quintus Claudius in undevicesimo annali,¹
cum oppidum a Metello proconsule oppugnari, contra
ab oppidanis desuper e muris propugnari describeret,
10 ita scripsit (*fr. 85 P.*): Sagittarius cum funditore
utrimque summo studio spargunt fortissime.
Sed sagittam atque lapidem deorsum an sur-
sum mittas, hoc interest: nam neutrum potest
deorsum versum recte mitti, sed sursum utrum-
15 que optime. Quare milites Metelli sauciaban-
tur multo minus et, quod maxime opus erat, a
pinnis hostis defendebant facillime funditore.

Percontabar ego Antonium Iulianum rhetorem,²
cur hoc usu veniret, quod Quadrigarius dixisset,
20 ut contigui magis directioresque ictus fiant, si vel
lapidem vel sagittam sursum versus iacias quam deor-
sum, cum proclivior faciliorque iactus sit ex supernis

¹ *Librum decimum numerant fere ω siegue deinceps* || 4 un-
dev.] Q duodeuicesimo hic ω || 13 amittas BZ | aut hoc aut nam
del. Gr. || 17 et 310, 14 pennis ω corr. σ | funditores ed. Paris. ||
20 derect. Sk.

3 in infima quam ex infimis in superna. Tum Iulianus
 comprobato genere quaestionis: 'quod de sagitta' in-
 quirit 'et lapide dixit, hoc de omni fere missili telo
 4 dici potest. Facilior autem iactus est, sicuti dixisti,
 si desuper iacias, si quid iacere tantum velis, non 5
 5 ferire. Sed cum modus et impetus iactus temperandus
 derigendusque est, tum, si in prona iacias, moderatio
 atque ratio mittentis praecipitantia qualicumque ipsa
 6 et pondere cadentis teli corrumpitur. At si in editiora
 mittas et ad percutiendum superne aliquid manum et 10
 oculos conlinies, quo motus a te datus tulerit, eo telum
 7 ibit, quod ieceris.' Ad hanc ferme sententiam Iulianus
 super istis Claudii verbis nobiscum sermocinatus est.
 8 Quod ait idem Q. Claudius: a pinnis hostis
 defendebant facillime, animadvertendum est usum 15
 esse eum verbo defendebant non ex vulgari con-
 9 suetudine, sed admodum proprie et Latine. Nam
 'defendere' et 'offendere' inter sese adversa sunt,
 quorum alterum significat ἐμποδὼν ἔχειν, id est in-
 currere in aliquid et incidere, alterum ἐκποδὼν ποιεῖν, 20
 id est avertere atque depellere, quod hoc in loco
 Claudio dicitur.

II

Qualibus verbis notarit Herodes Atticus falso quempiam cultu
 amictuque nomen habitumque philosophi ementientem. 25

1 Ad Herodem Atticum, consularem virum in-
 genioque amoeno et Graeca facundia celebrem, adiit
 nobis praesentibus palliatus quispiam et crinitus bar-

18 Non. IV p. 277, 24; 358, 26

28 Amm. XXXI 16, 6

6 motus *Eussner* || 7 dirigendus ω praeter **N** || 8 mittentis
 que (que *om. N II*) praecipit antia lucumque (lucumque *om. N II*)
 sic fere ω corr. *Dziatzko* || 11 modus ω corr. σ || 13 q. (quae **II**)
 claudi(i) **N II** || 22 a q. (\bar{q} . **N**) claudio **N II** || 24 Quibus **N II** ||
 25 philosophi(a)e mentientem ω corr. *Gr.*

baque prope ad pubem usque porrecta ac petit aes
 sibi dari εἰς ἀρτοὺς. Tum Herodes interrogat, quis-
 nam esset. Atque ille vultu sonituque vocis obiur-
 gatorio philosophum sese esse dicit et mirari quoque
 addit, cur quaerendum putasset, quod videret. 'Video'
 inquit Herodes 'barbam et pallium, philosophum non-
 dum video. Quaeso autem te, cum bona venia dicas
 mihi, quibus nos uti posse argumentis existimas, ut
 esse te philosophum noscitemus?' Interim aliquot ex
 his, qui cum Herode erant, erraticum esse hominem
 dicere et nulli rei incolamque esse sordentium gene-
 rum, nisi accipiat, quod petit, convicio turpi solitum
 incessere; atque ibi Herodes: 'demus' inquit 'huic
 aliquid aeris, cuicuimodi est, tamquam homines, non
 tamquam homini', et iussit dari pretium panis triginta
 dierum.

Tum nos aspiciens, qui eum sectabamur: 'Muso-
 nius' (p. 271 Pe.) inquit 'aerusanti cuiquam id genus
 et philosophum sese ostentanti dari iussit mille num-
 mum, et cum plerique dicerent nebulonem esse homi-
 nem malum et malitiousum et nulla re bona dignum,
 tum Musonium subridentem dixisse aiunt: ἔξιος οὖν
 ἐστιν ἀογυγόλον. Sed hoc potius' inquit 'dolori mihi et
 aegritudini est, quod istiusmodi animalia spurca atque
 probra nomen usurpant sanctissimum et philosophi
 appellantur. Maiores autem mei Athenienses nomina 10
 iuvenum fortissimorum Harmodii et Aristogitonis, qui
 libertatis recuperandae gratia Hippiam tyrannum inter-
 ficer adorsi erant, ne umquam servis indere liceret,
 decreto publico sanxerunt, quoniam nefas ducerent
 nomina libertati patriae devota servili contagio pollui.

3 Amm. XIV 7, 12 XVIII 8, 5 XXVII 1, 5 13 Aristot.
 apud Diog. L. V 1, 11 (21) 26 sqq. Liban. III p. 25, 1 R.

6 non ΙΙ || 9 Int.] Q interibi ω || 11 nullius Β Q² || 12 nisi] Q
 ac nisi ω | petat s. petierit Sk. || 17 sectabatur Q || 30 quom (fere
 semper) Ν || 31 libertate patria ΙΙ

11 Cur ergo nos patimur nomen philosophiae inlustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere? Simili autem' inquit 'exemplo ex contraria specie antiquos Romanorum audio praenomina patriciorum quorundam male de republica meritorum et ob eam causam capite 5 damnatorum censuisse, ne cui eiusdem gentis patricio inderentur, ut vocabula quoque eorum defamata atque demortua cum ipsis viderentur.'

III

Epistula Philippi regis ad Aristotelem philosophum super 10
Alexandro recens nato.

- 1 Philippus, Amyntae filius, terrae Macedoniae rex, cuius virtute industriaque Macetae locupletissimo imperio aucti gentium nationumque multarum potiri cooperant et cuius vim atque arma toti Graeciae 15 cavenda metuendaque inclitae illae Demosthenis orationes contionesque vocificant, is Philippus, cum in omni fere tempore negotiis belli victoriisque affectus exercitusque esset, a liberali tamen Musa et a studiis humanitatis numquam afuit, quin lepide co- 20 miterque pleraque et faceret et diceret. Feruntur adeo libri epistularum eius munditiae et venustatis et prudentiae plenarum, velut sunt illae litterae, quibus Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexandrum nuntiavit. 25
- 4 Ea epistula, quoniam curae diligentiaeque in liberorum disciplinas hortamentum est, exscribenda visa

2 sqq. Cic. Philipp. I 13, 32 Liv. VI 20, 14 Quint. III 7, 20 Plut. quaest. R. 91 Dio Cass. fr. XXV 1 M. Paul. p. 125, 11; 151, 1 Plut. Cic. 49 Dio Cass. LI 19, 3 Suet. Tib. 1 Tac. a. III 17

2 tetterimis **II** || 16 cau. met.] **Q** cauendam metuendamque (-daque **B**) ω || 19 musa] **s** mensa ω || 27 scribenda **δ**

est ad commonendos parentum animos. Exponenda 5
est igitur ad hanc ferme sententiam:

'Philippus Aristoteli salutem dicit.

Filium mihi genitum scito. Quod equidem dis-
5 habeo gratiam, non proinde quia natus est, quam pro-
eo, quod nasci contigit temporibus vitae tuae. Spero
enim fore, ut eductus eruditusque a te dignus exsistat
et nobis et rerum istarum susceptione.'

Ipsius autem Philippi verba haec sunt: 6

10 Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν.

"Ισθι μοι γεγονότα νίον. Πολλὴν οὖν τοῖς
θεοῖς ἔχω χάριν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ
παιδός, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν
γεγονέναι· ἔλπιξω γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τρα-
15 φέντα καὶ παιδευθέντα ἀξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν
καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

IV

De barbararum gentium prodigiosis miraculis; deque diris et
exitiosis effascinationibus; atque inibi de feminis repente
20 versis in mares.

Cum e Graecia in Italiam rediremus et Brundisium 1
iremus egressique e navi in terram in portu illo in-
clito spatiaremur, quem Q. Ennius (215 M. 373 B.)
remotiore paulum, sed admodum scito vocabulo 'prae-
25 petem' appellavit, fasces librorum venalium expositos
vidimus. Atque ego avide statim pergo ad libros. 2
Erant autem isti omnes libri Graeci miraculorum fa- 3
bularumque pleni, res inauditae, incredulae, scriptores
veteres non parvae auctoritatis: Aristeas Proconnesius

21 Ad totum caput cfr. praeter Plin. VII 2, 9 sqq. Isid. XI 3

1 commouendos *ex -oueri* Q || 4 quo Sarisb. || 8 nostrarum Sk.
an ipsarum? || 19 effacinominibus Z

et Isigonus Nicaeensis et Ctesias et Onesicritus
 4 et Philostephanus et Hegesias; ipsa autem volu-
 mina ex diutino situ squalebant et habitu aspectuque
 5 taetro erant. Accessi tamen percontatusque pretium
 sum et adductus mira atque insperata vilitate libros 5
 plurimos aere pauco emo eosque omnis duabus prox-
 mis noctibus cursim transeo; atque in legendo carpsi
 exinde quaedam et notavi mirabilia et scriptoribus
 fere nostris intemtata eaque his commentariis aspersi,
 ut, qui eos lectitabit, ne rudit omnino et ἀνγκόος inter 10
 istiusmodi rerum auditiones reperiatur.

6 Erant igitur in illis libris scripta huiuscemodi:
 Scytha illos penitissimos, qui sub ipsis septentrionibus
 aetatem agunt, corporibus hominum vesci eiusque victus
 alimento vitam ducere et ἀνθρωποφάγους nominari; 15
 item esse homines sub eadem regione caeli unum
 oculum in frontis medio habentes, qui appellantur
 Arimaspi, qua fuisse facie Cyclopas poetae ferunt;
 alios item esse homines apud eandem caeli plagam
 singulariae velocitatis vestigia pedum habentes retro 20
 porrecta, non, ut ceterorum hominum, prosum spectan-
 tia; praeterea traditum esse memoratumque in ultima
 quadam terra, quae 'Albania' dicitur, gigni homines,
 qui in pueritia canescant et plus cernant oculis per
 noctem quam interdiu; item esse compertum et credi- 25
 tum Sauromatas, qui ultra Borysthenen fluvium longe
 colunt, cibum capere semper diebus tertii, medio abs-
 tinere.

7 Id etiam in isdem libris scriptum offendimus, quod

1 ettesias **X** ecclesias **δ** || 2 Philost.] cfr. *Plin. VII* 56, 207
 polistephanus sic fere **ω** || 6 emi **Z** || 10 is ne **γ** | inter] in **γ** unde
 rapiatur *Gebhard* || 20 singularis **Q** | recto **ΠΧ¹** || 21 prosum
 spectantia (betentia *Bergk*) *Hagen* prosprofum petet antispec-
 tancia **δ** prospectantia **γ** proversum patentia aut sp. *Gr.* pr.
 potentia et antispectantia *Hertz* || 24 puerta **BXII** | plures **γ** ||
 25 interdiu] **Q** *Plin.* inter diem **ω** || 26 ultra (ulta **BQ**) perab-
 ris (perarib. **Z**) tenent fluvium **δ** || 29 hi(i)sdem *saepius* **IIz**

postea in libro quoque Plinii Secundi naturalis historiae septimo (2, 16) legi, esse quasdam in terra Africa hominum familias voce atque lingua effascinantium, qui si impensius forte laudaverint pulchras ar- 8
 5 bores, segetes laetiores, infantes amoeniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, emoriantur repente haec omnia nulli aliae causae obnoxia. Oculis quoque exitiale fascinatem fieri in isdem libris scriptum est, traditurque esse homines in Illyriis, qui 10 interimant videndo, quos diutius irati viderint, eosque ipsos mares feminasque, qui visu ita nocenti sunt, pupillas in singulis oculis binas habere. Item esse 9
 in montibus terrae Indiae homines caninis capitibus et latrantibus, eosque vesci avium et ferarum venati-
 15 bus; atque esse item alia apud ultimas orientis terras miracula homines, qui 'monocoli' appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, vivacissimae pernicitatis; quosdam etiam esse nullis cervicibus oculos in humeris habentes. Iam vero hoc egreditur omnem mo- 10
 20 dum admirationis, quod idem illi scriptores gentem esse aiunt apud extrema Indiae corporibus hirtis et avium ritu plumantibus nullo cibatu vescentem, sed spiritu florum naribus hausto vicitantem; Pygmaeos quoque haut longe ab his nasci, quorum qui longissimi sint, non longiores esse quam pedes duo et quadrantem.

Haec atque alia istiusmodi plura legimus; sed cum 11.12 ea scriberemus, tenuit nos non idoneae scripturae taedium nihil ad ornandum iuvandumque usum vitae 30 pertinentis. Libitum tamen est in loco hoc miracu- 13 lorum notare id etiam, quod Plinius Secundus, vir in temporibus aetatis suae ingenii dignitatisque gratia auctoritate magna praeditus, non audisse neque legisse,

4 impropensius **B** || 6 optimas (obt. **Q**) ω corr. σ || 7 nulle **B**² |
 alii **Q** || 11 ita] **Q** tam ω || 14 latrantibus **II** lationibus **X**¹ latran-
 tes *Eussner* || 16 monoculi **δ** **II** menocoli **X** monomeri **N**² in mg. |
 appellantur **N** || 17 saltatim **δ** || 21 istis **II** **X** || 25 duos **Q**¹ **X**

sed scire sese atque vidisse in libro naturalis historiae septimo (4, 36) scripsit. Verba igitur haec, quae infra posui, ipsius sunt ex eo libro sumpta, quae profecto faciunt, ut neque responda neque ridenda sit notissima illa veterum poetarum de Caenide et Caeneo cantilena. Ex feminis inquit mutari in mares non esse fabulosum. Invenimus in annalibus Q. Licinio Crasso C. Cassio Longino consulibus Cassini puerum factum ex virgine sub parentibus iussuque haruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit visum esse a se Argis Arescontem, cui nomen Are-scusae fuisset, nubuisse etiam, mox barbam et virilitatem provenisse uxoremque duxisse; eiusdem sortis et Zmyrnae puerum a se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem die nuptiarum L. Cossitium civem Thysdritanum, vivebatque, cum proderem haec.

Idem Plinius in eodem libro (VII 3, 34) verba haec scripsit: Gignuntur homines utriusque sexus, quos 'hermaphroditos' vocamus, olim 'androgynos' vocatos et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.

V

Diversae nobilium philosophorum sententiae de genere ac natura voluptatis; verbaque Hieroclis philosophi, quibus decreta Epicuri insectatus est.

De voluptate veteres philosophi diversas sententias dixerunt. Epicurus voluptatem summum bonum esse ponit; eam tamen ita definit (fr. 68 Us.): σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα; Antisthenes Socraticus summum

4 sint II || 6 cantilen(a)e γΖ || 7 est γ Plin. | Q. s. q̄ s. que ω C. codd. Plin. P. Pighius, del. JGr. || 8 C. om. δ | C. (s. c̄) asini γ || 12 esse om. Plin. | arecusa ΖΖ arescusa ΒΖ² || 13 fuisse Plin. || 17 L.] ut fere solet in praenominibus om. δ | vivebatque — haec om. Plin. || 20 hom.] et Plin.

malum dicit; eius namque hoc verbum est (*FPG II* 286, 65): *μανείην μᾶλλον η̄ ησθείην*. Speusippus⁴ (*FPG III* 92, 196) vetusque omnis Academia voluptatem et dolorem duo mala esse dicunt opposita inter sese, bonum tamen esse, quod utriusque medium foret. Zeno (*p. 169. Pears.*) censuit voluptatem esse indifferens, id est neutrum, neque bonum neque malum, quod ipse Graeco vocabulo *ἀδιάφορον* appellavit. Critolaus⁶ Peripateticus et malum esse voluptatem ait et multa alia mala parere ex sese, iniurias, desidias, obliviones, ignavias. Plato ante hos omnis ita varie et multi-⁷ formiter de voluptate disseruit, ut cunctae istae sententiae, quas exposui, videantur ex sermonum eius fontibus profluxisse; nam proinde unaquaque utitur, ut et ipsius voluptatis natura fert, quae est multiplex, et causarum, quas tractat, rerumque, quas efficere volt, ratio desiderat. Taurus autem noster, quotiens facta⁸ mentio Epicuri erat, in ore atque in lingua habebat verba haec Hieroclis Stoici, viri sancti et gravis:
 20 *'Ηδονὴ τέλος, πόρνης δόγμα· οὐκ ἔστιν πρόνοια,*
οὐδὲ πόρνης δόγμα.

VI

Verbum, quod est *<ab>* 'ago' frequentativum, in syllaba prima quoniam sit modulo pronuntiandum.

25 Ab eo, quod est 'ago' et 'egi', verba sunt, quae¹ appellant grammatici 'frequentativa', 'actito' et 'actitavi'. Haec quosdam non sane indoctos viros audio² ita pronuntiare, ut primam in his litteram corripiant, rationemque dicunt, quoniam in verbo principali, quod est³ 'ago', prima littera breviter pronuntiatur. Cur³ igitur ab eo, quod est 'edo' et 'ungo', in quibus verbis

5 tamen esse] Q emesse BZ autem esse γ || 13 exp.] Q se-
 posui BZ supra posui γ | sermonibus δ || 16 uolet δ uult γ ||
 20 ΗΔΟΝΗC fere ω | δCTEN (δCTEN B) ΤΤΡΟΝΟΙΧΔ ΟΥΔΕ BZ ||
 23 ab add. Carrio *<ab eo>* quod est ago σ || 25 et om. Z

prima littera breviter dicitur, 'esito' et 'unctito', quae sunt eorum frequentativa, prima littera longa promisus et contra 'dictito' ab eo verbo, quod est 'dico', correpte dicimus? num ergo potius 'actito' et 'actitavi' producenda sunt? quoniam frequentativa ferme omnia 5 eodem modo in prima syllaba dicuntur, quo participia praeteriti temporis ex his verbis, unde ea profecta sunt, in eadem syllaba pronuntiantur, sicuti 'lego, lectus' facit 'lectito'; 'ungo, unctus' 'unctito'; 'scribo, scriptus' 'scriptito'; 'moveo, motus' 'motito'; 'pendeo, 10 pensus' 'pensito'; 'edo, esus' 'esito'; 'dico' autem 'dictus' 'dictito' facit; 'gero, gestus' 'gestito'; 'veho, vectus' 'vectito'; 'rapio, raptus' 'raptito'; 'capiro, captus' 'captito'; 'facio, factus' 'factito'. Sic igitur 'actito' producte in prima syllaba pronuntiandum, quoniam ex 15 eo fit, quod est 'ago' et 'actus'.

VII

De conversione foliorum in arbore olea brumali et solstitiali die; deque fidibus id temporis ictu alieno sonantibus.

- 1 Volgo et scriptum et creditum est folia olearum 20 arborum brumali et solstitiali die converti et quae pars eorum fuerit inferior atque occultior, eam supra 2 fieri atque exponi ad oculos et ad solem. Quod nobis quoque semel atque iterum experiri volentibus ita esse propemodum visum est.
- 3 Sed de fidibus rarius dictu et mirabilius est; quam rem et alii docti viri et Suetonius etiam Tranquillus in libro Iudicrae historiae primo (fr. 25

⁵ sqq. GLK II (429, 21;) 501, 4; 546, 8 III 466, 16; 477, 26; 514, 7 V 376, 19 Anecd. H. 7, 16 ²⁰ sqq. Theop. h. plant. I 10, 1 Varro r. r. I 46 Plin. II 41, 108 XVI 23, 87 XVIII 28, 265

2 primam litteram longam **Q** **II** **Z** || 4 cor(r)upte **σ** | prorsus ex portus **Q** || 8 sicut ille collectus **σ** corr. **B**² (**Q**²) || 14 actito] γ factito **σ** || 19 actu **Z** || 27 tranquillius **σ** **X**¹

181 R.) satis compertam esse satisque super ea constare adfirmat: nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare.

VIII

5 Necessum esse, qui multa habeat, multis indigere; deque ea re Favorini philosophi cum brevitate eleganti sententia.

Verum est profecto, quod observato rerum usu sapientes viri dixerunt, multis egere, qui multa habeant, magnamque indigentiam nasci non ex inopia magna, sed ex magna copia: multa enim desiderari ad multa, quae habebas, tuenda. Quisquis igitur multa habens cavere atque prospicere velit, ne quid egeat neve quid desit, iactura opus esse, non quaestu, et minus habendum esse, ut minus desit.

15 Hanc sententiam memini a Favorino inter ingentes omnium clamores detornatam inclusamque verbis his paucissimis (*fr. 81 Ma.*): *Tὸν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων χλαμύδων δεόμενον οὐκ ἔστι μὴ πλειόνων δεῖσθαι· οἵς γὰρ ἔχω προσδεόμενος, ἀφελῶν ὅν ἔχω,*

20 ἀρκοῦμαι οἵς ἔχω.

IX

Quis modus sit vertendi verba in Graecis sententiis; deque his Homeri versibus, quos Vergilius vertisse aut bene apteque aut inprospere existimatus est.

25 Quando ex poematis Graecis vertendae imitandaeque sunt insignes sententiae, non semper aiunt entendum,

2 Non. III p. 215, 11 'nervia femini apud doctos lectum est saepe.' 17 Stob. fl. XLIX 48 II p. 297 M. 26 Cic. opt. gen. dic. V 14 fin. III 4, 15 Hor. a. p. 133

2 adfirmati nerui **σ** || 6 sententi(a)e **BΝΠΖ** || 16 deornata **Β** || 19 *οἵς ἄρα aut οἴσπερ HStephanus* || 22 gr(a)ecas sententias *ω corr. Hertz* verba in *del. Mms.* || 23 apte **Β** || 24 in*je* **Q** || 25 poematibus **B** | mutandaeque **ς**

ut omnia omnino verba in eum, in quem dicta sunt,
 2 modum vertamus. Perdunt enim gratiam pleraque,
 si quasi invita et recusantia violentius transferantur.
 3 Scite ergo et considerate Vergilius, cum aut Homeri
 aut Hesiodi aut Apollonii aut Parthenii aut
 Callimachi aut Theocriti aut quorundam aliorum
 locos effingeret, partim reliquit, alia expressit.

4 Sicuti nuperrime aput mensam cum legerentur
 ultraque simul Bucolica Theocriti et Vergilii,
 animadvertisimus reliquise Vergilium, quod Graecum 10
 quidem mire quam suave est, verti autem neque debuit
 5 neque potuit. Sed enim, quod substituit pro eo, quod
 omiserat, non abest, quin iucundius lepidiusque sit
 (Th. V 88 Verg. ecl. III 64):

βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἀ Κλεαρίστα 15
 τὰς αἰγας παρελᾶντα καὶ ἀδύ τι ποππυλι-
 ἄξει, —

6 malo me Galatea petit, lasciva puella,
 et fugit ad salices et se cupit ante videri.

7 Illud quoque alio in loco animadvertisimus caute omis- 20
 sum, quod est in Graeco versu dulcissimum (III 3):

Τίτυρο', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλημένε, βόσκε τὰς
 αἰγας
 καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε· καὶ τὸν
 25
 τὸν Αιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κο-
 ρύξῃ.

8 Quo enim pacto diceret: τὸ καλὸν πεφιλημένε,
 verba hercle non translaticia, sed cuiusdam nativae
 9 dulcedinis? Hoc igitur reliquit et cetera vertit non

3 molestius **Π** || 7 effingit (it ex et) **Q** | partim] **Q** partem ω |
 relinquit **Q** || 11 tam mire **B** || 12 sustinuit **B** || 16 ΠΟΠΠΥ-
 ΜΔΖΕΙ **N** **Π** NON **BZ** || 22 ΠΕΦΙΛΙΝ(ΔΙΝ Ζ)ΜΕΝΕ **BZ** || 26 ΚΔ-
 ΝΩΝΔ (-ОНД **Π**) **N** **Π** ΚΔΛΔΝΩΝΔ **Z** ΚΔΙΔΔΝΩΝΔ **B** τι κορύψη
Theocr.

infestiviter, nisi quod caprum dixit, quem Theocritus ἐνόρχαν appellavit — auctore enim M. Varone (fr. 84 W.) is demum Latine 'caper' dicitur, qui excastratus est — (ecl. IX 23):

5 Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce ca-
11 pellas
et potum pastas age, Tityre, et inter agendum
occursare capro, cornu ferit ille, caveto.

Et quoniam de transferendis sententiis loquor,
12 memini audisse me ex Valerii Probi discipulis, docti
hominis et in legendis pensitandisque veteribus scriptis
bene callidi, solitum eum dicere nihil quicquam tam
inprospere Vergilium (A. I 498) ex Homero vertisse
quam versus hos amoenissimos, quos de Nausicaa
15 Homerus fecit (Od. VI 102):

οὗη δ' Ἀρτεμις εἰσι κατ' οὐρανος ἰοχέαιρα,
ἡ κατὰ Τηῦγετον περιμήκετον ἡ Ἐρύμανθον
τερπομένη κάποισι καὶ ὠκεῆς ἐλάφοισιν·
τῇ δέ θ' ἄμα νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἴγιόχοιο,
20 ἀγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα
Αητώ·
πασάων δ' ὑπερ ἡ γε κάρη ἔχει ἥδε μέτωπα,
φεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶ-
σαι, —

25 qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi 13
exercet Diana choros, quam mille secutae
hinc atque hinc glomerantur Oriades. illa
pharetram

3 CGL V 275, 17 VI 176

10 cfr. Serv. A. I 497

1 capram B¹ || 2 M.] om. ♂ || 9 sent.] om. ♂ || 11 et intelligen-
tis ΙΙ || 12 callidis ♂ || 14 nausica ΚΝ ΙΙ nausicara ΒΖ || 17 ΠΤΕΡΔ-
ΜΗΓΕΤΟΝ (-HTON Β) ΒΖ || 18 ΩΚΕΔΙC ω || 20 ΔΙΠΟΝΝΟΜΟΙ
(ΜΑΤΡ. Ζ) ΒΖ | δέ τε] ΔΕ ΒΖ || 22 ΗΤΕ ΒΖ || 23 ΡΗΛΕΤΔΙΛΕ-
ΚΔΔΙΤΕΤΤΕ Β ΡΗΔΕΤΜΔΕΚΔΔΙΤΕ Ζ (alia omisi) || 25 Quales ΙΙ

fert humero gradiensque deas supereminet
omnis.

Latonae tacitum pertemptant gaudia pectus.

14 Primum omnium id visum esse dicebant Probo, quod apud Homerum quidem virgo Nausicaa ludibunda inter familiares puellas in locis solis recte atque com mode confertur cum Diana venante in iugis montium inter agrestes deas, nequaquam autem conveniens Vergilium fecisse, quoniam Dido in urbe media ingrediens inter Tyrios principes cultu atque incessu serio, instans operi, sicut ipse ait (*A. I 504*), regnisque futuris, nihil eius similitudinis capere possit, 15 quae lusibus atque venatibus Dianaee congruat; tum postea, quod Homerus studia atque oblectamenta in venando Dianaee honeste aperteque dicit, Vergilius autem, cum de venatu deae nihil dixisset, pharetram tantum facit eam ferre in humero, tamquam sit onus et sarcina; atque illud impense Probum esse demiratum in Vergilio dicebant, quod Homericā quidem *Αητώ* gaudium gaudeat genuinum et intimum atque in ipso penetrali cordis et animae vigens, siquidem non aliud est: γέγηθε δέ τε φρένα *Αητώ*, ipse autem imitari ea volens gaudia fecerit pigra et levia et cunctantia et quasi in summo pectore supernantia; nescire enim sese, quid significaret aliud pertemptant; 25 16 praeter ista omnia florem ipsius totius loci Vergilium videri omisisse, quod hunc Homeri versum exigue secutus sit:

ὅτια δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,

20 Ter. Andr. 964 Cat. LXI 117 Cic. ad fam. VIII 2, 1

1 dea **Q** || 4 o. diuisum **N II** || 5 nausica ω || 9 egrediens **Z** ||
13 congruit **II** || 17 si o. et sarcinam **N II** || 20 gaudio **II** | gau debat **δ** || 23 ea] hoc **N II** | lenta *Daniel* || 24 supereminentia (-cia **Z**) **δ** || 25 significare **δ**

quando nulla maior cumulatiorque pulcritudinis laus 17
dici potuerit, quam quod una inter omnis pulcras ex-
celleret, una facile et ex omnibus nosceretur.

X

5 Quod Annaeus Cornutus versus Vergilii, quibus Veneris et Vul-
cani concubitum pudice operteque dixit, reprehensione spurca
et odiosa inquinavit.

Annianus poeta et plerique cum eo eiusdem 1
Musae viri summis adsiduisque laudibus hos Vergilii
10 versus ferebat, quibus Volcanum et Venerem iunctos
mixtosque iure coniugii, rem lege naturae operiendam,
verecunda quadam translatione verborum, cum ostend-
deret demonstraretque, protexit. Sic enim scripsit 2
(A. VIII 404):

15 ea verba locutus
optatos dedit amplexus placidumque petivit
coniugis infusus gremio per membra so-
porem.

Minus autem difficile esse arbitrabantur in istiusmodi 3
re digerenda verbis uti uno atque altero brevi tenuique
eam signo demonstrantibus, sicut Homerus dixerit
(Od. XI 245) *παρθενίην ξώνην* et (XXIII 296)
λέκτροιο θεσμὸν et (XI 246) *ἔργα φιλοτήσια*,
tot vero et tam evidentibus ac tamen non praetextatis, 4
25 sed puris honestisque verbis venerandum illud concubii
pudici secretum neminem quemquam alium dixisse.

Sed Annaeus Cornutus, homo sane pleraque 5
alia non indoctus neque imprudens, in secundo tamen

8 sqq. cfr. GLK I 275, 1; 460, 15 VI 467, 24 Serv. A. VIII
406 Isid. I 36, 15

2 poterit **δ** || 3 et *om.* **B** **N** **Π** || 6 oportequi **Π** **Z** oportuneque **Q** ||
10 ferebant **B** **Z** **Π** || 11 iure] lege **B** || 19 in *om.* **N** **Π** || 20 redi-
gerenda **Q** reticenda **N** redigenda **N**² *ω* re dicenda *Carriō* | ut **δ** ||
23 **E** **C** **M** **O** **N** **B** **Z** || 25 pluris **Q**¹ **B** **Z** | connubii **B** || 27 pluraque (*saepius*) **Z**

librorum, quos de figuris sententiarum compo-
suit, egregiam totius istius verecundiae laudem insulsa
6 nimis et odiosa scrutatione violavit. Nam cum genus
hoc figurae probasset et satis circumspecte factos esse
versus dixisset: 'membra' tamen inquit paulo in- 5
cautius nominavit.

XI

De Valerio Corvino; et unde Corvinus.

1 De Maximo Valerio, qui Corvinus appellatus est
ob auxilium propugnationemque corvi alitis, haut quis- 10
2 quam est nobilium scriptorum, qui secus dixerit. Ea
res prorsus miranda sic profecto est in libris anna-
3 libus (*Claud. Quadr. fr. 12 P.*) memorata: Adulescens
tali genere editus L. Furio Claudio Appio consulibus
4 <fit> tribunus militaris. Atque in eo tempore copiae 15
Gallorum ingentes agrum Pomptinum insederant, in-
struebanturque acies a consulibus de vi ac multitudine
5 hostium satis agentibus. Dux interea Gallorum vasta
et ardua proceritate armisque auro praefulgentibus
grandia ingrediens et manu telum reciprocans incede- 20
bat perque contemptum et superbiam circumspiciens
despiciensque omnia venire iubet et congredi, si quis
pugnare secum ex omni Romano exercitu auderet.
6 Tum Valerius tribunus ceteris inter metum pudorem-
que ambiguis impetrato prius a consulibus, ut in 25

9 sqq. Liv. VII 26 Flor. I 8 Eutr. II 6 Aur. Vict. v. ill. 29
Oros. III 6, 5 Quint. II 4, 18 Amm. XXIV 4, 5 Dion. Hal. exc.
XV 1, 1 Appian. Celt. 10 Dio Cass. fr. 31 M. GLK IV 536, 14
Suid. s. v. Κελτοί et ἀμύνσσειν 18 sq. Amm. XXV 10, 14
XVI 12, 24 20 Amm. XXII 14, 3 XXVI 7, 15 XXIX 5, 25; 2, 7

4 probasent satis ♂ || 9 quin — sit *Mdg.* || 12 admiranda **N II** ||
13 memorati adolescentis **B¹** || 14 tali] Italo *ed. ant.* consulari
Mdg. | *L. om.* ♂ || 15 fit *add.* 5 || 16 promtinum ♂ || 17 instrueba-
tur *Sk.* || 20 gradia ♂

Gallum tam inmaniter adrogantem pugnare sese permitterent, progreditur intrepide modesteque obviam; et congreguntur et consistunt, et conserebantur iam manus. Atque ibi vis quaedam divina fit: corvus re 7
 5 pente improvisus advolat et super galeam tribuni insistit atque inde in adversari os atque oculos pugnare incipit; insilibat, obturbabat et unguibus manum laniabat et prospectum alis arcebat atque, ubi satis saevierat, revolabat in galeam tribuni. Sic tribunus spectante 8
 10 utroque exercitu et sua virtute nixus et opera alitis propugnatus ducem hostium ferocissimum vicit interfecitque atque ob hanc causam cognomen habuit Corvinus. Id factum est annis quadringentis quinque post 9 Romam conditam.

15 Statuam Corvino isti divus Augustus in foro suo 10 statuendam curavit. In eius statuae capite corvi simulacrum est rei pugnaeque, quam diximus, monimentum.

XII

De verbis, quae in utramque partem significatione adversa et 20 reciproca dicuntur.

Vt 'formidulosus' dici potest et qui formidat et 1 qui formidatur, ut 'invidiosus' et qui invidet et cui invidetur, ut 'suspiciosus' et qui suspicatur et qui suspectus est, ut 'ambitiosus' et qui ambit et qui 25 ambitur, ut item 'gratiosus' et qui adhibet gratias et qui admittit, ut 'laboriosus' et qui laborat et qui labori est, ut pleraque alia huiuscemodi in utramque

1 Amm. XXIX 1, 1; 2, 9 21 Donat. Ter. Eun. IV 6, 18
 Serv. A. IV 72 Non. II p. 113, 4 Isid. X 102 CGL VI 463 22 CGL
 VI 602 (Quint. VI 2, 21 Isid. X 134 Anecd. H. 287, 13 schol. Luc.
 IX 505) 23 CGL VII 324 26 CGL VI 616

1 inaniter **Q**, sed *vd. Amm. l. l.* || 6 aduersarios **Q** -iis **BZ** |
 cepit. Insibilat **II** || 7 malas *Kreyssig* || 8 alias **QNII** ales **N²** |
 acerbat **Q²** || 19 auersa **σ**

partem dicuntur, ita 'infestus' quoque ancipi significatione est. Nam et is 'infestus' appellatur, qui malum infert cuiquam, et contra, cui aliunde impendet malum, is quoque 'infestus' dicitur.

3 Sed quod prius posui, profecto exemplis non indiget: sic adeo multi locuntur, ut 'infestum' dicant inimicum atque adversum; alterum autem illud ignorabilius obscuriusque est. Quis enim e medio facile dixerit infestum esse, cui alter infestus est? Sed et veteres plerique ita dixerunt, et M. Tullius in oratione, quam pro Cn. Plancio scripsit, vocabulo hoc sic usus est (*I 1*): Dolebam, inquit iudices, et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benvolentia, praesidio custodiaque texisset. Nos igitur de origine et ratione verbi quaerebamus atque ita in Nigidianis scriptum invenimus (*fr. 47 Sw.*): 'Infestum' est a festinando dictum; nam qui instat inquit alicui eumque properans urget opprimereque eum studet festinatque, aut contra de cuius periculo et exitio festinatur, is uterque 'infestus' dicitur ab instantia atque imminentia fraudis, quam vel facturus cuipiam vel passurus est.

7 Ne quis autem de 'suspicio', quod supra posuimus, et de 'formiduloso' in eam partem, quae minus usitata est, exemplum requirat, de suspicio apud M. Catonem de re Floria ita scriptum (*LVII 1 J.*): Sed nisi qui palam corpore pecuniam quaeraret aut se lenoni locavisset, etsi famosus et

1 sqq. Non. II p. 129, 12 CGL VI 572 18 sqq. Non. I
p. 51, 16 = CGL V 650, 54 27 sqq. Non. II p. 168, 22

10 M. om. ♂ || 11 Cn.] go (*rasa o Q*) ♂ || 18 est om. BN II ||
21 at N II | cuius *Mercerus* alicuius ω || 23 eminentia Z || 27 de] ♂
inueniet de N II || 28 M. om. ♂ | *Floriana Non.* || 29 si Non. |
'n corp. B || 30 et sic *Cannegieter* | fam.] Non. famulosus ω

suspiciosus fuisset, vim in corpus liberum non aecum censuere adferri. Suspiciosum enim Cato 8 hoc in loco suspectum significat, non suspicantem. Formidulosum autem, qui formidetur, Sallustius in 9 5 Catilina ita dicit (*VII* 5): Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidulosus.

Item C. Calvus in poematis laboriosus dicit, 10 non, ut vulgo dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur (*fr. 2 B.*):

durum inquit rus fugiet laboriosum.

Eadem ratione Laberius quoque in Sororibus (v. 11 86 R.³):

15 et Castor inquit mustum somniculosum,
et Cinna in poematis (*fr. 2 B.*):

12

somniculosam ut Poenus aspidem Psyllus.

'Metus' quoque et 'iniuria' atque alia quaedam id 13 genus sic utroqueversum dici possunt: nam 'metus hostium' recte dicitur, et cum timent hostes et cum 20 timentur. Itaque Sallustius in historia prima 14 metum Pompei dixit, non quo Pompeius metueret, quod est usitatus, sed quo metueretur. Verba haec Sallusti sunt (*fr. I 53 M.*): Id bellum excitabat metus Pompei victoris Hiempalem in regnum 25 restituentis. Item alio in loco (*fr. I 12 M.*): Post-

4 Non. II p. 113, 5 8 Non. II p. 133, 21 12 Non. II
p. 172, 25 17 Non. II p. 140, 28 Quint. VI 2, 21 (Serv. A.
XI 357)

1 esset Non. || 4 formidatur Z || 8 C. om. ♂ Non. | Gallus Non. || 11 fugi et (fugiet Z) ♂ fugi sed γ fugite (fugit et unus) codd. Non., ubi fugis et vulgo || 12 soporibus ♂ || 14 et castor Z | multum ω Non. (*Onions*) corr. Mercerus || 16 Somniculosum X¹ | syllus ♂ || 18 generis II | utroque uersu γ || 19 continentes (n alt. in m corr. Z²) h. BZ | continentur Q || 20 in om. Q || 22 quo Hertz quod ω quod de Pompeio Non. quod metuebatur Eussner

quam remoto metu Punico simultates exercere
16 vacuum fuit. 'Iniurias' itidem dicimus tam illorum,
qui patiuntur, quam qui faciunt, quarum dictionum
exempla sunt facilia inventu.

17 Illud etiam dictum a Vergilio eandem habet
formam communicatae ulro et citro significationis
(A. II 436):

et vulnere inquit tardus Vlixi,
cum diceret vulnus, non quod accepisset Vlices, sed
18 quod dedisset. 'Nescius' quoque dicitur tam is, qui
19 nescitur, quam qui nescit. Sed super eo, qui nescit,
frequens huius vocabuli usus est, infrequens autem
20 est de eo, quod nescitur. 'Ignarus' aequa utroque-
versum dicitur non tantum, qui ignorat, set <et>, qui
21 ignoratur. Plautus in Rudente (v. 275):
15

quae in locis nésciis néscia spé sumus.

22 Sallustius (*hist. fr. I 103 M.*): More humanae cu-
pidinis ignara visendi. Vergilius (A. X 706):

ignarum Laurens habet ora Mimanta.

XIII

20

Verba ex historia Claudi Quadrigari, quibus Manli Torquati,
nobilis adulescentis, et hostis Galli provocantis pugnam
depinxit.

1 Titus Manlius summo loco natus adprimeque no-
2 bilis fuit. Ei Manlio cognomentum factum est Tor-
25

| | |
|---|--------------------------------|
| 9 Serv. pl. II 529; 436 | 10 sqq. Serv. A. IV 72 X 706 |
| Non. II p. 145, 7 CGL VI 736 | 13 sqq. Serv. A. (I 198) X 706 |
| Non. II p. 129, 16 Isid. X 142 CGL VI 538 | 24 sqq. Liv. VI |
| 42, 5 VII 9 Flor. I 8 Eutr. II 5 Aur. Vict. v. ill. 28 Amm. XXIV | |
| 4, 5 Oros. III 6, 2 GLK IV 536, 14 Cic. fin. I 7, 23 Tusc. IV 22, | |
| 49 al. Zonar. VII 24 Suid. s. v. Τορκονάτος | |

4 ineuentu **IIZ** || 10 ac dedisset **σ** || 13 quoque **II** || 14 et
add. **ς** || 16 loco si nescis **Non.** | ne(s)cias pessimus **ω** **Non.**
ans) || 17 amore **Non.** || 19 Ignarus (u ex iu **X**) **IX** || 22 pro-
torsis **Z** || 25 Ei] et **γ**

quatus. Causam cognomenti fuisse accepimus torquis 3
 ex auro induvies, quam ex hoste, quem occiderat,
 detractam induit. Sed quis hostis et quid genus, 4
 quam formidandae vastitatis et quantum insolens pro-
 vocator et cuimodi fuerit pugna decertatum, Q. Clau-
 dius primo annalium purissime atque inlustrissime
 simplicique et incompta orationis antiquae suavitate
 descripsit. Quem locum ex eo libro philosophus 5
 Favorinus cum legeret, non minoribus quat*i* adficique
 animum suum motibus pulsibusque dicebat, quam si
 ipse coram depugnantes eos spectaret. 6

Verba Q. Claudi, quibus pugna ista depicta est, 7
 adscripsi (*fr. 10^b P.*): Cum interim Gallus quidam
 nudus praeter scutum et gladios duos torque
 15 atque armillis decoratus processit, qui et viri-
 bus et magnitudine et adulescentia simulque
 virtute ceteris antistabat. Is maxime proelio 8
 commoto atque utrisque summo studio pugnan-
 tibus manu significare coepit utrisque, quie-
 20 scerent. Pugnae facta paua est. Extemplo 9.10
 silentio facto cum voce maxima conclamat, si
 quis secum depugnare vellet, uti prodiret.
 Nemo audebat propter magnitudinem atque 11
 inmanitatem facies. Deinde Gallus inridere 12
 25 coepit atque linguam exertare. Id subito per-13
 dolitum est cuidam Tito Manlio, summo ge-
 nere gnato, tantum flagitium civitati adcidere,
 e tanto exercitu neminem prodire. Is, ut dico, 14
 processit neque passus est virtutem Romanam

4 Amm. XVI 12, 24 XXIV 4, 24 14 Amm. XXXI 16, 6
 16 sq. Cic. de inv. II 1, 2 Amm. XIX 1, 7 XXI 6, 4

2 induuias γ | occideret ΒΖ || 3 quid γ || 4 et quam f. γΒ ||
 5 cuimodo Χ cuiusmodi ΒΠ || 10 pulsibus ΒΠ || 13 descripsi ΠΙ ||
 14 duo ΝΧΖ || 17 antistitabat Ζ | 19 manibus δ | utriusque ΝΠ ||
 utriusque Χ || 20 post pugnae dist. pars codd., unde pugna Carrio ||
 21 conclamant δ | 24 faciei ΒΖ || 25 l. ex.] Ζ lingua exerrare ω ||
 27 accedere Ζ || 28 et ante Ζ | exercitum Ζ | iudico Ξ¹ ilico Mms.

ab Gallo turpiter spoliari. Scuto pedestri et
 gladio Hispanico cinctus contra Gallum con-
 sttit. Metu magno ea congressio in ipso
 ponti utroque exercitu inspectante facta est.
 Ita, ut ante dixi, constiterunt: Gallus sua
 disciplina scuto projecto cantabundus; Man-
 lius animo magis quam arte confisus scuto
 scutum percussit atque statum Galli contur-
 bavit. Dum se Gallus iterum eodem pacto
 constituere studet, Manlius iterum scuto
 scutum percutit atque de loco hominem
 iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gla-
 dium successit atque Hispanico pectus hausit;
 deinde continuo humerum dextrum eodem con-
 cessu incidit neque recessit usquam, donec
 subvertit, ne Gallus impetum icti haberet.
 Vbi eum evertit, caput praecidit, torquem de-
 traxit eamque sanguinulentam sibi in collum
 inponit. Quo ex facto ipse posterique eius
 Torquati sunt cognominati.

Ab hoc Tito Manlio, cuius hanc pugnam Qua-
 drigarius descripsit, imperia et aspera et immitia
 'Manliana' dicta sunt, quoniam postea bello adversum
 Latinos cum esset consul, filium suum securi per-
 cussit, qui speculatum ab eo missus, *** interdicto
 hostem, a quo provocatus fuerat, occiderat.

17 sq. Non. III p. 228, 10 21 sqq. I 13, 7 Liv. VIII 7
 Val. Max. II 7, 6 IX 3, 4 Flor. I 9, 2 Aur. Vict. l. l. Oros. III 9, 2
 Cic. fin. I 7, 23 Sall. Cat. LII 30 Dion. Hal. VIII 79 (Frontin.) IV
 1, 40 Plut. parall. 12 Dio Cass. fr. XXXII 7 M. Zonar. VII 26

2 spanico (spauico Q) **σ** | cinctus *om.* β || 3 Impetu *Peter*; *an-*
Motu? || 4 ponte **Q N X** | exspectante **X** || 6 cunctabundus **II** cau-
 tabundus *s* || 8 perturbauit **II X** || 9 cum **Z** || 14 consensu **σ** con-
 cussu *s* conisu *Mms.* || 16 ne — haberet *post* successit (*v. 13*)
transp. Scaliger | icti] in ictu **Q** istius β *unde* ictuis **Lipsius** ||
 22 etiam asp. *Mms.* || 23 manliana] **T Y** manlia ω || 25 <** omissio>
 interd. *Hertz* || 26 occidit **II**

XIV

Quod idem Quadrigarius 'huius facies' patro casu probe et Latine dixit; et quaedam alia adposita de similiū vocabulorum declinationibus.

5 Quod autem supra (13, 11) scriptum est in Q. 1
 Claudi verbis: Propter magnitudinem atque inmanitatem facies, id nos aliquot veteribus libris inspectis exploravimus atque ita esse, ut scriptum est, comperimus. Sic enim pleraque aetas veterum de-
 10 clinavit: 'haec facies, huius facies', quod nunc propter rationem grammaticam 'faciei' dicitur. Corruptos autem quosdam libros repperi, in quibus 'faciei' scriptum est illo, quod ante scriptum erat, obliterato.

Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca invenire 3
 15 nos in eodem Claudi libro (*fr. 30 P.*) scriptum utrumque facies et facii. Sed facies in ordinem scriptum fuit et contra per i geminum facii, neque id abesse 4
 a quadam consuetudine prisca existimavimus; nam et ab eo, quod est 'hic dies', tam <'huius dies', quam>
 20 'huius dii', et ab eo, quod est 'haec fames', <tam 'huius famis',> quam 'huius fami' dixerunt.

Q. Ennius in XVI. annali dies scripsit pro 'diei' 5
 in hoc versu (*433 M. 275 B.*):

postremae longinqua dies quod fecerit aetas.

25 Ciceronem quoque adfirmat Caesellius in oratione, 6
 quam pro P. Sestio fecit (*XII 28*), dies scripsisse

20 GLK I 55, 13 sed vd. I 40, 10; 547, 38 II 243, 12 III 475,
 38 IV 453, 6; 496, 5; 498, 23 V 175, 19 VII 238, 6 Anecd. H.
 131, 27 Serv. A. I 636

2 ppe ***II*** || 3 adposuit ***Q*** || 7 deterius ***IX*** || 10 nunc *om.* ***X***
 ne ***X²*** || 11 facie ***NO II*** || 14 etiam *om.* ***Q*** et ***O II*** || 15 utr. et ***II*** ||
 16 et faciei ***ω*** | ordine ***γZ*** || 18 existimauerim ***II*** || 19 et 20 *suppl.*
Hertz (ed. Ascens.) || 22 Qd' ***QZ*** | in *om.* ***B*** || 24 Postrema ***ω*** corr. ***O²***
 post remanet *Vahlen* postremo *Bergk* | quod f.] ***σ*** confecerit (ex
 fecerit ***O***) ***γ*** || 26 P.] *om.* ***σ***

pro 'diei', quod ego impensa opera conquisitis veteribus libris plusculis ita, ut Caesellius ait, scriptum 7 inveni. Verba sunt haec M. Tullii: Equites vero datus illius dies poenas; quocirca factum hercle est, ut facile his credam, qui scripserunt idiographum 5 librum Vergilii se inspexisse, in quo ita scriptum est (*g. I 208*):

libra dies somnique pares ubi fecerit horas,
id est 'libra diei somnique'.

8 Sed sicut hoc in loco dies a Vergilio scriptum 10 videtur, ita in illo versu non dubium est, quin dii scripserit pro 'diei' (*A. I 636*):

munera laetitiamque dii,

quod inperitiores 'dei' legunt ab insolentia scilicet 9 vocis istius abhorrentes. Sic autem 'dies, dii' a 15 veteribus declinatum est, ut 'fames, fami', 'pernicies, pernicii', 'progenies, progenii', 'luxuries, luxurii', 'acies, 10 acii'. . M. enim Cato in oratione, quam de bello Carthaginiensi composuit, ita scripsit (*XXXVII 1J*):
Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa. 20
11 Lucilius in XII. (*XII 6 M. 319 B.*):

rugosum atque fami plenum.

12 Sisenna in historiarum libro VI. (*fr. 128 P.*):
Romanos inferendae pernicii causa venisse.

13 Pacuvius in Paulo (*1 p. 325 R.³*):

patér supreme nóstrae progenií patris.

14 Cn. Matius in Iliadis XXI. (*fr. 7 B.*):

altera pars acii vitassent fluminis undas.

8 sed vd. GLK I 126, 32 II 366, 13; 367, 6 IV 3, 15 V 555, 8
Serv. g. I 208 11 Serv. A. I 636 15 Serv. pl. A. I 636
23 Non. VIII p. 486, 27 25 Non. VIII p. 490, 4 28 [GLK
II 366, 10 IV 3, 17 V 555, 9]

3 M. om. **σ** || 6 se om. **ΙΠΧ** || 8 fecerat **Z** || 24; 333, 11 per-
nici codd. *Non.* || 26 progeni **QZ** | prog., patres! *L Mueller*

Idem Matius in XXIII. (*fr. 8 B.*):

15

an maneat specii simulacrum in morte silentum.

C. Graccus de legibus promulgatis (*ORF²* p. 16 5 235): Ea luxurii causa aiunt institui; et ibidem 17 infra ita scriptum est: Non est ea luxuries, quae necessario parentur vitae causa, per quod appareat 18 eum ab eo, quod est 'luxuries', 'luxurii' patro casu dixisse. M. quoque Tullius in oratione, qua Sex-19
10 tum Roscium defendit, pernicii scriptum reliquit. Verba haec sunt (*XLV 131*): Quorum nihil per-
nicii causa divino consilio, sed vi ipsa et magni-
tudine rerum factum putamus. Aut 'facies' ergo 20
in casu patro aut 'facii' Quadrigarium scripsisse
15 existimandum est; 'facie' autem in nullo veteri libro
scriptum repperi.

In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, 21 non 'faciei', uti nunc dicitur, sed 'facie' dixerunt.
Lucilius in saturis (*VII 9 M. 214 B.*): 22

20 primum inquit facie quod honestae
† tantis accedit.

Lucilius in libro septimo (*VII 7 M. 213 B.*): 23

qui te diligat, aetati facieque tuae se
fautorem ostendat, fore amicum polliceatur;

25 sunt tamen non pauci, qui utrobique 'facii' legant. 24
Sed C. Caesar in libro de analogia secundo (*II 25
p. 129 Di.*) 'huius die' et 'huius specie' dicendum putat.

9 Non. VIII p. 486, 25, sed vd. GLK I 31, 18; 69, 10; 547, 26
Anecd. H. 133, 7

1 XXIII coll. II. XXIII 103 Scaliger XIII ω || 6 <si> quae
H Meyer || 8 casui X¹ paac si B Q¹ Z || 12 ac Non. || 13 putem Non. ||
14 causa ♂ || 15 ullo B² Z || 20 h. tantis] h. et Aetati L Mueller
h. et Annis Baehrens || 22 Idem Luc. 5 || 23 (a)etatis ω corr. 5 ||
24 se (om. 5) fore ω || 26 C. om. ♂ || 27 diei ♂ | speciei B

26 Ego quoque in Iugurtha Sallustii (*XCVII* 3) summae fidei et reverendae vetustatis libro die casu patrio scriptum inveni. Verba haec ita erant: *Vix decima parte die reliqua.* Non enim puto argutiolam istam recipiendam, ut die dictum quasi *'ex die'* existimemus.⁵

XV

De genere controversiae, quod Graece *ἀπορον* appellatur.

1 Cum Antonio Iuliano rhetore per feriarum tempus aestivarum decidere ex urbis aесту volentes Nea-¹⁰
2 polim concesseramus. Atque ibi erat adulescens tunc quispiam ex ditioribus cum utriusque linguae magistris meditans et exercens ad causas Romae orandas eloquentiae Latinae facultatem; atque is rogat Iulianum,
3 uti sese audiat declamantem. It auditum Iulianus,¹⁵
4 imusque nos cum eo simul. Introit adulescens et praefatur arrogantius et elatius, quam aetatem eius decebat, ac deinde iubet exponi controversias.
5 Aderat ibi nobiscum Iuliani sectator, iuvenis promptus et proficiens et offendens iam in eo, quod ille apud Iuliani aures in praecipiti stare et subitaria
6 dictione periculum sui facere audebat. Exponit igitur temptationi gratia controversiam parum consistentem,
7 quod genus Graeci *ἀπορον* vocant, Latine autem id non nimis incommodo 'inexplicable' dici potest. Ea²⁰
controversia fuit huiusmodi: 'De reo septem iudices cognoscant, eaque sententia sit rata, quam plures ex eo numero dixerint. Cum septem iudices cognovissent, duo censuerunt reum exsilio multandum, duo alii pe-

4 Amm. XXIV 2, 11

24 sq. CGL II 81, 50

1 sallustius **X**¹; *fort.* Sallusti in || 8 attopon **σ** -phon **Q**² ἀΤΤΟΠΟΝ **II** || 11 conses(s)eramus **BΟ**¹**Z** || 16 Introit **QZ****II** || 17 (a)etati **ω** *praeter* **Q** | ei **X** || 25 Ex **Ο**¹**ΠΧ**

cunia, tres reliqui capite puniendum. Petitur ad sup- 8
plicium ex sententia trium iudicium et contradicit.'

Hac ille audit a nec considerata neque aliis, ut 9
proponerentur, exspectatis incipit statim mira celeritate
5 in eandem hanc controversiam principia nescio quae
dicere et involucra sensuum verborumque volumina
vocumque turbas fundere ceteris omnibus ex cohorte
eius, qui audire eum soliti erant, clamore magno
exultantibus, Iuliano autem male ac misere rubente
10 et sudante. Sed ubi deblateratis versuum multis mili- 10
bus finem aliquando fecit egressique inde sumus, amici
familiaresque eius Iulianum prosecuti, quidnam ex-
stimaret, percontati sunt. Atque ibi Iulianus festi- 11
vissime: 'nolite quaerere,' inquit 'quid sentiam; adule-
15 scens hic sine controversia disertus est'.

XVI

Quod Plinium Secundum, non hominem indoctum, fugerit latu-
eritque vitium argumenti, quod *ἀντιστρέφον* Graeci dicunt.

Plinius Secundus existimatus est esse aetatis 1
20 sua docissimus. Is libros reliquit, quos studioso- 2
rum inscripsit, non medius fidius usquequaque asper-
nandos. In his libris multa varie ad oblectandas 3
eruditorum hominum aures ponit. Refert etiam ple-
rasque sententias, quas in declamandis controversiis
25 lepide arguteque dictas putat. Sicuti hanc quoque 5
sententiam ponit ex huiuscemodi controversia: 'Vir
fortis praemio, quod optaverit, donetur. Qui
fortiter fecerat, petit alterius uxorem in matri-
monium et accepit. Is deinde, cuia uxor fuit,
30 fortiter fecit. Repetit eandem; contradicitur.'
Eleganter inquit et probabiliter ex parte po- 6
sterioris viri fortis uxorem sibi reddi postu-

3 Hac] **N** Haec ω || 6 inuoluere **Q** || 14 quid s.] γ senten-
ciam **σ** || 17 hom. non σ | et latuerit **Q** || 21 scripsit **σ** | asper-
nendos **Q** || 23 eruditiorum **Q**¹ || 29 Is om. **σ** | fuerat **O II**

lantis hoc dictum est: 'Si placet lex, reddere;
7 si non placet, redde'. Fugit autem Plinium sententiolam istam, quam putavit esse argutissimam, vitio non carere, quod Graece ἀντιστρέφον dicitur. Et est vitium insidiosum et sub falsa laudis specie latens; nihil enim minus converti ex contrario id ipsum adversus eundem potest atque ita a priore illo viro forte dici: 'Si placet lex, non reddo; si non placet, non reddo'.

3 argutissima **BZ** || 5 ludi *LMueller* lemmatis *cod. Thysii*
acuminis *Sk.* || 8 forti **Q²**

Post solitam subscriptionem codices BZ 0 II (in mg. N) praebent hoc epigramma (Anth. lat. 904 R.):

C. (C. om. **BZ 0**) Aurelii Romuli:

Cecropias noctes, doctorum exempla virorum,
Donat habere mihi nobilis Eustochius.

Vivat et aeternum laetus bona tempora ducat,
Qui (Cui II) sic dilecto tanta docenda (fruenda *Buecheler*)
dedit.

A. GELLII

NOCTIVM ATTICARVM LIBER DECIMVS

I

Tertiumne consul an tertio dici oporteat; et quonam modo
Cn. Pompeius, cum in theatro, quod erat dedicaturus, honores
suos scriberet, quaestionem ancipitem istius verbi de consilio
5 Ciceronis vitaverit.

Familiari meo cuiquam litteras Athenis Romam 1
misi. In his scriptum fuit me illi iam 'tertium' scrip- 2
sisse. Is ad me rescripsit petivitque, ut rationem dice- 3
rem, cur 'tertium' ac non 'tertio' scripsisse. Id etiam
10 adscripsit, ut eadem, quid super illo quoque mihi vi-
deretur, facerem se certiores, 'tertium'ne 'consul' et
'quartum' an 'tertio' et 'quarto' dicendum esset, quoniam
Romae doctum virum dicere audisset 'tertio' et
'quarto consul', non 'tertium quartum'que; idque in
15 principio libri <III> Coelium (*fr. 59 P.*) scripsisse et
Quintum Claudium in libro undevicesimo (*fr.
82 P.*) C. Marium creatum 'septimo' consulem dixisse.

Ad haec ego rescripsi nihil amplius quam verba 4
M. Varronis, hominis, opinor, quam fuit Claudius
20 cum Coelio doctioris, quibus verbis utrumque, de
quo ad me scripserat, decideretur; nam et Varro satis 5

3 Cn. *om. ♂* || 4 inscriberet **N** **O** **H** || 8 diceret **B** **1** **Z** || 10 quod **X**
quidem **Z** || 15 lib. III *Meltzer* libri *ω* || 17 C. *om. ♂* || 19 M.
om. Q || 21 desideretur **Z** deiceretur **X**

aperte, quid dici oporteret, edocuit, et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui.

6 Verba M. Varronis ex libro disciplinarum quinto haec sunt (*p. 202 Bip.*): Aliud est 'quarto' praetorem fieri et aliud 'quartum', quod 'quarto' locum adsignificat ac tres ante factos, 'quartum' tempus adsignificat et ter ante factum. Igitur Ennius recte, quod scripsit (*326 M. 209 B.*):

Quintus pater quartum fit consul,

10

et Pompeius timide, quod in theatro, ne adscriberet 'consul tertium' aut 'tertio', extremas litteras non scripsit.

7 Quod de Pompeio Varro breviter et subobscure dixit, Tiro Tullius, Ciceronis libertus, in epistula quadam enarratus scripsit ad hunc ferme modum (*p. 12 L.*): Cum Pompeius inquit aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vicem theatri essent, nomenque eius et honores scribebentur, quaeri coeptum est, utrum 'consul tertio' inscribendum esset an 'tertium'. Eam rem Pompeius exquisitissime rettulit ad doctissimos civitatis, cumque dissentiretur et pars 'tertio', alii 'tertium' scribendum contenderent, rogavit inquit Ciceronem Pompeius, ut, quod ei rectius videretur, scribi iuberet. Tum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum esse, ne, quorum opinionem inprobasset, ipsos videretur inprobasse. Persuasit igitur Pompeio, ut neque 'tertium' neque 'tertio'

4 sqq. Non. V p. 435, 8 GLK V 517, 22

uerbum uarronis **σ** || 6 et aliud] **B** et **ω** aliud *ut vid.* Non. | quod] et *vel om.* Non. | quartum *ut vid.* Non. || 7 significat Non. **bis** | et Non. | quarto Non. || 8 templum **ΙΙΧ** || 14 quodque de **Z** || 17 Minervae **Scioppius** || 18 uice **II** || 19 inscriberentur **ΝΟ²ΙΙΧ** || 20 terii (*hoc et Z*) scribendu **Q¹** || 22 exquisitum **Boot**

scriberetur, sed ad secundum usque t fierent litterae, ut verbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret.

⁵ Id autem, quod et Varro et Tiro dixerunt, in ⁸ eodem nunc theatro non est ita scriptum. Nam cum ⁹ multis annis postea scaena, quae prociderat, refecta esset, numerus tertii consulatus non uti initio primoribus litteris, sed tribus tantum lineolis incisis signifi-¹⁰ ficatus est.

In M. autem Catonis quarta origine ita per-¹⁰ scriptum est (*fr. 84 P.*): Carthaginienses sextum de foedere decessere. Id verbum significat quinquiens ante eos fecisse contra foedus et tum sextum. ¹⁵ Graeci quoque in significandis huiuscemodi rerum ¹¹ numeris τρίτον καὶ τέταρτον dicunt, quod congruit cum eo, quod Latine dicitur: 'tertium quartumque'.

II

Quid Aristoteles de numero puerperii memoriae mandaverit.

²⁰ Aristoteles philosophus memoriae tradidit mu-¹ lierem in Aegypto uno partu quinque pueros enixam eumque esse finem dixit multiugae hominum partitionis neque plures umquam simul genitos compertum, hunc autem numerum ait esse rarissimum. Sed et divo ² ²⁵ Augusto imperante, qui temporum eius historiam scripserunt, ancillam Caesaris Augusti in agro Laurente peperisse quinque pueros dicunt eosque pauculos dies vixisse; matrem quoque eorum non multo,

20 Arist. hist. an. VII 4 p. 584, 29 an. gen. IV 4 p. 770, 34 fr. 284 VR. apud Strab. XV 1, 22 p. 695 Plin. VII 3, 33 Solin. I 51 Dig. V 4, 3 XLVI 3, 36 Lydus mens. IV 57 (89)

1 t] γ τερτιον δ || 11 scriptum. 0 ΙΙΧ || 13 decernere codd.
Nonii II p. 100, 13 || 16 καὶ om. Q 7 Β ΙΙΖ || 22 particionis Β
portionis X

postquam peperit, mortuam, monumentumque ei factum iussu Augusti in via Laurentina, inque eo scriptum esse numerum puerperii eius, de quo diximus.

III

Locorum quorundam inlustrium conlatio, contentioque facta ex 5 orationibus C. Gracchi et M. Ciceronis et M. Catonis.

- 1 Fortis ac vehemens orator existimatur esse C. Gracchus. Nemo id negat. Sed quod nonnullis videtur severior, acrior ampliorque esse M. Tullio, ferri id 2 qui potest? Legebamus adeo nuper orationem 10 Gracchi de legibus promulgatis, in qua M. Marius et quosdam ex municipiis Italicis honestos viros virgis per iniuriam caesos a magistratibus populi Romani, quanta maxima invidia potest, conqueritur.
- 3 Verba haec sunt, quae super ea re fecit (*ORF*² 15 p. 235): Nuper Teanum Sidicinum consul venit. Vxor eius dixit se in balneis virilibus lavari velle. Quaestori Sidicino M. Mario datum est negotium, uti balneis exigerentur, qui lavabantur. Vxor renuntiat viro parum cito sibi 20 balneas traditas esse et parum lautas fuisse. Idcirco palus destitutus est in foro, eoque ad ductus suae civitatis nobilissimus homo M. Marius. Vestimenta detracta sunt, virgis caesus est. Caleni, ubi id audierunt, edixerunt, ne 25 quis in balneis lavisse vellet, cum magistratus Romanus ibi esset. Ferentini ob eandem causam praetor noster quaestores arripi iussit: alter

1 pepererit *Hertz* | eius **X** || 3 qua **X²** || 6 et 7 C. om. **σ** || 9 seuior acriorque **Z** || 10 in oratione **Z** || 11 M.] om. **QB** in **Z** || 12 italicis om. **B** alicis **QZ** || 17 eius dixisse (is *in ras.* **Q**) **σ corr. Q²** edixit (dixit **N**) se (se om. **X**) γ || 18 Sid. M.] *Mms.* sidicino (-icioni) **OX²** -ici omi **X**) a m. γ sidicinam **σ** || 19 exirent **Q²** || 22 paulus **σ** | deductus **II** || 23 me marius **σ** || 25 Caleni—341, 2 om. **σ** | calenilibi γ

se de muro deiecit, alter prensus et virgis caesus est.

In tam atroci re ac tam misera atque maesta in-⁴
iuriae publicae contestatione ecquid est, quod aut
5 ampliter insigniterque aut lacrimose atque miseranter
aut multa copiosaque invidia gravique et penetrabili
querimonia dixerit? brevitas sane et venustas et mun-
dities orationis est, qualis haberi ferme in comoediarum
festivitatibus solet.

10 Item Gracchus alio in loco ita dicit (*ORF* p. 236):⁵
Quanta libido quantaque intemperantia sit ho-
minum adulescentium, unum exemplum vobis
ostendam. His annis paucis ex Asia missus est,
qui per id tempus magistratum non ceperat,
15 homo adulescens pro legato. Is in lectica fere-
batur. Ei obviam bubulus de plebe Venusina
advenit et per iocum, cum ignoraret, qui ferre-
tur, rogavit, num mortuum ferrent. Vbi id
audivit, lecticam iussit deponi, struppis, quibus
20 lectica deligata erat, usque adeo verberari ius-
sit, dum animam efflavit.

Haec quidem oratio super tam violento atque cru-⁶
deli facinore nihil profecto abest a cotidianis sermoni-
bus. At cum in simili causa aput M. Tullium cives⁷
25 Romani, innocentes viri, contra ius contraque leges
virgis caeduntur aut suppicio extremo necantur, quae
ibi tunc miseratio? quae comploratio? quae totius rei
sub oculos subiectio? quod et quale invidiae atque
acerbitatis fretum effervescit? animum hercle meum,⁸
30 cum illa M. Ciceronis lego, imago quaedam et sonus
verberum et vocum et eiulationum circumplexitur;

4 eoquid **Q** etquid **BNO¹X** || 6 grauiterque **Q** grauitque **Z**
grauique **X** | penetralia **X** || 11 que om. **B** || 13 his] an abhinc?
vd. I 10, 2 | in Asiam *Lipsius* Venusiam *Jordan* || 17 quid **II** ||
18 non **Q¹X¹** dum **BZ** || 19 stuppis (suppis **B**) ω corr. *Scioppius* ||
24 M. om. **σ** || 27 rei. p. **II** || 28 oculis **Q²II** || 29 cretum **Q¹BZ** ||
31 uerberum] **O** uerborum ω | circumflectitur **σ**

9 velut sunt ista, quae de C. Verre dicit, quae nos, ut
in praesens potuimus, quantum memoria subpeditabat,
adscripsimus (*V 62, 161*): Ipse inflammatus scelere
et furore in forum venit. Ardebat oculi, toto
ex ore crudelitas eminebat. Exspectabant om- 5
nes, quo tandem progressurus aut quidnam
acturus esset, cum repente hominem proripi
atque in foro medio nudari ac deligari et virgas
10 expediri iubet. Iam haec medius fidius sola verba:
nudari ac deligari et virgas expediri iubet tanti 10
motus horrorisque sunt, ut non narrari, quae gesta
sunt, sed rem geri prosus videoas.

11 Gracchus autem non querentis neque implorantis,
sed nuntiantis vicem: palus inquit in foro desti-
tutus est, vestimenta detracta sunt, virgis 15
12 caesus est. Sed enim M. Cicero praecclare cum
diutina repraesentatione non 'caesus est', sed (*V 62,*
162): caedebatur inquit virgis in medio foro
Messanae civis Romanus, cum interea nullus
gemitus, nulla vox illius miseri inter dolorem 20
strepitumque plagarum audiebatur, nisi haec:
'civis Romanus sum!' Hac commemoratione
civitatis omnia verbera depulsorum cruciatum-
13 que a corpore deiecturum arbitrabatur. Com-
plorationem deinde tam acerbae rei et odium in Verrem 25
detestationemque apud civis Romanos impense atque
acriter atque inflammanter facit, cum haec dicit (*V 62,*
163): O nomen dulce libertatis! o ius eximum
nostrae civitatis! o lex Porcia legesque Sem-
proniae! o graviter desiderata et aliquando 30
reddita plebi Romanae tribunicia potestas!

1 dicit *om.* **σ** || 2 praesenti **Π** || 3 inflammatur **QZ** || 5 cru-
delitatis **BZ** || 7 proripitur *rasis* tur **Q** proripiat **BZ** || 8 uirgis
(-es **Z**) **σ** || 10 uirgis **Q** uirga **BZ** || 14 paulus **σ** || 21 strep.
(scr. **BZ**) **σ** *Mart. Cap. V 517* crepitumque **γ** *Cic.* || 22 sum a
(sum ma **Z**) **σ** | Hac se *Cic.* || 24 diiecturum (uecturum **Q**) **ω** ||
26 incense **γ** || 28 eximiae **Π**

Hucine tandem haec omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces ac secures haberet, deligatus in 5 foro virgis caederetur? Quid? cum ignes ardentesque laminae ceterique cruciatus admovebantur, si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non leniebat, ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu gemituque 10 maximo commovebare?

Haec M. Tullius atrociter, graviter, apte copiose- 14 que miseratus est. Sed si quis est tam agresti aure 15 ac tam hispida, quem lux ista et amoenitas orationis verborumque modificatio parum delectat, amat autem 15 priora idcirco, quod incompta et brevia et non operosa, sed nativa quadam suavitate sunt quodque in his umbra et color quasi opacae vetustatis est, is, si quid iudicii habet, consideret in causa pari M. Catonis, antiquioris hominis, orationem, ad cuius vim et copiam 20 Gracchus nec adspiravit. Intelleget, opinor, Cato- 16 nem contentum eloquentia aetatis suae non fuisse et id iam tum facere voluisse, quod Cicero postea perfecit. In eo namque libro, qui de falsis pugnis 17 inscriptus est, ita de Q. Thermo conquestus est (*IX J.*): 25 Dixit a decemviris parum bene sibi cibaria curata esse. Iussit vestimenta detrahi atque flagro caedi. Decemviros Bruttiani verberaverunt, videre multi mortales. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc servitudo tem ferre potest? Nemo hoc rex ausus est 30 facere; eane fieri bonis, bono genere gnatis,

1 huccine **Q** huic(c)ine ω | autem **X** | haec om. *Cic.* || 2 Rom. om. **δ** | pop. R. in] appin (-un **Q**) **δ** || 3 pop. R.] p **δ** || 4 falces **Q** | habere **δ** || 6 et mou. **QZ** et adm. **B²** || 8 inhibebat *Cic.* || 11 grauiterque **BX** || 17 calor **Z** squalor *Btl.* | opiae *Markland* || 24 de- qu(a)e termo (ter m. **X**) **BX** de quat(t)ernio **QZ** || 31 ignatis **BZ**

boni consultis? ubi societas? ubi fides maiorum?
 Insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos
 dolores atque carnificinas per dedecus atque
 maximam contumeliam inspectantibus popula-
 ribus suis atque multis mortalibus te facere
 ausum esse? Set quantum luctum, quantum
 gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum
 factum audivi! Servi iniurias nimis aegre
 ferunt: quid illos, bono genere gnatos, magna
 virtute praeditos, opinamini animi habuisse
 atque habituros, dum vivent?

18 Quod Cato dixit: Bruttiani verberavere, ne
 19 qui fortasse de Bruttianis requirat, id significat: Cum
 Hannibal Poenus cum exercitu in Italia esset et ali-
 quot pugnas populus Romanus adversas pugnavisset,¹⁵
 primi totius Italiae Bruttii ad Hannibalem desciverunt.
 Id Romani aegre passi, postquam Hannibal Italia de-
 cessit superatique Poeni sunt, Bruttios ignominiae
 causa non milites scribebant nec pro sociis habebant,
 sed magistratibus in provincias euntibus parere et²⁰
 praeministrare servorum vicem iusserunt. Itaque hi
 sequebantur magistratus, tamquam in scaenicis fabulis
 qui dicebantur 'lorarii', et quos erant iussi, vinciebant
 aut verberabant; quod autem ex Bruttii erant, appellati
 sunt 'Bruttiani'.²⁵

2 sqq. Non. II p. 187, 24 13 sqq. Paul. p. 31, 12 CGL
 VI 153 Strab. V 4, 13 p. 251 Appian. Hannib. 61 Fulgent. serm.
 ant. p. 566 M. 23 CGL VI 655

1 consultis σ consuetis *Mms.* || 2 eos] eis *Non.* vis *Perottus*!
 3 carnificans *Non.* || 6 esses et δ || 8 nimias *Mms.* || 12 ne quis **II**
 neque **QZ** || 13 forte **II** || 20 abeuntibus **II** || 21 uice **Q** | itaque
 insequebantur **X** || 23 lolarii δ *cfr. Schoell, Plaut. Capt. praef. XII* ||
 24 q. ante **Z**

IV

Quod P. Nigidius argutissime docuit nomina non positiva esse,
sed naturalia.

Nomina verbaque non positu fortuito, sed quadam 1
5 vi et ratione naturae facta esse P. Nigidius in gram-
maticis commentariis docet, rem sane in philoso-
phiae dissertationibus celebrem. Quaeri enim solitum 2
aput philosophos, φύσει τὰ ὄντα στατά sint η θέσει. In 3
eam rem multa argumenta dicit, cur videri possint verba
10 esse naturalia magis quam arbitraria. Ex quibus hoc
visum est lepidum et festivum (*fr. 41 Sw.*): 'Vos' inquit 4
cum dicimus, motu quodam oris conveniente
cum ipsius verbi demonstratione utimur et
labeas sensim primores emovemus ac spiritum
15 atque animam porro versum et ad eos, quibus-
cum sermocinamur, intendimus. At contra cum
dicimus 'nos', neque profuso intentoque flatu
vocis neque projectis labris pronuntiamus,
sed et spiritum et labeas quasi intra nosmet
20 ipsos coercemus. Hoc idem fit et in eo, quod
dicimus 'tu', 'ego' et 'tibi' et 'mihi'. Nam sicuti,
cum adnuimus et abnuimus, motus quidam ille
vel capitis vel oculorum a natura rei, quam
significat, non abhorret, ita in his vocibus
25 quasi gestus quidam oris et spiritus naturalis
est. Eadem ratio est in Graecis quoque voci-
bus, quam esse in nostris animadvertisimus.

26 Chrysipp. ap. Galen. V p. 216 K.

7 disertationibus **X** dissert. σ discepcionibus *Mercklin*, sed
vd. *Goetz*, *Archiv f. Lex.* II 347 || 8 ΤαΟ (Gr. **Q**) nominata sunt
(sint **B**) **σ** || 9 d. cur] dr **BZ** dnr **Q** || 10 natura (ex natu **Q**) alia **σ** ||
11 inq.] enim **II** || 14 labas γ || 16 quibus conserm. (cums. **Z**) **BZ**
cum om. **X** || 19 labas γ || 21 tu om. **Z** tum **QB** tu et **II** || 24 id
iam hi(i)s (iambis **B**) **σ** ita iam his *Hertz*

V

'Avarus' simplexne vocabulum sit, an compositum et duplex,
sicut P. Nigidio videtur.

- 1 'Avarus' non simplex vocabulum, sed iunctum copulatumque esse P. Nigidius dicit in commentariorum undetricesimo (*fr. 42 Sw.*). Avarus enim inquit appellatur, qui avidus aeris est. Sed in ea copula e littera inquit detrita est. Item (*fr. 44 Sw.*) locupletem dictum ait ex conpositis vocibus, qui pleraque loca, hoc est, qui multas possessiones teneret.
- 3 Sed probabilius id firmiusque est, quod de locuplete dixit. Nam de 'avaro' ambigitur: cur enim non videri possit ab uno solum verbo inclinatum, quod est 'aveo', eademque esse fictura, qua est 'amarus', de quo nihil dici potest, quin duplex non sit?

VI

Multam dictam esse ab aedilibus plebei Appi Caeci filiae, mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.

- 1 Non in facta modo, sed in voces etiam petulantiores publice vindicatum est; ita enim debere esse visa est
- 2 Romanae disciplinae dignitas inviolabilis. Appi namque illius Caeci filia a ludis, quos spectaverat, exiens turba undique confluentis fluctuantisque populi iactata est. Atque inde egressa, cum se male habitam diceret:

6 Gl. Reiff. 21 9 Cic. de re p. II 9, 16 (= Non. I p. 42,
22 Isid. X 155 diff. 137; 166) Ov. f. V 281 Paul. p. 119, 2 Quint.
V 10, 55 Plin. XVIII 3, 11 GLK VII 525, 4 Anecd. H. 277, 19
schol. Ter. heaut. II 3, 17 p. 116 Schl. Gl. Reiff. 22 CGL VI 653
13 sqq. Non. V p. 442, 10 Isid. X 9 23 sqq. Liv. epit. 19
Val. Max. VIII 1 damn. 4 Suet. Tib. 2

5 P.] p. Q om. ω || 7 appellatus ΝΟ || 8 ε om. δ || 15 auet Q
abeo ω | figura Vogel || 18 Cecilie mul. δ || 20 pet. <antiquitus>
Eussner || 25 doleret puto

'quid me nunc factum esset' inquit 'quantoque artius pressiusque conflictata essem, si P. Claudius, frater meus, navalii proelio classem navium cum ingenti civium numero non perdidisset? certe quidem maiore 5 nunc copia populi oppressa intercidissem. Sed utinam' inquit 'reviviscat frater aliamque classem in Siciliam ducat atque istam multitudinem perditum eat, quae me nunc male miseram convexavit!' Ob haec mulieris 3 verba tam improba ac tam incivilia C. Fundanius et 10 Tiberius Sempronius, aediles plebei, multam dixerunt ei aeris gravis viginti quinque milia. Id factum esse 4 dicit Capito Ateius in commentario de iudiciis publicis (*fr. 2 H. et Br.*) bello Poenico primo Fabio Licino Otacilio Crasso consulibus.

15

VII

Fluminum, quae ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine esse Nilum, secunda Histrum, proxima Rodanum, sicuti M. Varronem memini scribere.

Omnium fluminum, quae in maria, qua imperium 1
20 Romanum est, fluunt, quam Graeci $\tauὴν εἰσω θάλασσαν$ appellant, maximum esse Nilum consentitur. Proxima magnitudine esse Histrum scripsit Sallustius (*hist. fr. III 80 M.*). Varro (*ant. hum. XIII fr. 6 Mi.*) autem 2 cum de parte orbis, quae Europa dicitur, dissereret,
25 in tribus primis eius terrae fluminibus Rodanum esse ponit, per quod videtur eum facere Histro aemulum. Histros enim quoque in Europa fluit.

2 P. om. **σ** || 10 plebe **ī σ** plebe **γ** || 14 licinio **σ ΠΧ** | et
Otacilio *Carrio* et t. acilio **ΝΠ** et **ī acilio** (teracilio **Q**) **ω** | et
crasso **X** || 16 intra *Mercerus* || 27 histrus **γ** | fuit **ΖΧ**

VIII

Inter ignominias militares, quibus milites coercebantur, fuisse sanguinis dimissionem; et quaenam esse videatur causa huiusmodi castigationis.

1 Fuit haec quoque antiquitus militaris animadversio 5 iubere ignominiae causa militi venam solvi et sanguinem
 2 dimitti. Cuius rei ratio in litteris veteribus, quas
 equidem invenire potui, non exstat; sed opinor factum
 hoc primitus in militibus stupentis animi et a naturali
 habitu declinatis, ut non tam poena quam medicina 10
 3 videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta idem
 factitatum esse credo per consuetudinem, quasi minus
 sani viderentur omnes, qui delinquerent.

IX

Quibus modis quoque habitu acies Romana instrui solita sit, 15
 quaeque earum instructionum sint vocabula.

1 Vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo
 acies appellari solet: 'frons', 'subsidia', 'cuneus', 'orbis',
 2 'globus', 'forfices', 'serra', 'alae', 'tresses'. Haec et
 quaedam item alia invenire est in libris eorum, qui 20
 3 de militari disciplina scripserunt. Tralata autem
 sunt ab ipsis rebus, quae ita proprie nominantur,
 earumque rerum in acie instruenda sui cuiusque vocabuli
 imagines ostenduntur.

5 sqq. Cato de re mil. fr. 15 J. apud (Frontin.) IV 1, 16
 7 Amm. XVI 7, 8 18 Cato de re mil. fr. 11 J. (Veget. III
 19 al. Isid. IX 3 Fest. et CGL s. vv.)

2 exercebantur **Q** || 3 dem. ω *praeter* **Z** || 6 ueniam **BZ IX¹** ||
 9 a *om.* **Q** || 10 declinantis **QN O² II¹** || 20 ita **Q**

X

Quae eius rei causa sit, quod et Graeci veteres et Romani anulum hoc digito gestaverint, qui est in manu sinistra minimo proximus.

Veteres Graecos anulum habuisse in digito accepimus sinistre manus, qui minimo est proximus. Romanos quoque homines aiunt sic plerumque anulis usitatos. Causam esse huius rei Apion in libris Aegyptiacis (*FHG III 511*) hanc dicit, quod insecessus apertisque humanis corporibus, ut mos in Aegypto fuit, quas Graeci ἀνατροπὰς appellant, repertum est nervum quendam tenuissimum ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac pervenire; propterea non inscitum visum esse eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens et quasi conexus esse cum principatu cordis videretur.

XI

Verbum 'mature' quid significet quaeque vocis eius ratio sit; et quod eo verbo volgus hominum inproprie utitur; atque inibi, quod 'praecox' declinatum 'praecocis' facit, non 'praecoquis'.

'Mature' nunc significat 'propere' et 'cito' contra ipsius verbi sententiam; aliud enim est 'mature', quam dicitur. Propterea P. Nigidius, homo in omnium bonarum artium disciplinis egregius (*fr. 48 Sw.*): 'mature' inquit est, quod neque citius est neque serius, sed medium quiddam et temperatum est.

⁵ sqq. Plin. XXXIII 1, 24 Macr. VII 13, 7; 11; 14 Isid. XIX 32, 2 Plut. quaest. conv. IV 8 p. 672 C ²² sqq. Serv. (pl.) g. I 260 (Gellio laudato) A. I 137 Non. I p. 51, 18 Macr. VI 8, 7 (GLK I 204, 25)

³ hoc] **d** in eo γ || ⁵ accipimus **BZN** ¹ **II** || ⁶ in imo **0** ||
⁷ plerique **BZ** || ¹⁴ institutum **X** || ¹⁵ quasi et quasi **NO** ||
¹⁹ utatur **Hertz** || ²⁰ facit] **Z** faciat ω || ²⁶ est alt. om. *Macr.*

3 Bene atque proprie P. Nigidius. Nam et in frugibus et in pomis 'matura' dicuntur, quae neque cruda et inmitia sunt neque caduca et decocta, sed 4 tempore suo adulta maturataque. Quoniam autem id, quod non segniter fiebat, 'mature' fieri dicebatur, progressa plurimum verbi significatione non iam, quod non segnius, sed quod festinatius fit, id fieri 'mature' dicitur, quando ea, quae praeter sui temporis modum properata sunt, 'inmatura' verius dicantur.

5 Illud vero Nigidianum rei atque verbi tempera- 10 mentum divos Augustus duobus Graecis verbis elegantissime exprimebat. Nam et dicere in sermonibus et scribere in epistulis solitum esse aiunt: $\sigma\pi\varepsilon\tilde{v}\delta\varepsilon$ $\beta\varrho\alpha\delta\acute{\varepsilon}\omega\varsigma$, per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriae celeritas et diligentiae 15 tarditas, ex quibus duobus contrariis fit maturitas. 6 Vergilius quoque, si quis animum adtendat, duo ista verba 'properare' et 'maturare' tamquam plane contraria scitissime separavit in hisce versibus (*g. I* 259):

frigidus agricolam si quando continet imber, 20
multa, forent quae mox caelo properanda
sereno,
maturare datur.

7 Elegantissime duo verba ista divisit; namque in praeparatu rei rusticae per tempestates pluvias, quoniam 25 otium est, 'maturari' potest, per serenas, quoniam tempus instat, 'properari' necessum est.

8 Cum significandum autem est, coactius quid factum et festinatius, tum rectius 'praemature' factum id

13 Suet. Aug. 25

3 et nimium cocta s. t. s. temperate adulta (mat. om.) *Macr.* ||
6 significatione] Q -atio stet (et Z²) BZ -atio est et γ || 7 festinatius Q¹NOX || 9 properati B praeparata Q || 15 industria ce // / / / literatis X || 20 agricultas *Macr.* || 25 quando O² quom (ut semper) N || 26 ex necessitate otium *Macr.* || 29 festinatius γZ

dicitur quam 'mature', sicuti Afranius dixit in to-gata, cui Titulus nomen est (*v. 335 R.³*):

ádpetis dominátum demens praémature praé-cocem,

⁵ in quo versu animadvertisendum est, quod praecocem⁹ inquit, non 'praecoquem'; est enim casus eius rectus non 'praecoquis', sed 'praecox'.

XII

De portentis fabularum, quae Plinius Secundus indignissime
¹⁰ in Democritum philosophum confert; et ibidem de simulacro volucri columbae.

Librum esse Democriti, nobilissimi philosopho-¹
rum, de vi et natura chamaeleontis eumque se legisse
Plinius Secundus in naturalis historiae vice-
¹⁵ simo octavo (*XXVIII 8, 112*) refert multaque vana
atque intoleranda auribus deinde quasi a Democrito
scripta tradit, ex quibus pauca haec inviti meminimus,
quia pertaesum est: accipitrem avium rapidissimum a²
chamaeleonte humi reptante, si eum forte supervolet,
²⁰ detrahi et cadere vi quadam in terram ceterisque avi-
bus laniandum sponte sua obiicere sese et dedere.
Item aliud ultra humanam fidem: caput et collum³
chamaeleontis si uratur ligno, quod appellatur 'robur',
imbres et tonitrus fieri derepente, idque ipsum usu
²⁵ venire, si iecur eiusdem animalis in summis tegulis
uratur. Item aliud, quod hercle an ponerem dubitavi, —⁴
ita est deridiculae vanitatis — nisi idcirco plane posui,
quod oportuit nos dicere, quid de istiusmodi admira-
tionum fallaci inlecebra sentiremus, qua plerumque

² titulus Omen *Janus* || ³ demens] ueteris *Macr.* *P unde*
Veneris *Ribb.* || ⁷ praecocis ω || ⁹ portensis **BZ** || ¹⁰ et *om. γ* ||
¹⁴ naturali **QZ** | historia **B** *unde* vicesima octava *Gr.* || ¹⁸ auem **II** ||
²⁰ animalibus *Plin.* || ²² et guttur *Plin.* || ²⁶ utatur **Q** || ²⁹ ple-
raque **X**

capiuntur et ad perniciem elabuntur ingenia maxime sollertia eaque potissimum, quae descendit cupidiora sunt. Sed redeo ad Plinium. Sinistrum pedem ait chamaeleontis ferro ex igni calefacto torri cum herba, quae appellatur eodem nomine chamaeleontis, et utrumque macerari unguento conligique in modum pastilli atque in vas mitti ligneum et eum, qui id vas ferat, etiamsi is in medio palam versetur, a nullo videri posse.

6 His portentis atque praestigiis a Plinio Secundo scriptis non dignum esse cognomen Democriti puto; 10 vel illud quale est, quod idem Plinius in decimo libro (X 49, 137) Democritum scripsisse ad severat aves quasdam esse certis vocabulis et earum avium confuso sanguine gigni serpentem; eum qui ederit, 15 linguis avium et conloquia interpretaturum.

8 Multa autem videntur ab hominibus istis male sollertibus huiuscemodi commenta in Democriti nomen data nobilitatis auctoritatisque eius perfugio utentibus.

9 Sed id, quod Archytam Pythagoricum commentum esse atque fecisse traditur, neque minus admirabile neque tamen vanum eaque videri debet. Nam et plerique nobilium Graecorum et Favorinus philosophus, memoriarum veterum exsequentissimus, affirmatissime scripserunt simulacrum columbae e ligno ab 25 Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum volasse; ita erat scilicet libramentis suspensum et aura spiritus inclusa atque occulta concitum. Libet hercule super re tam abhorrenti a fide ipsius Favorini

15 Plin. XXIX 4, 72
XXVIII 1, 22

17 Amm. XXX 1, 2

19 Amm.

2 sollercie (-tie **B**) aqu(a)e (eaque // **Q**) **σ** || 3 pedum **QZ** ||
4 ex — chamaeleontis *om.* **σ** | torri in furno *Plin.* || 5 et ferro
(foro **X**) et **NOX** || 7 id *om.* **σ** in **II** | feret **X** || 11 non indignum **B** || 15 qui sederit **Q** si quis ed. **γ** quisquis *Plin.* ||
22 uidere **BZ** || 23 pleraque **X** || 28 inlusa (ill. **II**) **BZO¹N¹II**

verba ponere (*fr. 62 Ma.*): *'Αρχύτας Ταραντῖνος τὰ
ἄλλα καὶ μηχανικὸς ὃν ἐποίησεν περιστερὰν
ξυλίνην πετομένην· δπότε καθίσειεν, οὐκέτι
ἀνιστάτο. μέχρι γὰρ τούτου ***.*

5

XIII

'Cum partim hominum' qua ratione veteres dixerint.

'Partim hominum venerunt' plerumque dicitur, 1
quod significat 'pars hominum venit', id est quidam
homines. Nam 'partim' hoc in loco adverbium est
10 neque in casus inclinatur, sicuti 'cum partim hominum'
dici potest, id est cum quibusdam hominibus et quasi
cum quadam parte hominum. M. Cato in oratione²
de re Floria ita scripsit (*LVII 2 J.*): Ibi pro scorto
fuit, in cubiculum subrectitavit e convivio,
15 cum partim illorum iam saepe ad eundem
modum erat. Imperitiores autem 'cum parti' legunt,³
tamquam declinatum sit quasi vocabulum, non dictum
quasi adverbium.

Sed Q. Claudius in vicesimo primo annali⁴
20 (*fr. 87 P.*) insolentius paulo hac figura est ita usus:
Enim cum partim copiis hominum adulescen-
tium placentem sibi. Itemque Claudi in vice-
simo tertio annali verba haec sunt (*fr. 89 P.*): Sed
idecirco me fecisse, quod utrum neglegentia
25 partim magistratum an avaritia an calamitate
populi Romani evenisse dicam, nescio.

1 τὰ om. γ || 3 ΔΠΟΤΕ γ (om. δ) <ην> δπότε Jacobi ητις
εἰποτε σ | ΚΔΘΗCEIEN (ΚΔΘΕC. ΙΙX) γ || 4 μ. γ. τ. del. Hertz ||
10 sic vel Eussner || 13 scribit ΙΙ || 14 subreptitavit *edd.* vett. ||
16 erant Duebner | partim QB ΙΙX || 20 ac BZ ea Q || 21 cor-
pus Q || 22 placent(i)um Lion || 22 Item Q. (N) σ || 25 magistra-
tuum Q

XIV

'Iniuria mihi factum itur' quali verborum ordine Cato dixerit.

1 Audio 'illi iniuriam factum iri', audio 'contumeliam
dictum iri' vulgo quoque ita dici, vulgo et istam esse
verborum figuram iam in medio loquendi usu, idcir-⁵
2 coque exemplis supersedeo. Sed 'contumelia illi' vel
'iniuria factum itur' paulo est remotius, exemplum
3 igitur ponemus. M. Cato pro se contra C. Cassium
(*LIV J.*): Atque evenit ita, Quirites, uti in hac
contumelia, quae mihi per huiusce petulantiam ¹⁰
factum itur, rei quoque publicae medius fidius
4 miserear, Quirites. Sicut autem 'contumeliam
factum iri' significat iri ad contumeliam faciendam,
id est operam dari, quo fiat, ita 'contumelia mihi
factum itur' casu tantum inmutato idem dicit. ¹⁵

XV

De flaminis Dialis deque flaminicae caerimonis; verbaque ex
edicto praetoris apposita, quibus dicit non coacturum se ad
iurandum neque virgines Vestae neque Dialem.

1 Caerimoniae impositae flamini Diali multae, item ²⁰
castus multiplices, quos in libris, qui de sacerdo-
tibus publicis compositi sunt (*fr. 19; 24; 35; 46*
RPeter), item in Fabii Pictoris librorum primo
2 (*fr. 3 H. et Br.*) scriptos legimus. Vnde haec ferme
3 sunt, quae commemoramus: Equo Dialem flaminem ²⁵

25 Paul. p. 81, 17 Plin. XXVIII 9, 146 Plut. quaest. R. 40
Serv. pl. A. VIII 552

2 qua verb. ratione *Vogel* || 4 vulgo alt. om. **T** del. **Q** ||
5 usu] **TYQ** ² usus **ω** || 8 contra concasum atque uenilita **δ** ||
11 fidius om. **δ** || 13 facturi **BZO** ¹ **IX** || 14 fiat contumelia (cont.
om. **B**) mihi (ita **N** mihi. ita **O**) **ω** corr. *Carrio* || 15 casum (ca-
susum **Q**) t. inmutatio id est (idem **Q**) **δ** || 17 flaminee **Q** flami-
ni **B** || 21 qui] quae **X** quo **OZ** || 22 composita **Q**

vehi religio est; <item religio est> classem procinctam 4
extra pomerium, id est exercitum armatum, videre;
idecirco rarerter flamen Dialis creatus consul est, cum
bella consulibus mandabantur; item iurare Dialem fas 5
5 numquam est; item anulo uti nisi pervio cassoque fas 6
non est. Ignem e 'flaminia', id est flaminis Dialis 7
domo, nisi sacrum efferrari ius non est. Vinctum, si 8
aedes eius introierit, solvi necessum est et vincula
per impluvium in tegulas subduci atque inde foras in
10 viam demitti. Nodum in apice neque in cinctu neque 9
in alia parte ullum habet. Si quis ad verberandum 10
ducatur, si ad pedes eius supplex procubuerit, eo die
verberari piaculum est. Capillum Dialis, nisi qui liber 11
homo est, non detonset. Capram et carnem incoctam 12
15 et hederam et fabam neque tangere Diali mos est ne-
que nominare. Propagines e vitibus altius praetentas 13
non succedit. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui 14
circumlitos esse oportet et de eo lecto trinoctium con-
tinuum non decubat neque in eo lecto cubare alium
20 fas est. Apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum

| | | |
|--|--|--------------------|
| 1 Fest. p. 249, 22 | 4 Paul. p. 104, 11 Plut. l. l. 44 Liv. | |
| XXXI 50, 6 (CIL XII 6038, 7) | 5 Paul. p. 82, 19 | 6 Paul. |
| p. 106, 4; 89, 10 Serv. pl. A. II 57 | VIII 363 | 8 Plut. l. l. 111 |
| Serv. pl. A. II 57 | 10 Paul. p. 82, 19 | 11 Plut. l. l. 111 |
| Serv. pl. A. III 607 | 13 (Serv. A. I 448) | 14 sq. Plut. l. |
| l. 111; 110; 112 Paul. p. 82, 18; 87, 13 | Plin. XVIII 12, 119 schol. | |
| Ter. Eun. II 3, 90 p. 76 Schl. | 16 Plut. l. l. 112 | 18 Plut. |
| l. l. 40 Tac. a. III 71 (Liv. V 52, 13) | | |

1 it. r. est add. Hertz non uidere religio est in v. 2 TY ||
2 id. e. e. arm. del. Hertz || 5 uti nisi] utinis **N** uti (ut **Z**) in
(//) Q his **d** || 7 in sacrum *Lipsius* | effer(r)iri **N**⁰**1****I**¹**XZ** || 10 di-
mitti ω | nondum **N**¹**I** non **OX** | nisi apice *Bongars*. || 11 in
alia] Q in alia in **BZ** alia in γ | ullam **O****IX** ulla **QB** | habeto
et esto (v. 13) *Heinsius* || 14 <et canem> et c. *Leo* || 16 praetentus
BZNO**I** || 17 succedest **N** succidet **QO****IX** | luto] vd. *Frazer*,
Class. Rev. II 322 || 19 alium] **XO**³ ne alium ω unde erat, cum
supplebam ne <flaminum quidem> alium || 20 est. Apud] est.
Apud neque apud ω neque apud eum alium *Mms.* ('expectares
alium eum' *Hertz*)

- 15 strue atque fertu oportet. Vngium Dialis et capilli
segmina subter arborem felicem terra operiuntur.
16.17 Dialis cotidie feriatus est. Sine apice sub divo esse
licitum non est; sub tecto uti liceret, non pridem a
pontificibus constitutum **Masurius Sabinus** (*fr. 28 H.*)⁵
18 *memor. 16 Br.*) scripsit et alia quaedam remissa, gratia-
que aliquot caerimoniarum facta dicitur.
19 Farinam fermento inbutam adtingere ei fas non
20 est. Tunica intima nisi in locis tectis non exuit se,
ne sub caelo tamquam sub oculis Iovis nudus sit.¹⁰
21 Super flaminem Dialem in convivio, nisi rex sacri-
22 ficulus, haut quisquam alius accumbit. Vxorem si
23 amisit, flamonio decedit. Matrimonium flaminis nisi
24 morte dirimi ius non est. Locum, in quo bustum est,
25 numquam ingreditur, mortuum numquam attingit; funus¹⁵
tamen exsequi non est religio.
26 Eaedem ferme caerimoniae sunt flaminicae Dialis;
27 *alias* seorsum aiunt observitare, veluti est, quod
28 venenato operitur, et quod in rica surculum de arbore

3 Plut. l. l. 40 Varro l. l. V 15, 84 Serv. pl. A. I 305 VIII 552;
664 (= Isid. VII 12, 18) Appian. b. c. I 65 schol. Luc. I 604

6 Tac. a. III 71 IV 16 8 Plut. l. l. 109 Serv. pl. I 179

9 Plut. l. l. 40 11 Fest. p. 185, 22 12 sq. Plut. l. l. 50
(ex Ateio) Paul. p. 89, 13 Trogus apud GLK II 149, 6 Serv. pl. A.
IV 29 (Tertull. de exh. cast. 13 Hieron. ep. 123, 8 adv. Iovin. I 49)

14 Serv. A. VI 176 XI 76 Dio Cass. LIV 28, 4 CIL XII 6038, 7

19 Paul. p. 89, 13; 92, 16 Serv. pl. A. IV 137 XII 602

2 felicem] siliquas **O³** || 3 fertatus ω sertatus **TY corr.** *Tur-*
nibus || 4 esset **BZ** | subiecto **σ** | utiliter et ω corr. *Gr.* || 6 scrip-
sit talia **OX** || 8 ei] et **BZ** || 9 tunica] **Q** -am ω **TY** | intimam
BN² II X TY | exuisse (-usisse **X** -uise **Q**) ω corr. **Q²** exuit **TY** ||
10 ne] **TY om.** ω || 12 aut **σ O IX** | occumbit **BZ** decumbit **TY** ||
13 amiserit **B** | flamunio (a ex u **X**) **OX** flamynio **Z** flam(m)inio ω ||
14 quo b.] **Q** qui b. **II** quibus tum ω || 15 finis **X** funis **BZ** ||
17 flaminicas (-nias **II** flammicas **Q**) d. (diales **II**) seorsum ω
corr. *Huschke* quas flaminicas σ || 19 bene nato ω corr. *Fruter.* |
in rita (s. inrita) ω

felici habet, et quod scalas, *<nisi>* quae Graecae appell- 29
lantur, escendere ei plus tribus gradibus religiosum
est atque etiam, cum it ad Argeos, quod neque comit 30
caput neque capillum depeicit.

5 Verba praetoris ex edicto perpetuo de flamine 31
Diali et de sacerdote Vestae adscripti (*FIR p.*
197): Sacerdotem Vestalem et flaminem Dialem
in omni mea iurisdictione iurare non cogam.
Verba M. Varronis ex secundo rerum divinarum 32
10 super flamine Diali haec sunt (*fr. 4 p. CXIII M.*): Is
solum album habet galerum, vel quod maximus,
vel quod Iovi immolata hostia alba id fieri
oporteat.

XVI

15 Quos errores Julius Hyginus in sexto Vergilii animadverterit
in Romana historia erratos.

Reprehendit Hyginus (*fr. 4 p. 25 Bu.*) Vergilium 1
correcturumque eum fuisse existimat, quod in libro
sextῳ (v. 365) scriptum est. Palinurus est apud in- 2
20 feros petens ab Aenea, ut suum corpus requirendum
et sepeliendum curet. Is hoc dicit:

eripe me his, invicte, malis, aut tu mihi
terram
inice, namque potes, portusque require Ve-
linos.

25 Quo inquit modo aut Palinurus novisse et no- 3

1 Serv. pl. A. IV 646 3 Plut. l. l. 86 Ov. f. III 397 VI
226 sqq. 11 Paul. p. 10, 12 Serv. pl. A. II 683 Isid. XIX
30, 5 17 sqq. Serv. A. VI 359 GLK I 443, 29

1 felici] silica σ | nisi add. *Scaliger* | appellatur ΟΝΊΞΖ
quae graece κλιμακης appellantur (-atur ΟΞ) ΝΞΟΞ || 2 eascen-
dere Ξ eas escendere (asc. ΚΞΒ) ω εασεσ. scandere Η || 7 sacer-
dotalem Ζ || 8 cogat Ν || 11 solus σ || 12 <de> Iovi Boot | albato
fieri γ id del. *Carrio* || 15 animaduertit Ζ || 17 Reprehendet
ΒΖΟΞ || 18 fuisset ΒΖ || 22 flammis ΝΞ || 24 potest ΒΖΟΞ

minare potuit portus Velinos aut Aeneas ex eo nomine locum invenire, cum Velia oppidum, a quo portum, qui in eo loco est, Velinum dixit, Servio Tullio Romae regnante post annum amplius sescentesimum, quam Aeneas in Italiā venit, conditum in agro Lucano et eo nomine appellatum est? Nam qui ab Harpalō inquit regis Cyri praefecto ex terra Phocide fugati sunt, alii Veliam, partim Massiliam considerunt. Inscitissime igitur petit, ut Aeneas portum Velinum requirat, cum id nomen eo tempore fuerit nusquam gentium. Neque simile inquit illud videri debet, quod est in primo carmine (*I* 2):

15

Italiā fato profugus Lavinaque venit
litora,

7 et aequē in sexto libro (*VI* 17):

Chalcidicaque levis tandem superastitit arce,
8 quoniam poetae ipsi quaedam *κατὰ πρόληψιν*
historiae dicere ex sua persona concedi solet,
quae facta ipse postea scire potuit, sicut Vergilius scivit de Lavinio oppido et de colonia
9 Chalcidicensi. Sed Palinuros qui potuit inquit
scire ea, quae post annos sescentos facta sunt,
nisi quis eum divinasse apud inferos putat,
10 proinde ut animae defunctorum solent? Sed
et si ita accipias, quamquam non ita dicitur,
Aeneas tamen, qui non divinabat, quo pacto

7 sqq. Amm. XV 9, 7

19 Serv. A. I 2 GLK I 443, 29

1 aut] et **N**o¹**Z** || 12 fuerit] **II** fuit ω || 15 lauiniaque **O** **II** ||
20 historia **δ** **N** **X** | ducere **X** adicere **II** || 21 scire] **II** sciri ω ||
22 lauino **B** || 23 c(h)alc(h)idinensi (alch. **Z**) ω | id inquit **N**o **II** ||
25 nisi] non **Z**

potuit requirere portum Velinum, cui nomen
tunc, sicut diximus, nullum usquam fuit?

Item hoc quoque in eodem libro reprehendit et 11
correcturum fuisse Vergilium putat, nisi mori occu-
5 passet. Nam cum Thesea inquit inter eos nomi- 12
nasset, qui ad inferos adissent ac redissent,
dixissetque (*A. VI* 122):

quid Thesea, magnum
quid memorem Alciden? et mi genus ab Iove
10 summo est,

postea tamen infert (*VI* 617):

sedet aeternumque sedebit
infelix Theseus.

Qui autem inquit fieri potest, ut aeternum apud 13
15 inferos sedeat, quem supra cum is nominat, qui
descenderint illuc atque inde rursum evaserint,
praesertim cum ita sit fabula de Theseo, atque
si Hercules eum evellerit e petra et in lucem
ad superos eduxerit?

20 Item in his versibus errasse Vergilium dicit (*A. 14*
VI 838):

eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenae
ipsumque Aeaciden, genus armipotentis
Achilli,
25 ultus avos Troiae, templa intemerata Mi-
nervae.

Confudit inquit et personas diversas et tem- 15
pora. Nam neque eodem tempore neque per
eosdem homines cum Achaeis et cum Pyrro

3 sqq. Serv. A. VI 617

20 sqq. Serv. A. VI 839

4 esse **Q**γ | mors γ || 7 dixisset **σ** || 9 mihi plerique codd.
15 his **Q**Π**X**² | commemorat **Π** || 18 de **Z****H** || 20 uerbis **X** ||
25 et temerata *Verg.* || 27 tempore **Q****O**¹ || 29 pyrre **X** pyrro in
italiam **Q**

16 bellatum est. Pyrrus enim, quem dicit Aeaciden; de Epiro in Italiam transgressus cum Romanis depugnavit adversus Manium Curium, 17 in eo bello ducem. Argivum autem bellum, id est Achaicum, multis post annis a L. Mummo 5 imperatore gestum est. Potest igitur inquit medius eximi versus, qui de Pyrro importune inmissus est, quem Vergilius procul dubio exempturus inquit fuit.

XVII

10

Quam ob causam et quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese privaverit; et super ea re versus Laberii pure admodum et venuste facti.

1 Democritum philosophum in monumentis historiae Graecae scriptum est, virum praeter alios venerandum auctoritateque antiqua praeditum, luminibus oculorum sua sponte se privasse, quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus vegetiores et exactiores fore, si eas videndi inlecebris et oculorum impedimentis 15 liberasset. Id factum eius modumque ipsum, quo cætitatem facile sollertia subtilissima concivit, Laberius poeta in mimo, quem scripsit Restionem, versibus 2 liberasset. Id factum eius modumque ipsum, quo cætitatem facile sollertia subtilissima concivit, Laberius poeta in mimo, quem scripsit Restionem, versibus

14 sqq. Vinc. Bell. spec. doctr. IV 176 'Vnde de Demetrio philosopho refert A. Gellius in libro noctium Atticarum, quod natione Abderites fuerit et ditissimus, qui omne patrimonium suum relinquens suis civibus Athenas profectus est et ibi oculos sibi eruit scilicet impedimenta bonorum studiorum, ut vegetiores cogitationes haberet. Laberius tamen dicit eum oculos sibi eruisse, ne videret bene esse malis civibus.' Cic. fin. V 29, 87 Tusc. V 39, 114 Plut. de curios. 12 p. 521 D (Tertull. apol. 46)

1 cum **X** | (a)eacidem **Q** -ida **BZ** -id(a)e γ || 2 de epyro **O** de pyrro **H** et e pirro (epyrro **Q**) **σ** dea e pyro **X** || 3 manlium **Q** | 9 i. f.] esset **H** || 17 quia] qu(a)e **σ** qua **NO¹Q²** || 19 uegetatores **X** || 23 inscripsit σ | rectiorem (rett. **X**) **ΠX** restitionem **O**

quidem satis munde atque graphice factis descriptsit,
sed causam voluntariae caecitatis finxit aliam vertitque
in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter.
Est enim persona, quae hoc apud Laberium dicit,³
⁵ divitis avari et parci sumptum plurimum asotiamque
adulescentis viri deplorantis. Versus Laberiani sunt⁴
(v. 72 R.³):

Demócritis Abderítes physicus phílosophus
clipeúm constituit cóntra exortum Hyperío-

10 nis,

oculós effodere ut pósset splendore aéreo.

Ita rádiis solis áciem effodit lúminis,
malís bene esse né videret cívibus.

sic égo fulgentis spléndorem pecúniae

15 volo élucificare éxitum aetati meae,
ne in ré bona videam ésse nequam fílium.

XVIII

Historia de Artemisia; deque eo certamine, quod apud Mausoli
sepulcrum a scriptoribus inclutis decertatum est.

20 Artemisia Mausolum virum amasse fertur supra 1
omnis amorum fabulas ultraque affectionis humanae
fidem. Mausolus autem fuit, ut M. Tullius (*Tusc.* 2
disp. III 31, 75) ait, rex terrae Cariae, ut quidam
Graecarum historiarum scriptores, provinciae
25 praefectus, σατράπην Graeci vocant. Is Mausolus, ubi 3

14 sq. Non. II p. 106, 17
(Cic. *Tusc.* III 31, 75)

20 sqq. Val. Max. IV 6 ext. 1

1 gratifice **Q** || 2 causam] acies cum **Q** ciuis con **B** || 3 quantum
Q **O**¹ **ΠX** || 5 asoticonque **δ** || 6 viri *del.* *Jordan* filii σ severe
Ribb. vivide plor. *Bothe* || 13 ciuibibus **δ** || 14 ego] ito *codd.* *Non.*
unde cito *ibi* σ | fulgenti (flulgentis **X**) splendore (spend. **BZ**)
in pecuni(a)e uelo (petunia euolo **X**) ω fulgenti(s) splendore p.
uolo *Non.* || 15 el.] *Non.* lucificare ω ludif. **TY** | aetatis *Non.* ||
16 esse uideam **X** | quam **δ** || 24 provinciae *Lipsius* prouinciae
gr(a)ece ω pr. Cariae *Thysius*

fato perfunctus inter lamenta et manus uxoris funere magnifico sepultus est, Artemisia, luctu atque desiderio mariti flagrans uxor, ossa cineremque eius mixta odoribus contusaque in faciem pulveris aquae indidit ebitque multaque alia violenti amoris indicia fecisse 4 dicitur. Molita quoque est ingenti impetu operis conservandae mariti memoriae sepulcrum illud memoratissimum dignatumque numerari inter septem 5 omnium terrarum spectacula. Id monumentum Artemisia cum dis manibus sacris Mausoli dicaret, agona, 10 id est certamen laudibus eius dicundis, facit ponitque praemia pecuniae aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudes decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua praestabili, Theopompus, Theodectes, Naucrates; sunt etiam, qui Isocratem 15 ipsum cum his certavisse memoriae mandaverint. Sed eo certamine viciisse Theopompum iudicatum est. Is fuit Isocratis discipulus.

7 Exstat nunc quoque Theodecti tragoeadia, quae inscribitur Mausolus; in qua eum magis quam in prosa 20 placuisse Hyginus in exemplis (*fr. 1 P.*) refert.

XIX

Non purgari neque levari peccatum, cum praetenditur peccatorum, quae alii quoque peccaverunt, similitudo; atque inibi verba ex oratione super ea re Demosthenis. 25

1 Incessebat quempiam Taurus philosophus severa atque vehementi obiurgatione adulescentem a rhetoribus et a facundiae studio ad disciplinas philosophiae transgressum, quod factum quiddam esse ab eo diceret

13 Suid. s. v. Ἰσοκράτης Άμ.

1 et naenias *Markland* || 8 dignumque **Q** || 10 sacrum *Mms. del. Jordan* || 11 id e. c. *del. Carrío* || 15 naurites ω corr. *Valesius* | socratem (sacr. **Z**) ω corr. **N²** || 16 mandauerunt **II** || 18 socratis **Q** || 23 lauari **II** || 26 Incessabat **XZ** || 29 quidam (quidem **QO²**) ω corr. σ quidam *Hertz*

inhoneste et improbe. At ille non ibat infitias fecisse, sed id solitum esse fieri defendebat turpitudinemque delicti exemplorum usu et consuetudinis venia deprecabatur. Atque ibi Taurus isto ipso defensionis 2
5 genere irritatior: 'homo' inquit 'stulte et nihili, si te a malis exemplis auctoritates et rationes philosophiae non abducunt, ne illius quidem Demosthenis vestri sententia tibi in mentem venit, quae, quia lepidis et venustis vocum modis vincta est, quasi quaedam can-
10 tilena rhetorica facilius adhaerere memoriae tuae potuit? Nam si me' inquit 'non fallit, quod quidem in primori 3 pueritia legerim, verba haec sunt Demosthenis ad-
versus eum, qui, ut tu nunc facis, peccatum suum peccatis alienis exemptum purgatumque ibat (*adv. An-*
15 *drot.* 7 p. 595): Σὺ δὴ μὴ λέγε, ὡς γέγονε τοῦτο πολλάκις, ἀλλ’ ὡς οὕτω προσήκει γίγνεσθαι· οὐ γάρ, εἰ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἀν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἀλλ-
20 σκοιο· ὥσπερ γάρ, εἰ τις ἔάλω, σὺ ταῦτα οὐκ ἀν ἔγραψας, οὕτως, ἐὰν σὺ νῦν δίκην δῷς,
ἄλλος οὐ γράψει.' Sic Taurus omni suasionum 4 admonitionumque genere utens sectatores suos ad rationes bonae inculpataeque indolis ducebatur.

25

XX

Quid sit 'rogatio', quid 'lex', quid 'plebiscitum', quid 'privilegium'; et quantum ista omnia differant.

Quaeri audio, quid 'lex' sit, quid 'plebiscitum', quid 1
'rogatio', quid 'privilegium'. Ateius Capito, publici 2

12 sqq. Amm. XXX 1, 23

28 sqq. Fest. p. 266, 2

2 est **BZ**ο¹ **Π** || 7 neque illius **Π** || 8 sententiae **ΝΟΞ**¹ ||
9 uicta **BZ** iuncta **Π** || 15 ΓΕΤΟΝΕ ΟΥΤΟ **BZ** ΓΕΤΟΝ. ΕΥΤΟ **Ν**
ΟΥΤΩ **U** || 16 ΥΤΟΡ **Ν** ΥΓΟΡ **Z** || 19 ΚΔΝ **NZ** (= ω) || 20 ἔκει-
νων προη̄λω, σὺ τάδ' *Dem.* | ΚΟΥΚ **NZ** || 21 ἀΚΗΝΔΩΣΑΛΛΩC-
POY **NZ** ἀλῆσ **άλλος** οὐ σ || 23 rationis (orat. **B**) ω

privatique iuris peritissimus, quid 'lex' esset, hisce verbis definivit (*fr. 22 H. coniect. fr. 13 Br.*): Lex inquit est generale iussum populi aut plebis rogante ³ magistratu. Ea definitio si probe facta est, neque de imperio Cn. Pompei neque de reditu M. Ciceronis ⁵ neque de caede P. Clodi quaestio neque alia id genus ⁴ populi plebisve iussa 'leges' vocari possunt. Non sunt enim generalia iussa neque de universis civibus, sed de singulis concepta; quocirca 'privilegia' potius vocari debent, quia veteres 'priva' dixerunt, quae nos 'singula' ¹⁰ dicimus. Quo verbo Lucilius in primo satirarum libro usus est (*I 34 M. 30 B.*):

abdomina thynni
advenientibus priva dabo cephalaeaque acar-
nae.

15

⁵ 'Plebem' autem Capito (*fr. 23 H. 14 Br.*) in eadem definitione scorsum a populo divisit, quoniam in populo omnis pars civitatis omnesque eius ordines contineantur, 'plebes' vero ea dicatur, in qua gentes civium ⁶ patriciae non insunt. 'Plebisceitum' igitur est secun- ²⁰ dum eum Capitonem lex, quam plebes, non populus, accipit.

⁷ Sed totius huius rei iurisque, sive cum populus sive cum plebs rogatur, *< sive quod ad singulos >* sive quod ad universos pertinet, caput ipsum et origo et ²⁵ ⁸ quasi fons 'rogatio' est. Ista enim omnia vocabula censemur continenturque 'rogationis' principali genere

² Inst. I 2, 4 Gl. Reiff. 23 (Fest. p. 266, 5 Isid. II 10, 1)
⁹ sq. Paul. p. 226, 6 Fest. p. 205, 21 CGL VII 131 Gl. Reiff. 26
 (Cic. pro dom. XVII 43 leg. III 19, 44) Acro Hor. s. II 5, 11 ep.
 I 1, 93 Lydus mens. I 21 (23) 10 sqq. Non. II p. 159, 29
 I p. 35, 21 CGL IV 273, 7 V 646, 12 16 sqq. Gai. I 3 Inst.
 I 2, 4 Isid. IX 4, 5 V 11 Gl. Reiff. 24 sq.

⁴ magistratus **N O X I I** || 14 auenientibus **γ Q** ² a uenenti-
 bus **Q Z** a uenantibus **B** | carne **σ** || 24 plebis **γ** | *suppl. Gr.* ||
 26 frons **σ**

et nomine; nam nisi populus aut plebs rogetur, nullum plebis aut populi iussum fieri potest.

Sed quamquam haec ita sunt, in veteribus tamen 9 scriptis non magnam vocabulorum istorum differentiam 5 esse animadvertisimus. Nam et plebiscita et privilegia translaticio nomine 'legis' appellaverunt eademque omnia confuso et indistincto vocabulo 'rogationes' dixerunt. Sallustius quoque proprietatum in verbis 10 retinentissimus consuetudini concessit et privilegium, 10 quod de Cn. Pompei reditu ferebatur, legem appellavit. Verba ex secunda eius historia haec sunt (*fr. II 21 M.*): Nam Sullam consulem de reditu eius legem ferentem ex conposito tr. pl. C. Herennius prohibuerat.

15

XXI

Quam ob causam M. Cicero his omnino verbis 'novissime' et 'novissimus' observantissime *utriusque* vitarit.

Non paucis verbis, quorum frequens usus est nunc 1 et fuit, M. Ciceronem noluisse uti manifestum est, 20 quod ea non probaret; velut est et 'novissimus' et 'novissime'. Nam cum et M. Cato (*fr. inc. 51 J.*) et 2 Sallustius (*Cat. XXXIII 2 Jug. X 2 XIX 7 al.*) et aliis quoque aetatis eiusdem verbo isto promise usitati sint, multi etiam non indocti viri in libris id suis 25 scripserint, abstinuisse eo tamen tamquam non Latino videtur, quoniam, qui doctissimus eorum temporum fuerat, L. Aelius Stilo (*p. 37, 21 Me.*) ut novo et improbo verbo uti vitaverat.

Propterea, quid M. quoque Varro de ista voce 30 existimaverit, verbis ipsius Varronis ex libro de lingua Latina ad Ciceronem sexto (7, 59) demon-

¹ Nam si ♂ | plebes X || 6 translaticiomine B translatio (-cio Q) n. QZ translato n. γ corr. JGr. | leges γ || 12 Nam illam sillam Q || 16 M. om. ♂ II | et — uitarit] est BZ est usus (usus in ras. m. 2) Q || 17 uti add. σ ex v. 28 || 24 sunt Q

strandum putavi. Quod 'extremum' inquit dicebatur, dici 'novissimum' coeptum vulgo, quod mea memoria ut Aelius, sic senes aliquot, quod nimium novum verbum esset, vitabant; cuius origo, ut a 'vetere' 'vetustius' ac 'veterimum', sic a 'novo' declinatum 'novius' et 'novissimum'.

XXII

Locus exemptus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, de falsae philosophiae probris, quibus philosophos temere incessunt, qui emolumenta verae philosophiae ignorant. 10

1 Plato, veritatis homo amicissimus eiusque omnibus exhibenda promptissimus, quae omnino dici possint in desides istos ignavosque, qui obtentu philosophiae nominis inutile otium et linguae vitaeque tenebras secuntur, ex persona quidem non gravi neque idonea, 15
 2 vere tamen ingenuaque dixit. Nam etsi Callicles, quem dicere haec facit, verae philosophiae ignarus inhonesta indignaque in philosophos confert, proinde tamen accipienda sunt, quae dicuntur, ut nos non sensim moneri intellegamus, ne ipsi quoque culpationes 20 huiuscemodi mereamur neve inerti inanique desidia cultum et studium philosophiae mentiamur.

3 Verba ipsa super hac re Platonis ex libro, qui appellatur Gorgias, scripsi, quoniam vertere ea consilium non fuit, cum ad proprietates eorum nequa- 25 quam possit Latina oratio aspirare ac multo minus 4 etiam mea (*Gorg. 40 p. 484 C*): *Φιλοσοφία γάρ τοι*

1 Tiro apud GLK I 207, 30

3 aliquot] β Varro (*ubi quod post verbum*) alii ω || 4 esset om. δ || 13 in desinens istas (istos **X²**) ω corr. **N²** || 14 nominum **Z** (*deest in Q*) nomine γ unde obtento *Carrio* || 17 qu(a)e **BZN¹O** || 18 dignaque ω corr. **B²N²** || 19 nos non] **X** nos **QN²O²** non ω | sensum **Z** || 20 moueri **B¹Z** || 23 supra **X** || 24 fort. ascripsi || 25 proprietates qu(a)e **BZOX** || 27 me(a)e ω | *Greeca praeter uca om. ω praebent s partim*

ἐστιν, ὡς Σώκρατες, χαρίεν, ἐάν τις αὐτοῦ μετρίως ἄψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. Ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὑφυῆς ἦ καὶ πόρρω 5 τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἅπειρου γεγονέναι ἐστίν, ὃν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κάγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἀνδρα. Καὶ γὰρ τῶν νόμων ἅπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ τῶν λόγων, 10 οἵς δεῖ χρώμενον διιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ τῶν ἥδουν τε καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἥθῶν παντάπασιν ἅπειροι γίγνονται. Ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἰς τινα ἰδίαν 15 τῇ πολιτικῇ πρᾶξιν, καταγέλαστοι γίγνονται, ὅσπερ γε, οἵμαι, οἱ πολιτικοί, ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοι εἰσι. (8.9)

Paulo post addit haec: 'Ἄλλ', οἵμαι, τὸ δρθότα-¹⁰
 20 τόν ἐστιν ἀμφοτέρων μετασχεῖν. Φιλοσοφίας μέν, ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίω ὅντι φιλοσοφεῖν· ἐπειδὰν δὲ ἥδη πρεσβύτερος ὃν ἀνθρωπος ἔτι φιλοσοφῇ,
 25 καταγέλαστον, ὡς Σώκρατες, τὸ χρῆμα γίγνεται,
 παὶ ἔγωγε δμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλο-¹¹
 σοφοῦντας ὅσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ
 παῖζοντας. Ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἵδω, φῆται¹²
 προσήκει διαλέγεσθαι οὗτο, ψελλιζόμενον καὶ
 παῖζον, χαίρω τε, καὶ χαρίεν μοι φαίνεται καὶ
 30 ἐλευθέριον καὶ πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ.
 Ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω,¹³
 πικρόν τί μοι δοκεῖ χρῆμα εἶναι καὶ ἀνιᾶ μου
 τὰ ὅτα καὶ μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι εἶναι· Ὅταν¹⁴
 δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου ἢ παῖζοντα
 35 δρᾶ, καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἀνανδρον καὶ

19 Paulo — haec] B om. ω Et infra de iisdem s

15 πληγῶν ἄξιον. Ταῦτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω
 16 καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. Περὶ νέω μὲν
 γὰρ μειρακίῳ δρῶν φιλοσοφίαν ἅγαμαι καὶ πρέ-
 πειν μοι δοκεῖ καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα εἶναι
 τοῦτον τὸν ἀνθρωπὸν, τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα
 ἀνελεύθερον καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσοντα
 ἔαυτὸν οὔτε καλοῦ οὔτε γενναίου πράγματος.
 17 ὅταν δὲ <δῆ> πρεσβύτερον ἰδω ἔτι φιλοσοφοῦντα
 καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοι δοκεῖ ἥδη
 18 δεῖσθαι, ὃ Σώκρατες, οὗτος δὲ ἀνήρ. "Ο γὰρ 10
 νῦν δὴ ἐλεγον, ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ,
 καὶ πάνυ εὐφυῆς ἦ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι φεύ-
 γοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγοράς, ἐν
 αἷς ἔφη δ ποιητὴς (*Hom. Il. IX 441*) τὸν ἄνδρας
 ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι, καταδεδυκότι δὲ τὸν 15
 λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων, ἐν γωνίᾳ
 τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ
 (19—23) καὶ μέγα καὶ ἴκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι.

24 Haec Plato sub persona quidem, sicuti dixi, non proba, set cum sensus tamen intellegentiaeque com- 20
 munis fide et cum quadam indissimulabili veritate disseruit, non de illa scilicet philosophia, quae virtutum omnium disciplina est quaerere in publicis simul et privatis officiis excellit civitatesque et rempublicam, si nihil prohibeat, constanter, fortiter et perite ad- 25
 ministrat, sed de ista futili atque puerili meditatione argutiarum nihil ad vitam neque tuendam neque ordinandam promovente, in qua id genus homines consenescunt male feriati, quos philosophos esse et vulgus putat et is putabat, ex cuius persona haec dicta sunt. 30

29 Hor. c. IV 6, 14

20 probas sed **X** probasset **σ ΙΠ** | sensu ω corr. Salmas. s. t. intellegentiaeque c. vitae Vassis || 21 fidem **QZ** || 24 et prius] in **Q** || 25 et fort. et γ || 28 promouentem (-ndam **X**) qua ω corr. Carrio

XXIII

Verba ex oratione M. Catonis de mulierum veterum victu et moribus; atque inibi, quod fuerit ius marito in adulterio uxorem deprehensam necare.

5 Qui de victu atque cultu populi Romani 1 scripserunt, mulieres Romae atque in Latio aetatem abstemias egisse, hoc est vino semper, quod 'temetum' prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt, institutumque, ut cognatis osculum ferrent deprehendendi 10 causa, ut odor indicium faceret, si bibissent. Bibere 2 autem solitas ferunt loreanum, passum, murrinam et quae id genus sapient potu dulcia. Atque haec quidem in his, quibus dixi, libris pervulgata sunt; sed 3 Marcus Cato non solum existimatas, set et multatas 15 quoque a iudice mulieres refert non minus, si vinum in se, quam si probrum et adulterium admisissent.

Verba Marci Catonis adscripsi ex oratione, 4 quae inscribitur de dote, in qua id quoque scriptum est in adulterio uxores deprehensas ius fuisse maritis 20 necare (*LXVIII 1; 2 J.*): Vir inquit cum divortium fecit, mulieri iudex pro censure est, imperium, quod videtur, habet, si quid perverse taetere- que factum est a muliere; multitatur, si vinum

6 sqq. Cic. de re p. IV 6, 17 Dionys. Hal. II 25 Val. Max. II

1, 5 VI 3, 9 Serv. A. I 737 Isid. XX 3, 2 7 Quint. I 7, 9

Donat. Ter. Andr. I 4, 2 Eun. IV 3, 13 Acro et Porph. Hor. ep. I

12, 7 II 2, 163 Isid. X 11 CGL VI 9 Fest. p. 364, 30 Non. I p. 5, 5

Isid. X 271 CGL VII 337 8 sq. Polyb. VI 2, 5 sqq. H. Plin. XIV

13, 89 sq. Plut. quaest. R. 6 Tertull. apol. 6 11 Paul. p. 144, 9

Plin. XIV 13, 93 Non. XVII p. 551, 7 sqq. CGL VI 720 VII 52

2 M. om. QZ || 3 ibi BZ || 8 appellatur X || 9 deprehendi Q
reprehendendi ω || 12 aepiant (expiant Q) ω corr. X² exstant JGr. ||
14 existimat Q -matus BZN¹ | et om. γ || 16 quasi BZ || 17 ex-
ortatioñ B -acioñ Z -acionum Q || 18 scr.] X inscriptum ω ||
19 uxoris γBZ || 20 sqq. distinctionem corr. Goettling || 21 facit
IIX || 23 multiatur BZ mulcitur Q multatur γ corr. Hertz

bibit; si cum alieno viro probri quid fecit,
 5 condemnatur. De iure autem occidendi ita scriptum:
 In adulterio uxorem tuam si prehendisses, sine
 iudicio impune necares; illa te, si adulterares
 sive tu adulterarere, digito non audieret con-
 tingere, neque ius est.

XXIV

'Die pristini', 'die crastini' et 'die quarti' et 'die quinti', qui
 elegantius locuti sint, dixisse, non ut ea nunc volgo di-
 cuntur.
10

1 'Die quarto' et 'die quinto', quod Graeci εἰς τε-
 τάρτην καὶ εἰς πέμπτην dicunt, ab eruditis nunc quo-
 que dici audio, et, qui aliter dicit, pro rudi atque
 indocto despicitur. Sed Marci Tullii aetas ac supra
 eam non, opinor, ita dixerunt: 'diequinte' enim et 15
 'diequinti' pro adverbio copulate dictum est secunda
 2 in eo syllaba correpta. Divus etiam Augustus, lin-
 guae Latinae non nescius munditiarumque patris sui
 in sermonibus sectator, in epistulis (*p. 145 W.*) pluri-
 fariam significatione ista dierum non aliter usus est. 20
 3 Satis autem erit perpetuae veterum consuetudinis de-
 monstrandae gratia verba sollemnia praetoris ponere,
 quibus more maiorum ferias concipere solet, quae
 appellantur Compitalia. Ea verba haec sunt: Dienoni
 populo Romano Quiritibus Compitalia erunt; 25

4 Stob. flor. LXXXV 19 (III p. 146, 20 M.) 5 cfr. Otto,
 Sprichw. p. 115 11 sqq. Macr. I 4, 20 sqq. GLK I 81, 29
 CGL VI 327 (de quarte)

2 De uiro **X** | occ.] σι dicendi ω || 3 deprehendisses (repr. **B**)
B II || 5 adulteriare (-erare **X** -erare uelles **X**) ω corr. *Salmas.* ||
 9 sunt **N**¹**Z** || 14 marco (M. **N II**) tullio ω corr. **Q**²**X**² (**N**²) | etate
Q²**N**² || 15 eum **H** || 16 copulata edictum δ -ate ita dictum **X** |
 est et γ || 18 que om. **B**¹**O H X** || 19 pluris fariam significacio-
 num **Q Z** || 21 Satis *Acidalius* h **Q** ius **N** is ω || 25 p. R.] post Kl.
 Mars codd. *Macr.*

quando concepta fuerint, nefas. Dienoni praetor dicit, non 'die nono'.

Neque praetor solum, sed pleraque omnis vetustas 4
sic locuta est. Venit ecce illius versus Pomponiani 5
in mentem, qui est ex atellania, quae Mevia in-
scribitur (v. 77 R.³):

días hic sextus, cùm nihil egi: diequarte
moriár fame.

Suppetit etiam Coelianum illud ex libro historia- 6
rum secundo (fr. 25 P.): Si vis mihi equitatum
dare et ipse cum cetero exercitu me sequi, die-
quinti Romae in Capitolium curabo tibi cena
sit cocta. Et historiam autem et verbum hoc sump- 7
sit Coelius ex origine <IV.> M. Catonis, in qua ita
scriptum est (fr. 86 P.): Igitur dictatorem Cartha-
giniensium magister equitum monuit: 'Mitte
me cum Romam equitatum; diequinti in Capi-
tolio tibi cena cocta erit'.

Extremam istius vocis syllabam tum per e tum 8
per i scriptam legi; nam sane quam consuetum is
veteribus fuerit litteris is plerumque uti indifferenter,
sicuti 'praefiscine' et 'praefiscini', 'proclivi' et 'proclive'
atque alia item multa hoc genus varie dixerunt: 'die
pristini' quoque eodem modo dicebatur, quod signi- 5
ficabat 'die pristino', id est priore, quod vulgo 'pridie'
dicitur, converso compositionis ordine, quasi 'pristino'

10 sqq. Liv. XXII 51, 2 Val. Max. IX 5 ext. 3 Flor. I 22, 18

Plut. Fab. 17 22 GLK I 212, 9; 13 Non. II p. 153, 11

1 copta Mms. | fuerit ω || 5 atelliani (-iana Q) Q **II X** | Mae-
bia inscr. *Macr.* metui a(d)scribitur ω || 7 sextust *Fleckensei* ter-
tius *Scriverius* | edi *Pontanus* || 8 emoriar *Scioppius* || 10 si quis
m. eq. daret (dari et **II**) ipse γ (*Macr.*) || 11 exercitum (tu **B**)
est qui δ | sequi voles ut vid. *Macr.* || 12 roma δ Romai Peter |
capitolio c. t. cenam coctam *Macr.* || 14 IV. add. *Hertz* (Gr.) ori-
ginibus Marci *Macr.* | qua] Q quo ω || 20 his **O²X²** id *Dziatzko* ||
21 his **II X**

die'. Atque item simili figura 'die crastini' dicebatur,
 9 id erat 'crastino die'. Sacerdotes quoque populi Ro-
 mani, cum condicunt in diem tertium, 'die perendini'
 10 dicunt. Sed ut plerique 'die pristini', ita M. Cato in
 oratione contra Furium (*XIX 7 J.*) die proximi : 5
 dixit; <die> quarto autem Cn. Matius, homo im-
 pense doctus, in mimiambis pro eo dicit, quod 'nudius
 quartus' nos dicimus, in his versibus (*fr. 11 B.*):

nuper die quarto, ut recordor, et certe
 aquarium urceum unicum domi fregit. 10

Hoc igitur intererit, ut 'die quarto' quidem de pae-
 terito dicamus, 'diequarte' autem de futuro.

XXV

Telorum et iaculorum gladiorumque atque inibi navium quoque
 vocabula, quae scripta in veterum libris reperiuntur. 15

1 Telorum, iaculorum gladiorumque vocabula, quae
 in historiis veteribus scripta sunt, item navigiorum
 genera et nomina libitum forte nobis est sedentibus
 in reda conquirere, ne quid aliarum ineptiarum vacan-
 2 tem stupentemque animum occuparet. Quae tum igitur 20
 suppetierant, haec sunt: hasta, pilum, phalarica, semi-
 phalarica, soliferrea, gaesa, lancea, spari, rumices, tri-
 faces, tragulae, frameae, mesanculae, cateiae, rumpiae,

4 Non. 1. 1. 11 Maer. 1. 1. Non. V p. 441, 8 'die quarte
 ('quarta' codd.) et die quarto hoc differre prudentes volunt,
 quorum tamen auctoritas in obscuro est, ut sit die quarto tem-
 poris praeteriti, die quarte ('quarta' codd.) futuri' (CGL VI 327)

16 sqq. Non. XIX p. 552 sqq. Isid. XVIII 5 sqq. Fest. et CGL
 8. vv.

1 idem ω corr. X² || 3 diem ω corr. Sk. || 6 die suppl. σ ||
 12 die quarto Q¹ die quarta BZ, vd. Non. || 19 neque idem (id Q²
 ex item X) aliarum ... occupare ω corr. Hertz ne q. malarum Sk.
 iisque (inque Lipsius) vicem ... occupare Carrio; possis neque
 ludo merarum (vanarum al.) in. ut VII 13, 7 || 22 g(a)e(s)a ea ω
 praeter N | rumigestri faces sic fere ω || 23 mesancyla Turnebus

scorpii, sibones, siciles, veruta, enses, sicae, machaerae, spathae, lingulae, pugiones, clunacula.

De lingula, quoniam est minus frequens, admo- 3
nendum existimo lingulam veteres dixisse gladiolum
5 oblongum in speciem linguae factum, cuius meminit
Naevius in tragœdia Hesiona. Versum Naevi ap-
posui (*fr. 1 R.³*):

né mihi gerere mórem videar língua, verum
língula.

10 Item rumpia genus teli est Thraæcae nationis, posi- 4
tumque hoc vocabulum in Quinti Enni annalium
XIV (*fr. VIII M. 266 B.*).

Navium autem, quas reminisci tunc potuimus, ap- 5
pellationes hæ sunt: gauli, corbitae, caudicae, longae,
15 hippagines, cercuri, celoces vel, ut Graeci dicunt, *κέλητες*, lembi, oriae, lenunculi, actuariae, quas Graeci
ἴστιοκώπους vocant vel *ἐπακτρίδας*, prosumiae vel
geseoretae vel oriolae, stlattae, scaphae, pontones,
† vetutiae, mydia, phaseli, parones, myoparones, lintres,
20 caupuli, camarae, placidae, cydarum, ratariae, cata-
scopium.

5 sq. Varro l. l. VII 6, 107 14 sqq. Non. XIII p. 532 sqq.
Isid. XIX 1 Fest. et CGL s. vv.

1 scorpis ω | sibynae Turnebus | uer(r)utenses ω || 6 ne
huius **BZ** || 8 ne mihi Sverdsioeus sine mi(c)hi ω | Martem Palmer
uidetur ♂ | uerum lingua **QZ** || 10 rupia ω | thracæ **O IX** tra-
hece ♂ || 14 haec **X** | coruitae ω || 15 c(a)eletis ω || 16 l(a)enui
oxi(a)e ω corr. *Carrio* | renunculi ω corr. *Brodaeus* || 17 (h)istoo-
pus (istocopus **X²**) ω corr. Scheffer *ἴστοπόδας* *Carrio* | epicardidas ω
corr. Scheffer *ἐπιβάτιδας* Salmas. || 18 orioles catt(a)e ω corr.
Turnebus sclattæ Sk. || 19 uetutiae **N O II** ueiucie **B** ueuitie **Z**
uetitie **X** ueintie **Q** acatia Turnebus venetiae *Heraeus* | m(o)edia ω
corr. *Heraeus* hemioliae Turnebus schediae *Gr.* || 20 caupulica
mar(a)e ω | cydr(i)arum ♂

XXVI

Inscite ab Asinio Pollio reprehensum Sallustium, quod transfretationem 'transgressum' dixerit, et 'transgressos', qui transfretassent.

- 1 Asinio Pollio in quadam epistula, quam ad 5
Plancum scripsit, et quibusdam aliis C. Sallustio iniquis dignum nota visum est, quod in primo historiarum maris transitum transmissumque navibus factum transgressum appellavit eosque, qui fretum transmiserant, quos 'transfretasse' dici solitum est,¹⁰
- 2 transgressos dixit. Verba ipsa Sallusti posui (*hist. fr. I 104 M.*): Itaque Sertorius levi praesidio relictio in Mauretania nanctus obscuram noctem aestu secundo furtim aut celeritate vitare 3 proelium in transgressu conatus est. Ac deinde ¹⁵ infra ita scripsit (*fr. I 105 M.*): Transgressos omnis recipit mons praeceptus a Lusitanis.
- 4 Hoc igitur et minus proprie et ἀπερισκέπτως et nullo gravi auctore dictum aiunt. Nam 'transgressus' inquit a transgrediendo dicitur, idque ²⁰ ipsum ab ingressu et a pedum gradu appellatum. Idcirco verbum 'transgredi' convenire non putavit neque volantibus neque serpentibus neque navigantibus, sed his solis, qui graduntur et pedibus iter emetiuntur. Propterea negant apud scriptorem idoneum aut navium 'transgressum' reperiri posse aut pro transfretatione 'transgressum'.
- 6 Sed quaero ego, cur non, sicuti 'cursus' navium recte dici solent, ita 'transgressus' etiam navibus factus dici possit? praesertim cum brevitas tam angusti ^{so}

⁵ sqq. Non. VI p. 452, 28
VI 194

28 Serv. (pl.) A. I 157; 534

2 qui **II** || 6 plancium **BZ** | salustio//i quis **Q** sal(l)usti(i) in. ω ||
11 ista **X** | posui] **XO²** posuit ω || 14 furtua autem β | ac *Ursinus* abiit (*deleto est*) *Lipsius* || 15 Ac om. **Q** ac inde quin *Non.* ||
17 mons *Balleia* *Serv. A. I 518* || 20 dicuntur **QZN¹II** || 29 solet *Sk.*

fretus, qui terram Africam Hispaniamque interfluit, elegantissime 'transgressionis' vocabulo, quasi paucorum graduum spatium, definita sit. Qui auctoritatem autem requirunt et negant dictum 'ingredi' 'transgredi've in navigantibus, volo uti respondeant, quantum existiment interesse 'ingredi' atque 'ambulare'. Atqui Cato in libro de re rustica (*I 3*): fundus inquit eo in loco habendus est, ut et oppidum prope amplum sit et mare aut amnis, qua naves ambulant.

Appetitas porro huiuscemodi translationes habitasque esse pro honestamentis orationis Lucretius quoque testimonium in hac eadem voce dicit. In quarto enim libro clamorem per arterias et per fauces gradientem dicit, quod est nimio confidentius, quam illud de navibus Sallustianum. Versus Lucreti hi sunt (*IV 526*):

praeterea radit vox fauces saepe, facitque
asperiora foras gradiens arteria clamor.

Propterea Sallustius in eodem libro non eos solum, qui navibus veherentur, sed et scaphas quoque nantes progressas dicit. Verba ipsa de scaphis posui (*hist. I 98 M.*): Earum aliae paululum progressae nimio simul et incerto onere, cum pavore corpora agitaverat, deprimebantur.

XXVII

Historia de populo Romano deque populo Poenico, quod pari propemodum vigore fuerint aemuli.

In litteris veteribus memoria exstat, quod pars quondam fuit vigor et acritudo amplitudoque populi

1 fretu **BZ** freti ω corr. *Gr.* || 6 interesse inter ingr. et **II** + at quin **BZ** atque **O IX** At. M. **N** || 7 tito **Q** tito liuio **Q²** | fundus — ut et non *apud Cat. exstant* || 8 validum prope *Cato* || 9 naue **B** || 18 tradit (tradidit **Z**) ω pauit *Non.* || 19 aspera *Non.* || 20 eo **O IX**¹ eum **Z** || 23 paulum nimio progr. inter cum sicco onere *codd.* *Non.* || 29 libris **X**

- 2 Romani atque Poeni; neque immerito aestimatum: cum aliis quidem populis de uniuscuiusque republica; cum Poenis autem de omnium terrarum imperio decertatum.
- 3 Eius rei specimen est in illo utriusque populi verbo 5 factum: Q. Fabius, imperator Romanus, dedit ad Carthaginienses epistulam. Ibi scriptum fuit populum Romanum misisse ad eos hastam et caduceum, signa duo belli aut pacis, ex quis, utrum vellent, eligerent; quod elegissent, id unum ut esse missum existimarent. 10
- 4 Carthaginienses responderunt neutrum sese eligere; sed posse, qui adulisset, utrum mallent, relinquere; quod reliquissent, id sibi pro electo futurum.
- 5 M. autem Varro non hastam ipsam neque ipsum caduceum missa dicit, sed duas tesserulas, in quarum 15 altera caduceum, in altera hastae simulacra fuerint incisa.

XXVIII

De aetatium finibus pueritiae, iuventae, senectae, ex Tuberonis 20 historia sumptum.

- 1 Tubero in historiarum primo (*fr. 4 P.*) scripsit Servium Tullium regem, populi Romani cum illas quinque classes <seniorum et> iuniorum census faciendo gratia institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septem decem, atque inde ab anno 25 septimo decimo, quo idoneos iam esse reipublicae arbitraretur, milites scripsisse, eosque ad annum qua-

6 sqq. Zonar. VIII 18 (= Dio Cass. I p. 179 M.) [Polyb. III 33
Liv. XXI 18 Sil. II 380 Flor. I 22, 7 Appian. Hiber. 13 Dio Cass.
fr. LIV 10 M.] 14 Dig. I 2, 2, 37

5 diverbio dubitanter Vogel || 6 factumque q. ω corr. Ζ² |
ad om. δ add. Ζ² || 7 ubi ΖΖ || 10 id σ ad ω || 13 electo] Ζ lecto
ΖΖ² lectos ω || 15 missam Ζ || 16 fuerint] Η fuerunt ω || 19 eta-
tum Ζ || 21 K. tubero γ Unger, Fleckeis. ann. 143, 320 || 22 ro-
manique ΒΖ || 23 s. et add. Thysius iun. del. Lipsius || 26 quod Ζ
qui Ζ

dragesimum sextum 'iuniores' supraque eum annum
'seniores' appellasse.

Eam rem propterea notavi, ut discrimina, quae 2
fuerint iudicio moribusque maiorum pueritiae, iuven-
tae, senectae, ex ista cessione Servi Tulli, prudentis-
simi regis, noscerentur.

XXIX

Quod particula 'atque' non complexiva tantum sit, sed vim
habeat plusculam variamque.

10 'Atque' particula a grammaticis quidem coniunctio 1
esse dicitur conexiva. Et plerumque sane coniungit
verba et conectit; sed interdum alias quasdam poten-
tates habet non satis notas nisi in veterum littera-
rum tractatione atque cura exercitis. Nam et pro 2
15 adverbio valet, cum dicimus 'aliter ego feci atque tu',
significatur enim 'aliter quam tu', et, si gemina fiat,
auget incenditque rem, de qua agitur, ut animadvertis-
mus in Q. Enni annalibus, nisi memoria in hoc
versu labor (519 M. 341 B.):

20 atque atque accedit muros Romana iuventus;
cui significationi contrarium est, quod itidem a vete- 3
ribus dictum est 'deque'.

Et praeterea pro alio quoque adverbio dicitur, id 4
est 'statim', quod in his Vergili versibus *** exi-

10 sqq. Non. XII p. 530, 3
GLK III 94, 10; 115, 15; 393, 6
A. IV 424

15 l. l. Serv. pl. A. IV 424
23 sqq. l. l. Serv. pl. g. I 203

3 notauit ω praeter X || 11 coniungitur BZ || 15 feci vel lo-
cutus sum Non. || 16 significat γ || 17 intenditque B² || 19 sq. labat
atque accedit Q laboratque acc. X¹ || 20 atque (*semel*) accedit
(*unde* ascendi *ibi* σ) codd. Non. || 24 statim] γB factum QZ |
lacunam hic statuit Hertz (*supplens* significatur, ubi) statim,
(quod ego ideo adnoto,) quod Sk. statim, factum (vd. codd.)
quod in h. V. v. existimatur, (ubi) obscure ... posita est ego

stimatur obscure et insequenter particula ista posita
esse (*g. I 199*):

sic omnia fatis

in peius ruere ac retro sublapsa referri,
non aliter quam qui adverso vix flumines
lembum
remigiis subigit, si brachia forte remisit,
atque illum in praeceps prono rapit alveus
amni.

1 ista *om.* Q

Wissenschaftliche Ausgaben
griechischer und lateinischer Schriftsteller
im Verlage von
B. G. Teubner  **in Leipzig.**

Sammlung wissenschaftlicher Commentare
zu griechischen und römischen Schriftstellern.

Aetna. Von S. Sudhaus. geh. M. 6.—, in Leinw. geb. M. 7.—
Lucretius Buch III. Von R. Heinze. geh. M. 4.—, in Leinw. geb. M. 5.—
Sophokles Elektra. Von G. Kaibel. geh. M. 6.—, in Leinw. geb. M. 7.—

Kritische und kommentierte Ausgaben.

Neue Erscheinungen 1895—1902.

Acta Apostolorum: s. Lucas.

Demetrii Phalerel qui dicitur de elocutione libellus. Praefatus recensuit adnotavitque L. Radermacher. geh. M. 5.—

Didascaliae apostolorum fragmenta Veronensis Latina. Accedunt canonum qui dicuntur apostolorum et Aegyptiorum reliquiae. Ed. Edm. Hauser. Fasc. I: Praefatio, fragmenta, imagines. geh. M. 4.—

Evangeliū sec. Matthaeūm cum var. lect. ed. Fr. Blass. geh. M. 3.60.
Euripidis fabulae edd. R. Prinz et N. Wecklein. geh.

| | |
|--------------------------------|----------------------------------|
| Vol. I. P. I: Medea. Ed. II. | Vol. II. P. III: Bacchae. M. 2.— |
| M. 2.40. | II. „ IV: Heraclidae. M. 2.— |
| I. „ II: Alcestis. Ed. II. | II. „ V: Hercules. M. 2.40. |
| M. 1.80. | II. „ VI: Iphig. Aul. M. 2.80. |
| I. „ III: Hecuba. M. 1.60. | III. „ I: Andromacha. M. 2.40. |
| I. „ IV: Electra. M. 2.— | III. „ II: Hippolytus. M. 2.80. |
| I. „ V: Ion. M. 2.80. | III. „ III: Orestes. M. 2.80. |
| I. „ VI: Helena. M. 3.— | III. „ IV: Phoenissae. M. 2.80. |
| I. „ VII: Cyclops. M. 1.40. | III. „ V: Troades. M. 2.80. |
| II. „ I: Iphig. Taur. M. 2.40. | III. „ VI: Rhesus. M. 3.60. |
| II. „ II: Supplic. M. 2.— | |

Grammatici Graeci. Pars III. Scholia in Dionysii Thracis artem grammaticam rec. A. Hilgard. geh. M. 36.—

Hesiodi carmina. Accedit Homeri et Hesiodi certamen. Rec. A. Rzach. geh. M. 18.—

Homeri carmina. Recensuit et selecta lectionis varietate instruxit A. Ludwich. Pars prior: Ilias. Vol. prius. geh. M. 16.—

Q. Horati Flaecki opera rec. O. Keller et A. Holder. Vol. I. Carminum libri IV, Epodon liber, Carmen saeculare. Iterum rec. O. Keller. geh. M. 12.—. Vol. II, Fasc. I. Sermonum libri II. geh. M. 4.—. Vol. II, Fasc. II. Epistulae, De arte poetica. geh. M. 6.—

[Lucas.] **Acta Apostolorum** s. L. ad Theophilum lib. alter. Sec. formam quae vid. Romanam rec. Fr. Blass. geh. M. 2.—

[—] **Evangeliū sec. Lucam** s. L. ad Theoph. lib. prior. Sec. formam quae vid. Romanam rec. Fr. Blass. geh. M. 4.—

Pindari carmina prolegg. et comm. instr. ed W. Christ. geh. M. 14.—

— ed. Schroeder. Ed. V. geh. M. 14.—

Platonis Sophista ed. O. Apelt. geh. M. 5.60.

Status' Silvae, herausg. u. erkl. v. Fr. Vollmer. geh. M. 16.—

Stoicorum veterum fragmenta coll. I. ab Arnim. Vol. II. geh. M. 14.—

Theophrasts Charaktere, hrsg., übers. u. erkl. v. d. Philol. Gesellsch. zu Leipzig. geh. M. 6.—

Thucydidis historiae rec. C. Hude. Tom. I. geh. M. 10.—. Tom. II. geh. M. 12.—

**Bibliotheca scriptorum
Graecorum et Romanorum Teubneriana.**

Neue Erscheinungen.

- Augustini, S. Aureli, confessionum ll. XIII rec. Knöll. geh.
M. 2.70, geb. *M.* 3.20.
- Demetrii Cydonii de contempnenda morte oratio ed. Henricus Deckelmann. geh. *M.* 1.—, geb. *M.* 1.40.
- Dionysii Halicarnasei opuscula edd. H. Usener et L. Radermacher. Vol. I. geh. *M.* 6.—, geb. *M.* 6.60.
- Donati quod fertur commentum Terenti. Accedunt Eugraphi commentum et scholia Bembina. Rec. P. Wessner. Vol. I. geh. *M.* 10.—, geb. *M.* 10.80.
- Georgii Aeropilitae opera rec. A. Heisenberg. Vol. I. geh. *M.* 8.—, geb. *M.* 9.—
- Heronis Alexandrini opera quae supers. omnia. Vol. III. ed. H. Schöne. geh. *M.* 8.—, geb. *M.* 9.—
- Hesiodi carmina rec. A. Rzach. geh. *M.* 1.50, geb. *M.* 2.—
- Hippocratis opera quae feruntur omnia. Vol. II. Ex codicibus Italicis ed. H. Kuehlewein. geh. *M.* 5.—, geb. *M.* 5.50.
- Incerti scriptoris Byzantini saeculi X liber de re militari ed. R. Vári. geh. *M.* 2.40.
- Lycurgi oratio in Leocratem. Post C. Scheibe ed. Fr. Blass. geh. *M.* —.60, geb. *M.* —.90.
- Lydi, Laurentii, d. mens. lib. ed. R. Wünsch. geh. *M.* 5.20, geb. *M.* 5.60.
- Lysiae orationes rec. Theodorus Thalheim. Ed. maior. geh. *M.* 3.—, geb. *M.* 3.60. Ed. minor. geh. *M.* 1.20, geb. *M.* 1.60.
- Mulomedicina Chironis, Claudii Hermeri, ed. E. Oder. geh. *M.* 12.—
- Mythographi Graeci. Vol. III. Fasc. I. Pseudo-Eratosthenis Catasterismi rec. A. Olivieri. geh. *M.* 1.20, geb. *M.* 1.60.
- Vol. II. Fasc. I. Suppliem. Parthenii Nicaenii quae supersunt ed. E. Martini. geh. *M.* 2.40, geb. *M.* 2.80.
- Vol. III. Fasc. II: Palaephati *Περὶ ἀνίστοντος*. Heracliti qui fertur libellus *Περὶ ἀνίστοντος*. Excerpta Vaticana (vulgo Anonymus de incredibilibus). Ed. N. Festa. geh. *M.* 2.80, geb. *M.* 3.20.
- Philopenoi de opificio muudi ll. VII rec. W. Reichardt. geh. *M.* 4.—, geb. *M.* 4.60.
- Philostrati minoris imagines et Callistrati descriptiones edd. C. Schenkl et E. Reisch. geh. *M.* 2.40, geb. *M.* 2.80.
- C. Plinii Caecilii Secundi epistularum libri novem. Epistularum ad Traianum liber. Panegyricus. Rec. C. F. W. Mueller. geh. *M.* 2.80, geb. *M.* 3.40.
- Procli Diadochi in Platoni rem publicam commentarii ed. W. Kroll. Vol. I. geh. *M.* 5.—, geb. *M.* 5.60. Vol. II. geh. *M.* 8.—, geb. *M.* 8.60.
- Pseudaeacronis scholia in Horatium vetustiora rec. O. Keller. Vol. I. geh. *M.* 9.—, geb. *M.* 10.—
- Ptolemaei, Claudi. opera quae extant omnia. Vol. I. ed. I. L. Heiberg. Pars II., libros VII—XIII continens. geh. *M.* 12.—, geb. *M.* 13.—
- Scriptores originum Constantinopolitanarum rec. Th. Preger. Fasc. prior. geh. *M.* 4.—
- Senecae, L. Annaei, tragoeiae edd. R. Peiper et G. Richter. geh. *M.* 5.60, geb. *M.* 6.20.
- Supplementum ed. Fr. Haase. Accedit index rerum memorabilium. geh. *M.* 1.80, geb. *M.* 2.40.
- Statius, P. Pap. Vol. I. Silvae ed. Klotz. geh. *M.* 2.—, geb. *M.* 2.50.
- Thucydidis historiae rec. C. Hude. Vol. I/II: libri I—VIII. Ed. maior. geh. *M.* 4.80, geb. *M.* 6.—

Verlag von B. G. Trübner in Leipzig.

Unsere Muttersprache, ihr Werden und ihr Wesen.

Von Prof. Dr. D. Weise.

4., verb. Auflage. [VIII u. 269 S.] 8. In Lwd. geb. 2 Mk. 60 Pf.

Diese Schrift, der vom Allgemeinen Deutschen Sprachverein die höchste bisher zuerkannte Auszeichnung verliehen worden ist, hat sich vom Tage ihres Erscheinens an einer stets wachsenden Zahl von Verehrern zu ersten gehabt. Sie ruht auf wissenschaftlicher Grundlage, ist jedoch gemeinverständlich und überaus anregend geschrieben und erscheint so geeignet, die äußerliche Auffassung vom Wesen unserer Muttersprache zu beseitigen und die weiten Kreise der Gesellschaften zu fesseln und zu unterrichten.

Deutsche Götter- und Heldenäggen.

Von Dr. Adolf Lange,

Direktor des Gymnasiums und der Realschule zu Höchst a. Main.

Nach den besten Quellen für Haus und Schule dargestellt.

Mit zwölf Originallithographien von Robert Engels.

Zweite, verbesserte Auflage. [XII u. 403 S.] gr. 8. In Leinw. geb. 6 Mk.

.... Auch die schöne Ausstattung wird dazu beitragen, dem Buche Freunde zu gewinnen: die Lithographien, mit denen Engels es geschmückt hat, verdienen es; sie sind in ihrer eindrucksvollen Größe in hohem Maße geeignet, auf die Jugend zu wirken. Langes Buch sollte ein Hausbuch für die Familie werden, um sie mit der Sagewelt unserer Altvorderen, ihren Sitten und Anschauungen vertraut zu machen; es wird gewiß Teilnahme und Freude an der Sache erwecken und dadurch die Jugend auf die deutsche Geschichte vorbereiten.

Zeitschr. f. lateinl. höh. Schulen. XIV. Jahrg. Heft II/2.

Deutsche Heldenäggen.

Dem deutschen Volke und seiner Jugend wiedererzählt
von Karl Heinr. Reink.

Zweite, vollständig umgearbeitete Auflage, besorgt von Dr. Bruno Busse.

1. Band. 1. Teil: Hudrun. 2. Teil: Rieselungen.

Mit 7 Originallithographien von Robert Engels.

[VIII u. 306 S.] 8. In Leinw. geb. 3 Mk.

Die alten Sagen unseres Volkes in neuer Form, aber allem Geist zu erzählen, war die Absicht des Verfassers bzw. Bearbeiters des ersten Buches, und er hat es vorzüglich verstanden die alte Sagenwelt unserer Heldenzeit zu lebendiger, anschaulicher Darstellung zu bringen und zu zeigen, daß der Zauber, den sie in ihrer Zeit ausgeübt, noch nicht an Kraft verloren hat. Mit Recht betont er, daß in seiner Heldenägge das deutsche Volk des Mittelalters sein Hoffen und Lieben am klarsten ausgeprägt hat, daß in ihr sich der Geist deutscher Vorzeit noch heute am ehesten offenbart...

Zeitschr. f. lateinl. höh. Schulen. XIV. Jahrg. Heft II/2.

Aus Natur und Geisteswelt.

Sammlung wissenschaftlich - gemeinverständlicher Darstellungen aus allen Gebieten des Wissens in Bändchen von 130—160 Seiten. Jedes Bändchen ist in sich abgeschlossen und einzeln fäustlich.

Preis des
Bändchens
nur 1 Mark.

Geschnad.
voll gebund.
nur 1.25 M.

Als wertvolles, nützliches Geschenk empfehlen sich besonders:

5 Bändchen, nach Wahl, gebunden, in geschnadvollem, dauerhaftem Geschenktäschchen, das sich zum Aufstellen wie Aufhängen eignet, zum Preise von 6 M. 50 pf.

Besonders seien empfohlen:

Geographische Bibliothek.

Gruber, Deutsches Wirtschaftsleben.
Günther, Geschichte des Zeitalters der Entdeckungen.

Hassett, Die Polarsorschung.
Janson, Meeresforsch. und Meeresleben.
Kirchhoff, Mensch und Erde.
Schneider, Der Bau des Weltalls.
Weisse, Die deutschen Volksstämme und Landschaften.

Technische Bibliothek.

Launhardt, Am sausenden Webstuhl der Zeit.
Merkel, Ingenieurtechnik der Neuzeit.
Scheffer, Mikroskopie.
Scheldt, Die Metalle.
Vater, Wärmeleistungsmaschinen.
Wedding, Das Eisenhüttenwesen.

Naturwissenschaftliche Bibliothek.

Auerbach, Die Grundbegriffe der modernen Naturlehre.
Blochmann, Lust, Wasser, Licht u. Wärme.
Edelstein, Kampf zwischen Mensch und Tier.
Giesenbager, Unsere wichtigsten Kulturpflanzen.
Graeß, Das Licht und die Farben.
Haade, Bau und Leben des Tieres.
Hesse, Abstammungslehre und Darwinismus.

Deutsche Bibliothek.

Brunnier, Das deutsche Volkslied.
Gruber, Deutsches Wirtschaftsleben.
Hell, Deutsche Städte und Bürger im Mittelalter.
Kaufmann, Die deutsche Illustration.
Loening, Die deutsche Reichsverfassung.
Matthaei, Deutsche Baukunst.
Otto, Deutsche Frauenleben.
Otto, Das deutsche Handwerk.
Weisse, Die deutschen Volksstämme und Landschaften.

Medizinische Bibliothek.

Biernacki, Moderne Hellwissenschaft.
Buchner, Gesundheitslehre.
Frenzel, Ernährung u. Volksnahrungsmitte.
Sachs, Der menschliche Körper.
Schumburg, Tuberkulose.
Zander, Leibesübungen.
Zander, Nervensystem.

Volkswirtschaftliche Bibliothek.

Gruber, Deutsches Wirtschaftsleben.
Loening, Reichsverfassung.
Loß, Verlehrsentwicklung in Deutschland.
Maior, Soziale Bewegungen u. Theorien.
Otto, Das deutsche Handwerk.
Unold, Aufgaben und Ziele des Menschenlebens.

Pädagogisch-philosophische

Bibliothek.

Kreibig, Die fünf Sinne des Menschen.
Küpe, Die Philosophie der Gegenwart.
Rehmke, Die Seele des Menschen.
Unold, Aufgaben und Ziele des Menschenlebens.
Weinel, Gleichnisse Jesu.
Zander, Leibesübungen.
Ziegler, Allgemeine Pädagogik.

Kulturhistorische Bibliothek.

Böhmer-Romundt, Die Jesuiten.
Borinski, Das Theater.
Kaufmann, Die deutsche Illustration.
Matthaei, Die deutsche Baukunst.
Otto, Das deutsche Handwerk.
Schwemer, Restauration und Revolution.
Soden, Palästina.
Weisse, Schrift und Bildwerken.
Weisse, Die deutschen Volksstämme und Landschaften.

Auf Wunsch ausführliche illustrierte Prospekte umsonst und postfrei.

